Ⅱ *praevalet notio* ***exhibendi,*** *vergens ad eam, quae est sub β; acced.* de *alq. re: p. 2415, 21* (*nota: de substantivis verbalibus, quae hoc capite et capitis β parte priore* Ⅰ *inter obiecta leguntur, interdum dubitatio relinquitur, an potius pertineant ad exempla notionis 'alqd. percipiendi', 'assequendi', proposita p. 2434, 9 sqq.*): Lvcil. 380 s ... et ... sigma nil erroris -et (Carm. de mens. 3, 6 condita ... Roma non -et errorem: Romulus auctor erit). Rhet. Her. 3, 10, 17 causa ... difficultatem (*cf. infra p. 2416, 42 sqq. vol. V 1, 1097, 8 sqq.*). Varro ling. 10, 32 imperandi declinatus sintne, -et dubitationem (Cic. Tusc. 4, 77. Planc. Cic. epist. 10, 18, 3 *v. infra p. 2416, 73.* Qvint. inst. 4, 3, 6 [*cf. vol. V 1, 2079, 9 sqq. V. i. R. III 51, 20 sqq.*]. Cic. off. 2, 17 locus nihil ... dubitationis. *cf.* Cels. 7, 7, 8 E curatio ... nihil -et dubii). Cic. inv. 2, 44 quod quaeque pars suspicionis -bit (Cluent. 175 nihil. *ibid.* quid. 174 minime firmam veneni suspicionem. Att. 11, 16, 1 *epistula* suspiciones ... non esse ab illo. 16, 4, 4 navigatio ... quasdam suspiciones periculi). 2, 94 si quid indignationis aut conquestionis -bit *res* (*i. indignandi, conquerendi facultatem, materiam*). 2, 146 utrum -eat aliquam moram (*cf. infra l. 64*) et sustentationem (*opp.* statim fieri necesse sit). Verr. II 2, 55 causa prorsus quod disputari posset nihil -bat. Catil. 4, 7 ista res iniquitatem, si *eqs.* Phil. 5, 25 iter Antoniorum ... depopulationes, vastationes, caedes, rapinas (Sen. contr. 9, 5, 6 *res per vim facta* arma ... pugnam ... vulnera). 6, 7 -et atrocitatis (*cf. supra p. 2413, 62*) aliquid legatio; utinam nihil -ret morae (*cf. supra l. 58*). de orat. 2, 346 haec -ent uberrimam copiam ad laudandum. orat. 68 id nec dubium est et, si quid -et quaestionis *eqs.* (fat. 21 sententia -et aliquid disputationis. *cf. l. 49 sqq.*). rep. 1, 7 nostri casus plus honoris -uerunt quam laboris (Hor. epist. 2, 1, 169 comoedia ... plus oneris *v. p. 2417, 29*). 1, 43 aequabilitas ... nullos gradus dignitatis (fin. 5, 84 gradus beatitudinem non -ere. *cf.* Tusc. 5, 38 praestantia *sunt*, quae -ent aliquam comparationem). Tusc. 1, 49 quid -et ista res gloriosum? 4, 76 -ent levitatem *perturbationes amoris* (*cf. p. 2413, 4*). div. 1, 70 *animi pars* sensum ... motum ... appetitum. 2, 13 *coniecturae* artem (*cf. p. 2413, 1*) atque prudentiam (Avson. 412, 6 *versus* nihil diligentiae). epist. 1, 7, 4 si res facultatem ... -ura videatur, ut *eqs.* Hirt. Gall. 8 praef. 1 recusatio non difficultatis excusationem, sed inertiae ... deprecationem. Ov. ars 2, 412 haec animi ... signa nocentis -ent. fast. 4, 946 scaena ioci morem liberioris. Liv. 6, 10, 9 relata ... magis tempus quam causam ... belli. Sen. epist. 94, 2 *philosophiam* anilia ... praecepta. Qvint. inst. 6, 1, 45 nihil -et ista res medium, sed aut ... aut. Hier. epist. 49, 6, 2 fides ... opera. Drac. laud. dei 2, 114 *credunt*, quod visus -et. *al.* *de tempore, rebus temporalibus*: Cic. dom. 43 acerbitas Sullani temporis quid -et, quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? Sest. 58 multa

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

acerba ... turpia ... turbulenta ... ille annus (ad Q. fr. 1, 1, 12 hic a. -eat integritatem eandem quam superiores. *ibid.* 40 de hac reprehensione plurimum sermonis. HIRT. Gall. 8, 48, 10 nullas res ... gestas. LIV. 4, 49, 1 duo bella. 42, 10, 9 contentiones. *saepe.* TAC. ann. 4, 14, 1 legationes Graecarum civitatum). off. 2, 45 cuius *belli* altera pars sceleris nimium -uit, altera felicitatis parum. VERG. georg. 2, 336 dies ... alium -uisse tenorem. HOR. epist. 2, 1, 102 hoc paces -uere bonae ventique secundi. CARM. de mens. 1, 2 Februa *Februarius* -et (2, 8 OV. fast. 3, 58. 5, 186). OV. epist. 15, 6 tempora ... laetitiae mixtos non -ura metus. met. 3, 149 fortunamque dies -uit satis. Pont. 3, 1, 14 *in Ponto* cuncta ... tempora frigus -ent (-et *al., v. p. 2432, 12*). CELS. 2, 1, 13 si hiems sicca septentrionales ventos -uit, ver autem austros ... exhibet. SEN. nat. 4, 4, 3 bruma lentas pluvias. QVINT. inst. 9, 2, 46 *Socratis* universa vita ironiam. IVV. 5, 151 *poma* autumnus. VLP. dig. 38, 2, 14, 3 poena aut supplicium ... aut exilium. CLAVD. DON. Aen. 2, 360 nox illa *non* tota *-uit* tenebras. *de voluntate, veritate, sim.*: MART. CAP. 1, 34 quid eius voluntas -ret. ENNOD. epist. 5, 13, 3 p. 136, 27 quid super hac parte deliberatio vestra -eat. 3, 23, 1 p. 88, 14 cuius si hoc -rent desideria. 4, 7, 2 p. 102, 12 hoc ... praestare, quod -et mendica postulatio. 5, 21, 3 p. 142, 24 plus -ent vota de meritis tuis, quam proferat lingua *mea* de laudibus. CASSIOD. var. 9, 24, 7 coacti saepe locuti sunt quod animus non -bat (*'fort.* avebat' *Traube in ind.*) CLAVD. DON. Aen. 7, 180 plus quam veritas -et (HEGES. 1, 35, 3 quid v. -eat. AVG. bapt. 4, 17, 24$^{extr.}$ aliud ... quam v. -et. VEREC. in cant. 9, 19 v. -et *c. acc. c. inf.* 2, 36 sicut eum [*deum*] v. -et. *aliter p. 2451, 35*). AMBR. Noe 27, 102$^{in.}$ sensus ... altior -et, quod *eqs.* (31, 117$^{in.}$ PELAG. in Rom. 9, 28 historiae hoc -et sensus. in II. Cor. 1, 11. 4, 15 VEREC. in cant. 5, 4). AVG. in euang. Ioh. 20, 3$^{in.}$ catholica fides -et, quod *eqs.* (20, 3$^{med.}$ hoc ... quia).

nota: SALL. Catil. 51, 20 id quod res (*fere i. q. veritas*) -et (LACT. inst. 1, 7, 11. *cf.* 7, 22, 1 aliter, quam r. -et, traditur a poetis).

ad α speciatim: de dictis, scriptis (cf. p. 2461, 80. pro scripto ponitur qui scripsit: l. 49. 71. 73): exempla verbi activi: RHET. Her. 3, 6, 12 *dicemus* quae similes sententias -bunt (CIC. inv. 1, 25 exordium sententiarum et gravitatis plurimum debet -ere et omnino omnia ... in se continere. orat. 30 *Thucydidis* contiones [*cf. infra l. 64*] ... multas ... obscuras ... sententias. QVINT. inst. 1, 1, 35. *cf.* CIC. Verr. II 4, 138 oratio hanc ... sententiam). VARRO ling. 5, 58 quos (*deos*) ... augurum libri scriptos -ent sic *eqs.* (rust. 1, 5, 2 et utilia et communia. CIC. har. resp. 53 Etrusci libri ... nomina. Brut. 14 quid. *cf.* TAC. dial. 30 *pars libri* commemorationem veterum oratorum). CIC. de orat. 2, 221 *defensio* dicta illa brevia non -uit (2, 341 laudationes ... testimonii brevitatem). Att. 4, 17, 1 *epistulae nostrae* tantum ... mysteriorum, ut *eqs.* (epist. 7, 18, 4 nihil ... quod non ... legi posset. TAC. ann. 4, 34, 5 [*cf. infra l. 64*]. *cf.* CIC. Att. 5, 3, 2 *litterae* edictum. 5, 21, 5 cetera vetera -bant, unum hoc novum de *eqs.*). 10, 5, 2 sermo ... eandem summam (*cf.* 10, 16, 1 perpauca locutus hanc summam -uit orationis, ut sibi ignoscerem). epist. 1, 9, 7 interrogatio mea nihil -uit nisi reprensionem *eqs.* (MACR. somn. 1, 7, 6 -uit praeceptio, ut *eqs.* RVRIC. epist. 2, 33 p. 417, 11 sicut conlocutio -uit nostra. ENNOD. epist. 2, 6, 3 p. 45, 3 quantum -uit *illius* adsertio). OV. ars 2, 466 blanditias verbaque (*i. v. blanda*) murmur (*columbarum*). met. 15, 879 si quid -ent veri vatum praesagia. fast. 3, 738 fabula nostra iocos (SERV. Aen. 1, 67 hoc -et f. *sq. acc. c. inf.* 7, 697. *cf.* TERT. mart. 4 p. 12, 2 Oe. ut hoc factum ... fama -ret). Ib. 643 plura leges ... nomen (*tuum*) -entia verum. trist. 2, 422 et Romanus -et multa iocosa liber. 564 crimina versus. LIV. 4, 20, 8 annales ... *illum* consulem (8, 37, 3. 21, 25, 4. 22, 27, 3). SEN. Tro. 862 hymen ... lamenta, caedes, sanguinem, gemitus. QVINT. inst. 1, 10, 22 versus ... Saliorum ... carmen. 12, 10, 55 editio (*i. liber editus*) -bit omnia. TAC. ann. 1, 8, 1 testamentum ... *illos* heredes (MARCELL. dig. 28, 4, 3 pr. p. 832, 1 t. ... quod heredem non -et; *opp.* nomina heredum induxit). 4, 34, 5 Antonii epistulae, Bruti contiones ... probra ... cum acerbitate. CIL VI 10233, 4 (*a. 211*) quod -et scriptura infra scripta (TERT. adv. Marc. 5, 18 p. 639, 9 ita scr. -bat '...'. AMBR. in psalm. 36, 10, 2 scr. dicit '...'; alibi autem -et: '...'). TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 420, 27 evangelium ... -et: 'quaerite *eqs.*' (AMBR. in psalm. 36, 32, 1 *v. infra l. 75*). AVR. VICT. Caes. 5, 8 *acc. c. inf.* plures *auctores* -ent (*cf. supra l. 34*). CLAVD. DON. Aen. 1, 25 p. 15, 21 quod Vergilius -et (*v. supra l. 34*). 1, 260 quid textus sit -iturus (*cf.* 11, 225 p. 439, 29 quae tractatus -uit. AMBR. epist. 32, 1 quid de natura istius avis -eat historia. 35, 15 non bene -ent aliqui *sc. codices.* 46, 5 haec ... cum scriptura divina -eat. *al.* in psalm. 36, 32, 1 graecus -et ... evangelium -et (AVG. epist. 149, 13 'orationes' ..., quas Gr. -et '*προσευχάς*'. quaest. hebr. 1, 6, 34. 48 *et saepe, item* latinus: 2, 9). Noe 31, 119 ut -et alibi sententia: 'dicendum *eqs.*' AVG. epist. 149, 14$^{in.}$ pro 'interpellationibus', quod nostri -ent, ... 'postulationes' posuisti. pecc. mer. 1, 11, 13$^{extr.}$ plerosque latinos codices sic -ere (quaest. hebr. in gen. 1, 2 quod l. c. -ent: '*eqs.*' 1, 4. 7. 11. 14. 15 *et saepe, item* codices graeci *passim.* multi codices: *ibid.* 1, 10. 16 *et saepe. item* latini *vel* graeci *omisso* 'codices': 1, 5. 8. 10. 15 *et saepe*). in psalm. 92, 1$^{extr.}$ quid -eat *psalmi* titulus: *seq. verba.* quaest. hebr. in gen. 1, 11 interpretes graeci (1, 103 Septuaginta). 1, 17 graeca locutio genetivum casum -et. CONC.^{s} I 2 p. 81, 2 anagnostico sic -ente (*I 1, 3 p. 33, 2 περιέχοντος οὕτως*). *al.*

verbi passivi exempla frequentissima v. p. 2460, 58 sqq., pauca infra l. 16. 17. 20. 31.

de verbi activi usu notandum locis infra propositis pro subi. subintellegi videri 'textus', 'sensus' (cf. infra l. 26), 'scriptura' ('libri' infra l. 28), accusativo obiecti perscripto infra l. 29. ceteris locis a nominativo discerni nequit, ut dubites huc referenda sint exempla an iis potius adiungenda, quae sunt p. 2461, 32 sqq.; ita apparet, qui factum sit, ut hic usus verbi ab eis initiis, quorum exempla leguntur p. 2415, 33 sqq., in eum serotinae aetatis modum abiret, cuius exempla invenies p. 2461, 38. 65 (cf. quae proposita sunt in verbo q. e. contineo *vol. IV 706, 11 sqq. 63 sqq.). huc pertinent:* OPTAT. app. 2 p. 200, 16 usque quo -et: 'opto *eqs.*' AMBR. parad. 10, 46 postea -et 'vidit *eqs.*' HIER. epist. 28, 6, 2 porro in Hebraeo -et *eqs.* (29, 3, 1. 106, 6, 1 -etur in Graeco ..., in Hebraeo ... -et. in Ier. 1, 29, 1; *saepe* quaest. hebr. in gen. [*ibid. saepe pass.*]. EVCHER. instr. 1 p. 71, 3). epist. 106, 7 quod 'tuos' in Graeco non -eat (*fere i. q. desit, item* 106, 10 [*syn.* non esse. *cf. infra l. 25*]. 106, 52 [*ibid.* in nostris codicibus non -etur]. AVG. loc. hept. 2, 9. 4, 69 CASSIOD. Didym. in I Petr. 1, 12 p. 14, 21 Z. apud Graecum). PELAG. in Col. 3, 15 in nonnullis exemplaribus (EVCHER. instr. 2 p. 149, 16 in veteri translatione. ORIBAS. syn. 9, 23 p. 322$^{in.}$ in alio [3, 131]. *de codicum notis marginalibus q. s.* in alio -et: '*eqs.*' *egit Heraeus in Lindsayi Palaeogr. Lat. IV 7. cf. infra p. 2460, 70*). AVG. loc. hept. 1, 13 etsi non -ret '...', posset integer sensus esse (1, 105 plenus sensus est, etsi non -eat 'quia'. 120. 149 *et saepe. cf. supra l. 18*). 1, 51 plus -et (*fere i. q. abundat*) 'ipsi' (3, 4. 30. 54. 4, 118 plus -ent [*v. supra l. 7*] 'et'. 7, 14 solita locutione plus -et [*at* 7, 6 plus est]. 7, 30 coniunctionem 'et' [*v. supra l. 7*]). 1, 205 minus -et 'est' *fere i. q. deest* (4, 127 [*at* 5, 15 nihil m. est]. *pass.*: HIER. epist. 106, 7, 2 ubi quid m. -etur in Graeco ab Hebraica veritate).

β spectatur ad aliquem finem: Ⓘ *inest notio* ***afferendi, praebendi*** *(obi. saepe subst. verb., de quibus cf. quae p. 2414, 42 monuimus; pro subi. est infin.: l. 52. 59. 63. 69): commoda, incommoda:* PLAVT. Poen. 213 nullae magis res duae plus negoti -ent *quam navis et mulier.* TER. Eun. 78 amor molestias (CIC. Tusc. 2, 44 dolor diuturnus -et laetitiae plus quam molestiae. 5, 103 plus ... gloria molestiae ... quam voluptatis. *v. et infra l. 64*). LVCIL. 1328 virtus est homini scire id quod quaeque -eat res (CIC. Att. 13, 18 vides, propinquitas quid -eat). RHET. Her. 3, 10, 17 causa ... difficultatem (*v. vol. V 1, 1097, 18 sqq. cf.* 4, 54, 68 brevitas multarum rerum expeditionem). 4, 17, 24 brevis expositio ... magnam delectationem (CIC. off. 1, 135 sermo. epist. 5, 12, 4 doloris ... recordatio. 6, 12, 5 delectationem ... salutem. 7, 1, 2 quid delectationis -ent senescenti muli in Clytaemestra? quae popularem admirationem -uerunt [*ad p. 2434, 83*], delectationem tibi nullam attulissent. *cf.* ac. 2, 127 indagatio ... oblectationem). CIC. inv. 1, 2 ius ... quid utilitatis -ret (2, 172 atque honestatis. Verr. II 1, 38 societatem coniunctio ... fortunae [3, 23 morum similitudo coniunctionem atque concordiam. Cato 45 *convivia* vitae coniunctionem]. 3, 197 *v. p. 2412, 66.* Tusc. 4, 56 obtrectare ... aut aemulari quid ... u. off. 3, 120 speciem). 2, 100 necessitudo turpitudinem (dom. 83 poena. *cf.* Phil. 6, 6 quod ... ita avocatur ..., quam -et ignominiam, quod iudicium [*cf. p. 2413, 13*] senatus! CAES. Gall. 6, 23, 6 latrocinia nullam -ent infamiam). Verr. II 5, 182 quid ... inimicitiae periculi? (LIV. 42, 17, 6 *illud* plurimum difficultatis et p. CELS. 4, 11, 1. 4, 14, 1 plus p. quam doloris. LIV. 34, 34, 3 mora ... laborem ac periculum. COLVM. 12, 21, 4 ne). Mur. 68 quid -et admirationis ... obviam prodisse multos? (fin. 4, 74. Phil. 1, 7 plus. epist. 5, 12, 5 viri ... excellentis ... casus -ent admirationem, exspectationem, laetitiam, molestiam, spem, timorem. 7, 1, 2 *v. supra l. 45. al., v. vol. I 738, 54. 739, 71. cf. et p. 2434, 80 sqq.*). Mur. 89 -et magnum dolorem *sq. inf.* p. red. ad Quir. 8 *quae res* quid ... voluptatis (fin. 2, 9 restincta sitis stabilitatem voluptatis. part. 73 *illa* aliquam in audiendo voluptatem [fin. 4, 58]). prov. 9 illius adventus ... equitatus -uit interitum. Pis. 95 nullam poenam *-et* id, quod accidere innocenti potest (PVBLIL. A 37. QVINT. decl. 310 p. 220, 3 [*syn.* afferre]. *cf.* HIL. in Matth. 10, 18$^{in.}$ culpam). orat. 144 dignitatem docere non -et. leg. 2, 29 feriarum ... ratio ... requietem (epist. 9, 6, 5 studia ... vacationem ... publici muneris). Lael. 22 amicitia ... opportunitates (Att. 1, 18, 1 amicitiae ... fructum [*cf. p. 2414, 9*] domesticum non -ent). off. 2, 19 fortuna ... casus (PLANC. Cic. epist. 10, 18, 3 quae res nullam -bat dubitationem [*ad p. 2414, 59*], ... ea nunc magnam adfert sollicitudinem magnumque -et casum [*v. vol. III 577, 42 sqq.*]). Brut. 50 brevitas ... in universa eloquentia laudem non -et. epist. 5, 12, 5 laetitiam, spem, timorem *v. supra l. 60* (OV. epist. 15, 342 vanos res ... ista metus. VELL. 2, 76, 3 adventus ... apparatusque ... belli metum). CAES. Gall. 7, 45, 9 quid iniquitas loci -eat incommodi (OV. fast. 3, 394 parvae commoda magna morae). civ. 2, 31, 4 castrorum ... mutatio ... fugam et desperationem *eqs.* HOR. epod. 2, 38 amor curas. LIV. 2, 3, 4 leges ... nihil laxamenti nec veniae (2, 54, 9 nihil auxilii. QVINT. inst. 7, 5, 5 lex omnis ... litem -et aut propter se ipsam aut propter alteram). PHAEDR. 1, 12, 15 quae ... quantum luctus. 1, 19, 1 insidias ... blan-

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ditiae. SEN. clem. 1, 13, 2 hoc pessimum -et crudelitas: perseverandum est. dial. 7, 7, 4 *summum bonum* nec satietatem -et nec paenitentiam. *al. passim.*

alia (*corporalia infra l. 19*): CIC. Verr. II 1, 38 societatem coniunctio secundae dubiaeque fortunae. Cluent. 82 haec ... res -et hoc certe, ut *eqs.* (*cf. p. 2419, 13 sqq.*). dom. 127 dedicatio religionem. Balb. 31 dissimilitudo civitatum varietatem iuris (div. 2, 96 dissimilitudo locorum ... dissimiles hominum procreationes). rep. 2, 8 amoenitas ... inlecebras ... voluptatum. leg. 2, 25 deos ... novos ... coli confusionem -et religionum et ignotas caerimonias sacerdotibus. Tusc. 4, 23 ea ... quae -ent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium. epist. 5, 12, 5 exspectationem *v. p. 2416, 60.* TIRO Gell. 6, 3, 15 ea *non* propulsationem translationemve criminis -ent, sed cum pluribus aliis communicationem (*syn.* faciunt). Ov. ars 2, 176 causas quidquid amoris -et. Pont. 4, 2, 36 immensum gloria calcar. trist. 5, 5, 50 probitas ... materiam laudis. SEN. Thy. 968 lacrimas magna voluptas (PETRON. 89, 17 gaudium). dial. 4, 3, 5 timor fugam ..., ira impetum. PETRON. 46, 7 -et haec res panem. CALP. ecl. 4, 116 messis ... lolium. PLIN. nat. 32, 24 surculi infantiae adalligati tutelam -ere creduntur. PLIN. paneg. 5, 9 -et has vices condicio mortalium, ut *eqs.* 83, 1 -et hoc primum magna fortuna, quod *eqs. al.*

nota: PLIN. nat. 34, 71 -et simulacrum et benignitas eius *sc. Praxitelis* (*i. etiam ad benignitatem eius simulacrum referendum est*).

Ⓑ *inest notio* ***exigendi, requirendi***: CIC. off. 1, 42 *benignitas* -et multas cautiones; videndum est enim ... ne obsit *eqs.* Att. 7, 33 id coram considerabimus; -et enim res deliberationem. HOR. epist. 2, 1, 168 *sq.* creditur ... -ere sudoris ... minimum, sed -et comoedia tanto plus oneris (*v. p. 2414, 68*), quanto veniae (*v. p. 2435, 24*) minus. QVINT. inst. 5, 12, 7 suos -ent omnia ista tractatus. 6, 2, 10 nec tamen minus artis aut usus hi leniores *affectus* -ent, virium atque impetus non tantundem exigunt. 9, 4, 136 illa sublimia spatiosas ... voces -ent, amant amplitudinem paeanis. 10, 6, 5 neque enim *cogitata* tantum -ent curae, ut non sit dandus et fortunae locus. PAVL. dig. 47, 10, 8, 2 sua cuiusque iniuria propriam aestimationem. *al.*

γ spectatur ***origo, causa*** (*inest notio* ***redeundi*** *ad alqd.,* ***nascendi*** *ex alq. re*): CIC. Lig. 4 profectio voluntatem -uit non turpem, remansio necessitatem etiam honestam (Phil. 12, 30 mors ... necessitatem -eat fati. div. 2, 18 haec ... aliquam talem. QVINT. inst. 8, 6, 59. CLAVD. DON. Aen. 6, 435 faciendi. ENNOD. epist. 1, 12, 2 p. 22, 16. 1, 22, 1 p. 34, 4). Ov. Pont. 2, 3, 46 mea non minimum culpa furoris -et. SEN. epist. 16, 9 quod *petis, qualem* -eat ... cupiditatem. CVRT. 9, 2, 14 nostra gloria, cum sit ex solido, plus tamen -et nominis (*ad p. 2418, 46*) quam operis. COLVM. 4, 1, 1 reprehensio avaram magis -et aestimationem quam veram. QVINT. inst. 7, 2, 44 vulgo dicitur scelera non -ere consilium. AVG. in psalm. 101 serm. 1, 2 gemitus -et tristitiam, sed est gemitus, qui -et et gaudium. in se: VLP. dig. 4, 2, 14, 3 cum metus -eat in se ignorantiam. 43, 26, 2, 2 *hoc edictum* naturalem -et in se aequitatem (43, 16, 1, 43 interdictum ... atrocitatem facinoris).

c -*ent vel res corporales vel incorporales:* ***α -et totum partes:*** VARRO ling. 10, 79 analogia ... species (*sim. saepe*). rust. 1, 10, 2 iugerum, quod quadratos duos actus -eat. *ibid.* quod -et iugerum scripula *tot.* 1, 28, 1 ver dies -*et tot* (Ov. ars 3, 364 quot menses lubricus annus -et. PLIN. nat. 6, 215 longissimus dies ... horas *tot*). ling. 8, 2 permultas ... partes (rust. 1, 5, 1. 2, 1, 2. CIC. inv. 2, 94 ea *pars* -et partes tres. LVCR. 1, 617 *al.*). CIC. rep. 2, 39 prima classis ... *tot* centurias. Att. 3, 23, 2 rogatio tria capita. epist. 5, 12, 6 *fabula* varios actus mutationesque *eqs.* Ov. fast. 4, 901 sex ... luces Aprilis. LIV. 8, 8, 4 ordo sexagenos milites. 29, 24, 14 singulae *legiones* sena milia et ducenos pedites. CELS. 5, 19, 9 *τετραφάρμακον* -et pares portiones cerae, picis *eqs.* (*sim. saepe*). SCRIB. LARG. 32 -et ... haec: croci *eqs.* (33 recipit. MARCELL. med. 8, 69 accipit). 34 -et haec (MARCELL. med. 8, 71 accipit). EDICT. imp. Diocl. 6, 33 fasiolorum fascis -ens n(umero) XXV (34. 36. 43). HIER. epist. 18[A], 14, 3 stater duos denarios. VVLG. exod. 30, 13 siclus viginti obolos.

in se: RHET. Her. 1, 2, 2 *deliberativum genus* suasionem et dissuasionem (CIC. inv. 1, 7 *bis. sim. al.*). 1, 3, 5 causa et honestatis et turpitudinis partem. 4, 12, 17 elocutio ... tres res *eqs.* VARRO rust. 1, 9, 4 species ... alias. 2, 1, 2 partes. *al.* ***β -ere initium, finem,*** *eventum sim.*: VARRO ling. 6, 61 'dico' originem -et graecam (rust. 3, 1, 1 *al.*). 5, 74 nonnulla nomina in utraque lingua ... radices (6, 37 suas [CIC. Att. 10, 11, 3]). rust. 1, 48, 2 *gluma* etymum -*et* a glubendo (CIC. epist. 16, 10, 2). CIC. Tim. 3 *nullum* ortum (*gr. p. 27[D] γένεσιν οὐκ ἔχον.* 5 ortum -ere gignique. *gr. p. 28[C] γιγνόμενα καὶ γεννητά*). VELL. 1, 8, 1 deinde ... certamen ... Olympiorum initium -uit, auctorem *illum* (QVINT. inst. 4 4, 2 quaestio. SCRIB. LARG. 206 parotidas initia -entes. *al.*). CIC. Sest. 136 ut extremum -eat aliquid oratio mea (div. 2, 103). fin. 5, 40 nec *vitis* eundem finem -ebit, quem cultor eius -bat (Tusc. 1, 53 = rep. 6, 27 quod ... agitatur ... quando f. -et motus, vivendi f. -eat necesse est [*Plat. Phaedr. p. 245[C] παῦλαν ἔχει*]. Tusc. 4, 79 f. *non* -*et* ulciscendi libido. Cato 78 animus neq principium motūs ... *nec* f. LVCR. 5, 826 f. aliquam pariendi debet -ere *terra.* Ov. fast. 1, 724 cum ... suo f. mense libellus -et. 2, 1. 5, 602 tempora veris. LIV. 36, 35, 14 bellum. CELS. 2, 14, 5 morbus ... per se f. -urus. *al. saepe*). Tim. 37 *haec* hunc terminum (*p. 40[D] ἐχέτω τέλος*). Verr. II 5, 12 civitates ... hos ... exitus exitiales (epist. 2, 16, 6 haec omnia meliores -bunt. 2, 10, 4 haec aestas -uit hunc exitum [CAES. Gall. 5, 29, 7 *illius* consilium. CVRT. 5, 7, 8 regia]). CAEL. Cic. epist. 8, 4, 3 comitia ... eventum (CAES. Gall. 5, 43, 5 hic dies ... hunc ... eventum. PREC. terr. 29 bonum. Ov. am. 1, 10, 48 sordida praeda bonos. PLIN. epist. 5, 13, 1 postulatio). LVCR. 1, 959 omne quod est ... extremum debebat -ere (1, 964). *sim.*: LIV. 22, 27, 8 omnia fortunam eam (*Madv.*, enim *P*) -ura, quamcumque (*Burm.*, -uram quaec- *P*) temeritas collegae -uisset. ***γ de rebus, quibus motus inesse fingitur: -ere aditum*** *(cf. p. 2411, 64), accessum (cf. p. 2411, 65), successum, similia a verbis motum significantibus derivata:* -*et res corp.*: Ov. met. 9, 594 mea vela recursus. VITR. 10, 14, 1 eaque (*testudo*) etiam accessus ad murum potest -ere (APIC. 1, 17 ubi sol accessum non -et). -*et res incorp.*: LVTAT. epigr. 1, 2 aufugit mi animus: ... *illuc* devenit ... perfugium illud -et. CIC. Verr. II 3, 7 ad tuam ... amicitiam ... faciliorem aditum istius -et nequitia (LIV. 38, 3, 7 preces ... ad senatum). Brut. 22 ecquodnam curriculum ... sit -ura ... tua ... natura ... doctrina ... industria. PVBLIL. Q 17 officium ... successum (Ov. rem. 624 artes ... meae). Ov. trist. 4, 5, 25 tua processus -eat fortuna perennes. COLVM. 2, 1, 4 cum semel invasit senectus *terram*, regressum non -et. ***δ similitudinem,*** *dissimilitudinem* (in se: *l. 28*): VARRO ling. 8, 29 non ... -ere ... similitudinem ... cubiculum ad equile (CIC. fin. 5, 69 *gloria* speciem honestatis et s. [Tusc. 4, 32 humanitatis ... speciem ... misericordia]. inv. 1, 46 quod -et in se ad haec quandam s. [Font. frg. 4]). 9, 39 simile (CIC. rep. 1, 56). 9, 85 dissimilitudinem (CIC. de orat. 1, 252). Ov. met. 1, 291 mare et tellus nullum discrimen -bant (*alia v. vol. V 1, 1357, 64 sq.*). Pont. 2, 3, 42 instar *haec vita* mortis (CLAVD. rapt. Pros. 2, 25 hasta ... silvae). *nota*: SEN. Herc. O. 105 mortis -et vices, lente cum trahitur vita gementibus.

ε communionem, *coniunctionem (cf. p. 2407, 6), necessitudinem* (ad *alqd.: l. 36*, cum *alq. re: l. 37. 42. 44*, inter se: *l. 37. 40*): VARRO Men. 409 sympathian lumbi ad oculos. ling. 6, 95 c cum g magnam -et communitatem (9, 59 inter se. *cf.* VITR. 1, 1, 12 disciplinas inter se coniunctionem rerum et communicationem). 10, 38 eandem rationem ... assem ad semissem quam in argento libella ad simbellam (10, 41. 46. 82 inter se. *al.; aliter p. 2413, 44*). CIC. orat. 186 numerus ... *non* -bat aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratione (div. 2, 33 cum *alq. re* cognationem. PLIN. nat. 17, 104 eiusdem horae cognationem ... societatem). div. 2, 29 cum rerum natura ... quid ... commune *illa res* (*cf.* 2, 33 quid -ere mundus potest cum *illa re* coniunctum? [2, 89 c. aut consentiens. off. 1, 5 cum]). ***ζ nomen,*** *honorem, gloriam*: TER. Eun. 263 philosophorum -ent disciplinae ex ipsis vocabula (CIC. de orat. 2, 163 vocabulum *res*). nomen (*perf. vi 'ingressiva'*: CIC. ac. 1, 17 *v. infra l. 52*): VARRO rust. 2, 5, 3 Italia ... a bubus (Ov. ars 3, 177 ab undis. fast. 1, 324. 336. 470. 3, 4. 150. 810. 4, 80. 6, 26 trist. 1, 9, 2. 3, 1, 28. LIV. 38, 18, 4 ab re. *al.* [*aliter* Ov. met. 3, 14, 22 a ... manu *Augusti*]. ex: CIC. part. 10. ac. 1, 17 e loci vocabulo. Ov. met. 13, 570 ex re. VITR. 7, 7, 3 ex ... locis. de: Ov. fast. 1, 582. 3, 412. 6, 478. *cf.* CIC. Tusc. 2, 37 exercitus ... unde [PROP. 4, 2, 50 vicus n. Tuscus. *al.* Ov. fast. 4, 632 hinc]). CIC. Mur. 13 quae voluptatis n. -ent (off. 1, 63 audaciae ... fortitudinis. Lael. 18 sapientiae. SEN. nat. 2, 12, 6 fulgurationis. *al.; cf.* Ov. ars 3, 412 operata ... cura ... Musis n. inertis -et). Rab. Post. 28 res -bat n. hoc apud illos; *opp.* imposuerat (de orat. 2, 218 leve. 3, 159 suum [orat. 82 suum nullum. SEN. dial. 7, 11, 3]. Tusc. 4, 28 n. res non -et. *al.*). de orat. 2, 132 *causa* quod n. -eat. orat. 211 nullum ... ante (*cf. l. 59. 63.* Ov. am. 3, 6, 91 GERM. 385 *al.*). Tusc. 3, 17 *innocentia* apud Graecos usitatum ... nullum (CELS. 4, 8, 1 apud Gr. aliud aliudque n.) ..., sed -ere potest *ἀβλάβειαν* (SALL. hist. frg. 3, 79 *fluvius* n. Danuvium. Ov. fast. 3, 246 nunc Esquilias nomina collis -et. GERM. 222 Hippucrenen fontes). 3, 23 aegrotatio ... aegritudo ... n. non seiunctum a dolore. fat. 5 alienum (Ov. met. 5, 461 aptum ... colori). rep. 4, 7 fides n. ipsum. VERG. Aen. 6, 381 aeternumque locus Palinuri n. -bit (Ov. ars 1, 72 porticus auctoris Livia n. -et. 3, 219 signa Myronis. met. 9, 449 positoris. 9, 665. 14, 157 fast. 4, 70. 474 falcis. 5, 64 n. ... aetatis senatus. 5, 128 Ib. 555 trist. 1, 10, 25 Manil. 4, 657. 729 *al.*). PROP. 2, 26, 7 tuum mare (Ov. fast. 5, 618). Ov. ars 2, 96 aequora n. -ent *sc. Icari* (*sim.* met. 12, 2. SEN. Med. 316 *venti* nondum. MELA 3, 29). met. 1, 169 via ... lactea n. -et (6, 400 Marsya ... amnis. 15, 740 Insula. *cf. supra l. 69.* AVSON. 368, 19 n. ... deunx ... -bit. CLAVD. DON. Aen. 6, 320 stagnum ... Cocytos ... -et n). fast. 2, 472 pro quo nunc ... *pisces sidera.* 6, 96 his ... iunctis ... Iunius. Pont. 3, 2, 96 *amor illorum* in Scythia magnum nunc quoque n. -et. *al.* VARRO ling. 5, 52 a quibus (*deis*) cognomina -ent *regiones* (PLIN. nat. 15, 39 nationum -ent cognomen Gallica et Asiatica *sc. persica.* AVG. civ. 7, 24 p. 303, 31 D. terra ... quattuor). APVL. mund. 13 cognomentum. PAVL. FEST. Gloss.[L] IV 95[b] (3 M.) axis ... plures significationes (*saepius*). SEN. epist. 87, 28. honorem: CIC. nat. deor. 3, 46 nostri casus plus honoris -uerunt quam laboris (Ov. ars 2, 274 non multum

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

carmen h. -et. PLIN. nat. 34, 25 non minus. *al.*). STAT. silv. 4, 1, 43 nondum omnis honorem annus (CLAVD. DON. Aen. 12, 135 p. 568, 2 *mons* nec h.... nec nomen aut aliquam gloriam). *al.* gloriam: CIC. Marcell. 26 virtus admirationis plus ... -ura quam gloriae. *al.* famam: *v. vol. VI 221, 49 sqq.* **η sua** (*arrepta potius damus quam selecta*): CIC. inv. 1, 14 *v. p. 2413, 60.* orat. 82 *v. p. 2417, 74.* VARRO ling. 6, 37 *v. p. 2418, 59* (*ibid.* CIC. Att. 10, 11, 3). LVCR. 6, 983 *v. p. 2411, 70.* VERG. georg. 2, 426 *v. p. 2411, 72.* OV. epist. 10, 36 *ratis* numerum suum (*i. navigantium*). met. 10, 506 nec -ent sua verba dolores. fast. 4, 73 ventos iam mea vela suos. CALP. ecl. 11, 29 suos ... arbor amores. VAL. FL. 5, 677 sua fata furores (TER. MAVR. 258 sua fata libelli). CIL V 3072 *v. p. 2411, 6. al. cf.* OV. met. 3, 435 nihil ... ista *imago* sui. **ϑ** *res* -et (hoc), **ut** (*cf. p. 2423, 19*): PACVV. trag. 179 *v. p. 2414, 7.* RHET. Her. 1, 9, 14 tres res convenit -ere narrationem: ut *eqs.* (CIC. inv. 1, 28). VARRO ling. 10, 21 ut similis sit nominatus, -ere debet, ut *eqs.* CIC. Cluent. 82 haec ... res -et hoc certe, ut *eqs.* Pis. 81 -et hoc virtus, ut *eqs.* Tusc. 1, 56 si nihil -ret *animus*, nisi ut *eqs.* PELAG. in I Cor. 1, 19 hoc ... -et sensus humanus, ut *eqs.* CASSIOD. Didym. in I Petr. 3, 22 p. 32, 12 Z. per filium dei et essentiam ... rationalia et ut essent -perunt. quod: VARRO rust. 2, 3, 7 -ent sua propria quaedam, quod *eqs.* CIC. S. Rosc. 154 id ... in se mali. PLIN. epist. 6, 9, 2 -et hoc sollicitudo, quod *eqs.* paneg. 83, 1 *v. p. 2417, 21.*

2 ***aliquem*: a** *-ent loca, res locales* (in se: *l. 35*): *incolentes, habitantes*: CIC. Verr. II 3, 120 ager ... -uit aratores *tot.* OV. ars 1, 56 *Roma formosarum puellarum* quidquid in orbe fuit (1, 59). met. 2, 8 *infra l. 45.* fast. 1, 600 quot numero gentes ... orbis (VOPISC. Tac. 16, 6). 2, 515 doctos ... tellus ... colonos. Pont. 4, 2, 38 gentes ... Hister. LIV. 45, 30, 3 pars prima (*Macedoniae*) Bisaltas (*v. p. 2410, 28*). *ibid.* 5 regio ... *illam* gentem, incolas quoque ... Gallos et Illyrios, ... cultores. *ibid.* 7 cultorum ingenia terrae similia. EVTR. 1, 7 Roma ... capitum *tot* milia civium. *sim. al.* *alq. re insignes*: CIC. leg. agr. 2, 64 haec respublica Luscinos *eqs.* div. 1, 91 Elis ... familias duas certas ... haruspicinae nobilitate praestantes. LVCR. 1, 729 *Sicilia* nil *Empedocle* clarius in se. OV. met. 4, 468 Athamanta ... regia. 13, 649. fast. 4, 860 saepe etiam plures nominis huius -e (*Roma*). LIV. 7, 32, 13 eodem anno familia ista consulatum, quo urbs haec consulem -uit. IVV. 6, 656 Clytaemestram nullus non vicus -bit. *al.* *aliquo modo ad locum, rem localem pertinentes*: PROP. 4, 1, 12 curia ... pellitos ... patres. LIV. 23, 29, 8 minus pertinaces viros ... altera acies. 27, 51, 9 templa ... per triduum aequalem turbam (*sc. venerantium*) -uere. *huc revocare licet*: OV. trist. 1, 3, 24 lacrimas (*i. lacrimantes*) angulus omnis (*sed cf. p. 2411, 30*). *deos*: HOR. carm. 4, 4, 48 *v. p. 2433, 1.* PROP. 3, 7, 18 non -et unda deos (*aliter* OV. met. 2, 8 *ab artifice fictos* -et unda deos). OV. fast. 2, 536 non avidos Styx ... deos. 4, 954 tres -et una (*domus*) deos. 5, 146 mille lares geniumque ducis ... urbs (trist. 1, 3, 33 di ... quos urbs -et alta Quirini). AVG. civ. 3, 2 p. 98, 25 D. eosdem -ens deos et colens *Troia quos Graeci.*

b *-ent tempora, res temporales* (in se: *l. 51*): CIC. Verr. I 11 cuius ... quaestura ... quid aliud -et in se nisi *illum* spoliatum? p. red. in sen. 3 quem -uit ille ... annus ... fidelem ... defensorem salutis meae (*ibid.* 4 octo tribunos ... qui *eqs.* LIV. 2, 18, 1 *illos* consules [2, 44, 1. 4, 8, 1 AMM. 15, 8, 17]. 2, 44, 1 tribunum auctorem [*cf. l. 58. 64*] legis agrariae). OV. medic. 24 comptos ... saecula nostra viros (HIER. epist. 33, 3 homines eruditos. AVG. in psalm. 118 serm. 20, 1 sanctos). VELL. 1, 8, 1 deinde ... certamen ... Olympiorum ... -uit auctorem (*cf. l. 55*) *illum. cf. p. 2424, 34.* *deos*: PROP. 3, 20, 22 ultores nox ... deos. STAT. silv. 4, 6, 19 nox ... genium ... -ura perennem.

c *alia*: **α** *-ent incorporalia*: HOR. epist. 2, 1, 230 quales aedituos -eat ... virtus. LIV. 1, 43, 8 minor census reliquam multitudinem -uit. 5, 36, 1 legatio ... praeferoces legatos. CELS. 3, 4, 1 prout auctores (*cf. supra l. 55*) aliquos -ent *curationum genera.* SEN. epist. 27, 8 bona mens ... si venalis esset, non -ret emptorem (*cf. l. 74*). Tro. 923 iudicem iratum mea -ura causa est. PANEG. 12 (2), 43, 4 -et ultores, -et ... internos mens scelerata carnifices. EVTR. 8, 9 Romana respublica ... singulos semper ... Augustos. *deos*: OV. met. 4, 373 *v. p. 2433, 2.* MART. 6, 58, 7 nec surdos vox -et ista deos. *deum sensu christiano* (*cf. p. 2409, 54*): AVG. civ. 21, 3 p. 489, 27 D. nec vivere animo poterit d. non -endo. **β** *-ent corporalia*: OV. met. 13, 118 nostro (*clipeo*) ... novus est successor -endus. SEN. benef. 7, 4, 2 unaquaeque res -et possessorem suum (AVSON. 403, 20 venalis ... *fundus* non -et emptorem. *cf. l. 65*). TERT. adv. Hermog. 5 p. 131, 22 si quid dei -eat materia.

AD II STRVCTVRAE (*pauca ad I B pertinentia notata sunt*):

A *praevalet definitio ipsius* ***actionis*:**

1 *accedunt* ***praepositiones*: a in** *c. abl.* (*nudo casu p. 2397, 5. 2420, 7*): **α** in *aliqua re*: Ⓘ in *corporis parte*: *proprie: v. p. 2397, 5. 2398, 4. 2402, 65 al.* *meton.*: Pseud. 857 huius oculos in oculis -eas tuis. CIC. Verr. I 16 spem ... in manibus (*aliter* in manu: *p. 2420, 24. 25*). Phil. 3, 26 hanc ... semper in ore provinciam (epist. 10, 28, 1 in ore et amore). PLIN. paneg. 47, 2 artes in conplexu, oculis, auribus -es. in pectore, corde: *v. l. 7. 9. p. 2404, 25.* Ⓘⓘ in *animo, sim., memoria, animi affectibus*: PLAVT. Trin. 206 in animo (*al., v. vol. II 97, 52*). ITALA exod. 20, 8 (Hil. in psalm. 91, 2) in mente *c. inf.* (*μνήσθητι*, VVLG. memento). deut. 24, 9 Lugd. HERM. vis. 4, 3, 6 INSCR. christ. Diehl 2326. 3349. *cf. p. 2409, 58.* OV. trist. 5, 4, 24 te ... in toto pectore semper -et (Pont. 2, 10, 52 me memori pectore semper -e. CIL IX 2826, 6 *saec. VI* quae intimius -entes in p. nostro). VVLG. III reg. 10, 2 in corde (VITAE patr. 5, 10, 16 [*Cotelier p. 384[A]* *ἐν τῇ καρδίᾳ σου*]. 6, 4, 3. *cf. p. 2452, 53*). PLAVT. Persa 381 in memoria (Poen. 1278 TER. Andr. 40 Eun. 170). VERG. Aen. 10, 260 in conspectu (*al., v. vol. IV 492, 18*). *sim.* ITALA Gal. 6, 1 in contemplatione (*σκοπῶν. v. vol. IV 648, 74*). CIC. div. 1, 76 in deliciis (*al., v. vol. V 1, 448, 21 sqq. 39 sqq.* in amore: *v. p. 2419, 84. cf.* PLIN. paneg. 47, 2 *supra l. 1.* SPART. Hadr. 21, 10 in amicitia. 16, 10 in summa familiaritate. 23, 4 in summa detestatione). Att. 6, 1, 14 -o menses proximos in metu (*cf.* 11, 19, 1 in spe [SALL. Catil. 31, 7]). LIV. 40, 4, 5 suum sororisque filium in eadem ... cura (PLIN. nat. 18, 36 peritia vilicorum in c. -enda est). RVFIN. hist. 5, 28, 14 ab his in admiratione -entur (*θαυμάζονται*). SIGISM. Alc. Avit. epist. 47 p. 77, 3 in obsequio ... in voto. Ⓘⓘⓘ in *potestate, voluntate, sim.*: PLAVT. Capt. 143 quae *bona* in potestate -uimus, amisimus (CIC. Sulla 60 oppidum. LIV. 21, 35, 9 uno ... proelio *Romam* in manu ac potestate -uros. *cf.* 31, 7, 9 in dicione. 34, 7, 13 in manu et tutela, non in servitio debetis -ere feminas. VAL. MAX. 4, 3, 6 in clientela). VELL. 2, 31, 4 modum in voluntate -ent *i. in arbitrio* (AVG. epist. 186, 32[extr.] spir. et litt. 32, 56[in.] *opp.* in opere). *sim.*: RVFIN. Adamant. 48 p. 159, 7 in virtute. GREG. M. moral. 10, 23 in libertate. Ⓘⓥ in *usu, matrimonio, ministerio, opere*: VARRO rust. 2, 6, 4 in usu (QVINT. inst. 2, 11, 21. *sim.*: PLIN. nat. 28, 159 nec uros aut bisontes -uerunt Graeci in experimentis). CIC. ac. 2, 46 in promptu. Quint. 16 in matrimonio (in coniugio: *vol. IV 324, 75. 325, 3.* VLP. dig. 25, 7, 1, 1 in concubinatu. *cf. p. 2421, 9*). MARCELL. dig. 32, 69, 1 quos in ministerio -o (PAVL. dig. 40, 2, 22 secum). VLP. dig. 7, 8, 4 pr. loco servorum in operis. 14, 4, 5, 14 mancipia in negotiatione. CLAVD. DON. Aen. 8, 450 massam, quam in opere -uit, forcipe versabat (AVG. spir. et litt. 32, 56[in.] *timor* cogitur in o. -ere, quod licet, cum aliud -eat in voluntate). Ⓥ in *honore,* in *pretio, sim.*: CIC. Cluent. 184 illum dilexerat, in honore -uerat (Att. 7, 2, 8 LIV. 35, 19, 1. 37, 53, 20). SEN. benef. 1, 6, 2. PLIN. nat. 36, 36 in magna auctoritate. SVET. Dom. 11, 1 in eadem gratia. LACT. inst. 5, 17, 22 in tanta gloria. VVLG. I Thess. 5, 13 in caritate. Ⓥⓘ *t. t. iurid.*: -ere in causa (*fere i. q. in suis partibus*): CIC. S. Rosc. 91 haec. Q. Rosc. 37 testimonia. Caecin. 65 aequum et bonum, quod defendant. de orat. 2, 197 -ueras ... tu omnia in causa superiora (*aliter comparata sunt, quae vol. III 697, 36 sqq. enotata sunt* Verr. II 3, 97 de orat. 1, 253 SEN. contr. 9, 6, 14 QVINT. inst. 12, 1, 13 [*falso* 12]).

nota: -ere (*sc. posita -ere, cf. β*) in *aliqua re*: Q. CIC. pet. 30 locum ... ne quem esse patiare, in quo non -eas firmamenti, quod *eqs.* SALL. Iug. 14, 1 in vostra amicitia ... munimenta regni me -urum. OV. fast. 4, 20 in Aprili quod tuearis, -es. SEN. contr. exc. 4, 1 omnis adversa fortuna -et in querelis levamentum. CELS. 5, 17, 1[c] ut idem in sextante denarii -eam, quod Graeci -ent in eo, quem obolon appellant. 8, 4, 17 plus ... in osse propugnaculi cerebrum -eat, quam -urum fuerit eo exciso. SEN. nat. 7, 30, 5 pusilla res mundus est, nisi in illo, quod quaerat, omnis mundus -bit. epist. 9, 7 in opere suo occupata sollicitudo ... oblectamentum -et in ipsa occupatione. 70, 22 virtutem -ere tam multa exempla in ludo bestiario quam in ducibus belli. 79, 2 *ignis* in ipso monte non alimentum -et, sed viam. TAC. Agr. 30 priores pugnae ... spem ac subsidium in nostris manibus -bant. PAPIN. dig. 20, 1, 3, 1 in ea re. VLP. dig. 8, 2, 15 in prospectu. APVL. apol. 74 et sane -et in istis, quod sibi plaudat. VVLG. I Tim. 5, 10 in operibus bonis testimonium.

β in *aliquo* (*sc. posita -ere, cf. supra l. 49*): ACC. trag. 150 in quo salutis spesque summas (spesque [*i.* speique] summam *Bücheler*) sibi -et summa exercitus. SALL. or. Macri 24 in pluribus, non in uno ... praesidia. OV. am. 3, 3, 40 in *filio* matris ... opus. SEN. contr. exc. 6, 3[extr.] cum in illa totum patrimonium -urus essem (*ad I B*). PHAEDR. 4, 22, 1 in se semper divitias. SEN. benef. 3, 21, 1 in iis ... materiam beneficii. epist. 70, 22 *v. supra l. 59.* CVRT. 6, 9, 12 in vobis liberos, parentes, consanguineos -o. AVR. Fronto p. 231, 16 N. VLP. dig. 47, 2, 14, 5. APVL. met. 9, 18 *-bat* in me simul et convivam et vectorem. TERT. nat. 1, 10, 19 in maioribus vestris ... sectam Christianam. adv. Marc. 5, 4 p. 581, 26. HIER. in Ier. 3, 58, 4 in hoc -ui consolationem, quod. VVLG. Tob. 10, 5 omnia simul in te uno. I Tim. 5, 10 AVG. civ. 1, 15 p. 25, 20 D. in psalm. 80, 23 portum in Christo. AVG. serm. coll. Morin 1930 p. 699, 20 si desideras omnia, mecum -bis. si desideras patrem, ... in me -bis. in se: *v. p. 2405, 57. 2410, 35. 61. 2411, 20. 2412, 15. 2414, 4. 2417, 49. 68. 2419, 35.*

γ in *c. neutr. adi.*: PLAVT. Persa 45 in mundo *argentum.* SALL. Catil. 13, 3 in propatulo (TAC. ann. 15, 43). 41, 1 in incerto -uere, quidnam consili caperent. LIV. 33, 28, 1 in propinquo. SEN. dial. 10, 20, 5 in conspicuo. QVINT. decl. 260 p. 68, 15 in in-

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tegro. **in** *c. part. perf. pass.*: LIV. 36, 16, 10 in expedito (SEN. nat. 6, 32, 5). IMP. AVG. Sen. contr. 2, 5, 20 L. Vinicius ingenium in numerato -et (*i. praesens -et ad exhibendum*). *inde* QVINT. inst. 6, 3, 111.

nota: **in** *c. acc.* (*pro abl.*): CIC. Q. Rosc. 50 si HS miliens in iudicium -eret. SALL. Iug. 112, 3 cum *Iugurtham* in potestatem -uisset. IAVOL. dig. 45, 1, 107 quem . . . -bat in adoptionem. PAPIN. dig. 48, 5, 12, 1 *eam* in contubernio -uit, licet non in matrimonium (*cf. p. 2420, 32. 2428, 21*). MARCIAN. dig. 25, 7, 3 pr. in concubinatum -ere (*v. p. 2420, 33*). FILASTR. 32, 5 in subiectionem -ere alios. HYG. fab. 41, 3 p. 70, 8 vela candida in navem (*probant edd.*, navi *Micyllus in mg.*) -ret. VVLG. Rom. 1, 28 deum -ere in notitiam (ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει).

b secum, apud se, circa (circum) se: secum: PLAVT. Epid. 216 secum -bant retia. CIC. rep. 1, 15 quam vellem Panaetium nostrum nobiscum -remus! de orat. 1, 82 cum cotidie mecum -rem homines doctissimos. top. 5 libros (Att. 12, 40, 2). Att. 16, 8, 2 et plebeculam urbanam et . . . bonos viros secum -urus (*i. sibi conciliaturus*). POMP. Cic. Att. 8, 12ᵃ, 4 hanc copiam, quam mecum -o . . . milites, quos vobiscum -etis . . . militum, quod -ret (CAES. Cic. Att. 9, 14, 1 MAT. Cic. epist. 9, 15, 6 BELL. Afr. 95, 2). CAES. civ. 1, 74, 5 quos . . . secum in castris -bant obsidum loco. VITR. 9 praef. 16 etiam figuram *Accii* secum -ent praesentem. TERT. monog. 10 p. 776, 14 Oe. animi licentiam. CIL III 14524 quot comidi, mecum -o. *al. v. vol. IV 1375, 59. cf. p. 2402, 79. 2409, 20. 2410, 71. 2412, 32. 2414, 36.*

nota: SCHOL. Iuv. 6, 362 ita s. -ent (*i. se gerunt*), tamquam si renascatur pecunia in eodem loco, unde tollunt. *cf. l. 36.* **apud:** PLAVT. Mil. 637 ut apud te exemplum experiundi -eas, ne quaeras foris. LEX Plaetor. (Cens. 24, 3) duo lictores (*cf. p. 2408, 36*). CIC. fin. 5, 8 Staseam . . . multos annos -uisti a. te. CAES. Gall. 4, 18, 4 quos. NEP. Hann. 7, 3 Hannibalem . . . cum imperio a. exercitum. SCAEV. dig. 27, 7, 56. 33, 8, 23, 3 VLP. dig. 43, 30, 3, 4. 15, 1, 15. 50, 16, 143 id a. se quis -*et*, de quo -et actionem; -etur enim, quod peti potest. PAVL. dig. 15, 1, 47, 4. VVLG. gen. 27, 15 vestibus . . . quas a. se -bat domi. Tob. 4, 21 chirographum eius a. me -o (5, 3 penes me). *nota*: VVLG. III reg. 11, 11 quia -uisti hoc a. te et non custodisti pactum meum. VITAE patr. 3, 115 = 7, 13, 3 si a. te -es quoniam 'servus inutilis sum' (*Nau 1912, 204, 299* εἰ ἔχεις ἑαυτὸν δοῦλον ἀχρεῖον, 5, 15, 54 si agnoscis). *cf. supra l. 26.* **circa:** CIC. Verr. II 1, 126 canibus suis, quos c. se -ret. VARRO Plin. nat. 18, 349 *luna* c. se orbem (348 coronam). LIV. 2, 20, 5. 42, 52, 5 filios duos. QVINT. inst. 12 prooem. 2 multos c. velut isdem se ventis credere ausos -bamus. SVET. Aug. 49, 1 *v. p. 2428, 28.* VLP. dig. 33, 9, 3, 6. *cf. p. 2414, 39.* **circum:** CAES. Gall. 1, 18, 5. 5, 37, 1. 6, 15, 2. 6, 30, 2 civ. 2, 40, 1 SALL. Catil. 14, 1. 26, 4 ALF. dig. 32, 60, 1.

c *aliae*: **penes:** PLAVT. Capt. 235 id (*quod sibi volunt*) ubi iam p. sese -ent, ex bonis pessimi fiunt (SCAEV. dig. 34, 3, 28, 7 instrumenta. VLP. dig. 15, 1, 32 pr. 26, 7, 7, 8. 36, 4, 1, 2. VVLG. *v. supra l. 36.* VITAE patr. 7, 41, 2 librum). SCAEV. dig. 14, 3, 20 -es p. mensam patroni . . . denarios *tot* (13, 5, 26). **contra:** ACC. trag. 476 *v. p. 2435, 61. cf. p. 2404, 25.* **ad** (*cf. p. 2399, 16. acced.* sibi *l. 52*): CIC. de orat. 3, 225 quem servum sibi ille -uit ad manum (NEP. Eum. 1, 5 SEN. benef. 7, 1, 3 QVINT. inst. 12, 5, 1 TAC. ann. 3, 33, 3 VVLG. I reg. 21, 3. 4. 8 AVG. in psalm. 91, 3ⁱⁿ· serm. 17, 4, 4ᵉˣᵗʳ· SEN. epist. 27, 6 ad pedes). VELL. 2, 109, 3 Germaniam ad laevam et in fronte, Pannoniam ad dexteram, a tergo . . . Noricos. *cf. l. 62. p. 2424, 38.* **supter:** LVCR. 5, 553 *terram* aliam . . . naturam sup⟨t⟩er -ere . . . coniunctam atque . . . aptam. **ex:** SALL. or. Macri 6 arcem -ent ex spoliis vestris. BELL. Hisp. 7, 4 ex *duabus tantum legionibus* aliquid firmamenti se -ere. **ante:** OV. rem. 564 a. oculos (met. 1, 629 LIV. 5, 30, 2 PAP. Oxyrh. I 32, 8. 32). PLIN. epist. 5, 5, 5 a. se scrinium. **ab:** OV. met. 7, 500 a dextra laevaque (VELL. *v. l. 55.* CVRT. 4, 10, 8 dextra . . ., a laeva). *nota*: *sensu partitivo* (*cf. p. 2422, 51*): AVG. serm. 4, 28, 31 -ent a tritico et vino et -ent de rore caeli. **sub:** sub *corporalibus*: OV. Pont. 4, 3, 32 *Fortuna* summum orbem s. pede. SEN. nat. 1, 8, 7 *sol meridie* omnes *nubes* s. se. dial. 9, 9, 2 animum . . . velut s. vinculis. FLOR. epit. 3, 18, 6 *milites* s. . . . signis. sub *incorporalibus*: LIV. 25, 29, 6 Syracusas . . . s. clientela *Marcellorum* tutelaque -endas. SEN. epist. 72, 10 *sapientiam* in conspectu et, ut ita dicam s. ictu -ent (SIL. 5, 46 refugos). nat. 4 praef. 21 s. meo iure provinciam (epist. 11, 6 rerum naturam s. imperio. 90, 27 artes s. dominio. PAPIN. dig. 31, 77, 21 *res* s. cura sua). sub se, *sim.*: SEN. epist. 58, 9 vinculum, quod illa complectatur et s. se -eat. dial. 2, 13, 4 -es s. te Parthos. VLP. dig. 48, 22, 7, 1 *praeses* insulam. OPTAT. 76, 9 HIER. epist. 22, 35, 1. 51, 1, 4 VVLG. I par. 24, 6 Matth. 8, 9 (ἔχων ὑπ' ἐμαυτόν). PLIN. epist. 3, 19, 2 *praedia* utraque . . . s. eodem procuratore. **inter:** OV. trist. 5, 3, 58 quod licet, i. vos nomen -ete meum. PLIN. epist. 2, 5, 2 i. manus (5, 5, 7. VVLG. sap. 19, 3 luctum [ἐν χερσὶν ἔχοντες τὰ πένθη]). *cf. p. 2404, 27.* **post:** SEN. suas. 1, 4 ignem p. se . . . -eat an spiritum *Oceanus.* **infra:** SEN. nat. 2, 1, 1 *caelum* i. sese sidera. **supra:** SEN. epist. 58, 12 s. sese nihil. CVRT. 6, 11, 3 quos s. somnum -bat *i. custodes somni positos.* **intra:** QVINT. decl. 345 p. 364, 9 illud i. conscientiam suam.

intra se: *v. p. 2405, 62.* **de** (*v. p. 2415, 21*): TERT. spect. 6 de natalibus . . . regum . . . superstitionis causas -ent. nat. 1, 7, 11 -et grande fundamentum de vitio ingenii humani. *nota: sensu partitivo* (*cf. infra l. 51*): CIL VIII 20855 abis de rebus meis, abis asina matrice. *v. etiam p. 2421, 64.* **prae:** SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 112, 10 p. oculis (AMM. 19, 8, 1. 30, 4, 18). VAL. CEM. epist. p. 736ᴰ p. manibus. **pro:** *v. p. 2427, 42.* **super:** VVLG. apoc. 9, 11 s. se regem (ἔχουσιν ἐπ αὐτῶν). **ob:** VITAE patr. 5, 3, 5 semper hanc horam ob oculos -uisti. **adversus, contra** *v. p. 2452, 52. 2404, 18.*

2 *c. adv.*: **satis, sat** (*damus antiquissima, cett. v. sub* satis): *abs.*: PLAVT. Aul. 777 sat -o: age nunc *eqs.* (Merc. 1002. 1013 Mil. 1175 Most. 831 *al.*). POMPON. Atell. 45 recedas a me paulisper modo. :: quantisper sat -es? *c. obi.*: PLAVT. Bacch. 1019 sat -eas id . . . quod *eqs.* (Poen. 458 *al.* [*passive*: Poen. 288]). *gen.*: PACVV. trag. 304 virium, ut *eqs. vel abs. vel c. obi. seq.* si: *v. Lodge, lex. Plaut. II 578* (*seq.* dum: TER. Ad. 313. quod: TER. Andr. 710. *inf.*: ACC. trag. 205). **parum:** SALL. Iug. 31, 9 haec . . . facinora impune suscepisse p. -uere (LIV. 42, 3, 6 VELL. 2, 76, 4 VAL. MAX. 5, 1, 3). *alia v. s.* parum. **probē:** PLAVT. Pseud. 1252 madulsam (*v. vol. VIII 38, 36*). **necesse:** CIC. Quinct. 13 non n. (*cf. p. 2435, 38*) -o dicere *eqs. alia v. s.* necesse.

opus (*cf. Schmalz-Hofmann*⁵ *p. 436*): COLVM. 9, 1, 5 ut graminibus ita frugibus . . . o. -ent (est *S*) *sc. ferae.* VAL. FL. 1, 672 volvitur axis ut superum, sic stare ⟨e⟩t (*Spitzer, WSt. 16, 1895, 336*) o. tollique vicissim pontus -et. HERM. Pal. vis. 3, 10, 6 omnis interrogatio humilitatem o. -et (χρήζει, rec. vulg. eget). *al. v. s.* opus. *cf. etiam p. 2425, 1.* **intus:** *v. p. 2410, 70.* **procul:** TAC. ann. 1, 1 *irae et studii* causas pr. -o. *alia v. s.* procul. **ita:** *speciatim apud Ictos* (*V. i. R. s. v.* habeo, *col. 5, 9 sqq.; ibid. 5, 18* altius. *4, 38* diligentius. *5, 15* neglegenter. *8, 17* neglegentius).

3 *accedit* ***dativus finalis*** (*cf. p. 2446, 80 sqq.; acced.* sibi: *l. 33. 34*): PLAVT. Mil. 982 dono *v. p. 2429, 4* (CIL VIII 647, 2 muneri). CIC. leg. agr. 1, 27 -eat me ipsum sibi documento, . . . quae vitae via . . . ad honorem . . . perducat. BELL. Hisp. 2, 3 equitatum sibi praesidio (COLVM. arb. 5, 1 subsidio. SCHOL. Cic. Bob. p. 122, 3 St. impedimento). SALL. epist. Mithr. 8 custodiae *v. p. 2439, 52.* rep. 1, 8, 1 id est non divitias decori -ere, sed ipsum illis flagitio esse. PLIN. nat. 10, 20 sanqualem avem . . . augures Romani magnae quaestioni -ent (*v. adn. crit.*). CELS. dig. 23, 3, 58, 1 *id* doti. PAPIN. dig. 20, 4, 2 cetera bona pignori. APVL. flor. 9 p. 32 indutui ad corpus tunicam. 33 cinctui balteum . . . amictui pallium. met. 8, 19 venni *v. p. 2400, 2.* ITALA Is. 53, 12 (Tert. adv. Marc. 3, 19 p. 409, 25) multos . . . hereditati -bit *i. accipiet* (κληρονομήσει, VVLG. *aliter*). I Cor. 15, 50 (Tert. resurr. 51) ita nec corruptela incorruptelam hereditati -bit (κληρονομεῖ, VVLG. possidebit). VVLG. I Macc. 12, 9 solacio sanctos libros (παράκλησιν ἔχοντες τὰ βιβλία).

4 *accedunt* ***genetivi varii generis*** (*aliter p. 2428, 37*): PLIN. paneg. 75, 5 -eantque muneris tui, quod iam decipi non possunt. CIL VI 1585ᵇ, 22 (*s. II ex.*) quod ut -eat sui iuris. COD. Theod. 9, 42, 8 (*a. 380*) sextantem ipse . . . suae -eat potestatis, trientem liberi.

nota: c. genetivo partitivo (*v. Löfstedt, Syntact. 1, 117. cf. et TAC. p. 2404, 69. TERT. p. 2452, 37*): LVCIF. Athan. 1, 40 p. 137, 18 non -ere utique virium ad eripiendum nos de manibus tuis deum dicis (CHIRON 371 ut -eat virium [*i. ut vires resumat, accipiat.* vicium *cod.*]). BENED. reg. 41 si operis in agris -uerint. *inc.*: COMM. instr. 2, 7, 15 velle (*BA*, velli *C*) martyrii -ere (*rectius fortasse revocatur ad p. 2404, 8 sqq.; cf. Martin, Commodianea 1917, 83. Schmalz-Hofmann*⁵ *p. 578, 1*). *cf.* ab *p. 2421, 63.* de *supra l. 4.*

5 *accedit* ***gerundivum*** (*cf. p. 2439, 10 sqq. 2425, 43. Thielmann, Archiv 2, 1885, 67. 380. locos dedi omnes*): **a** *neutr. impers.*: VARRO rust. 1, 16, 2 multi . . . -ent, in praediis quibus . . . vinum aliudve quid desit, importandum; contra non pauci, quibus aliquid sit exportandum (*de sententiae distinctione cf. q. adn. Goetz in commentario editionis a. 1912*). SEN. contr. 2, 7 (15), 1 confitendum -o *seq. acc. c. inf.* (PLIN. nat. 31, 35). 9, 5 (28), 1 -ui filiam: de omnibus meis -o dicendum '-ui' (TAC. dial. 31. 37). 10, 2 (31), 4 pugnandum -bam non imperatori tantum, sed patri. COLVM. 1, 4, 2 praedicandum -o, quod . . . Regulus dixisse memoratur. 2, 9, 10 illud deinceps praecipiendum -o, ut *eqs.* (2, 14, 9. 5, 5, 3. 12, 52, 13). 12, 3, 7 illud . . . custodiendum -bit. PETRON. 90, 6 tecum . . . rixandum. PLIN. nat. 8, 46 fugiendum. QVINT. decl. 368 p. 405, 7 mendicandum. FRONTIN. strat. 1, 4, 3 per *angustias* transeundum. 3, 11, 1 redeundum. TAC. dial. 36 respondendum. ann. 4, 40, 2 nubendum post Drusum an in penatibus isdem tolerandum -ret. 14, 44 statuendum. PLIN. epist. 1, 7, 6 certandum. 1, 8, 12 enitendum. TRAJAN. Plin. epist. 10, 78, 1 consulendum. CELS. dig. 6, 1, 38 *illis* carendum. VLP. dig. 28, 7, 8, 4 alii condicioni parendum. TERT. virg. vel. 17 p. 910, 3 Oe. cum delitescendum -et struthiocamelus. nat. 2, 4ᵉˣᵗʳ· in vacuum ⟨laboran⟩dum -uros (*cf. H. Hoppe, Synt. u. Stil. Tert. 1903 p. 44 adn.*). MART. CAP. 9, 898 gratulandum. **b** *pers.*: SEN. benef. 7, 3, 2 non -et mittendos trans mare legatos nec metanda . . . castra, non . . . disponenda praesidia; non opus est *militibus* (TAC. dial. 8 non auditu cognoscenda, sed oculis spectanda. 19 nec exspectandum -ent oratorem. hist. 1, 15 nihil . . . excusandum [4, 77]. PLIN. paneg. 15, 5 nec -ent adnumeranda

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ⓘ *loca, res locales*: ACC. trag. 113 te -et templum. VERG. ecl. 10, 9 quae nemora aut qui vos saltus -uere? georg. 1, 24 quem mox quae sint -ura deorum concilia incertum est (AVSON. 319, 5 senatus). Aen. 1, 556 te ... pontus (OV. met. 1, 361. 11, 701 CLAVD. 8, 93 *v. infra l. 67. cf.* Aen. 6, 262 me fluctus). 4, 633 *illam* cinis ater (*cf. Ps. Arist. pepl. 23 ἥδε κόνις κατέχει.* PROP. 2, 28b, 56 ignis. OV. trist. 1, 3, 98 *rogus* [EPICED. Drusi 264]. 4, 3, 46 humus). 5, 734 me ... Tartara (HOR. carm. 1, 28, 9). Aen. 6, 521 me ... thalamus (OV. am. 2, 19, 27 Danaën ... turris. epist. 14, 84 carcer [*cf.* SEN. contr. 9, 1, 10]. fast. 4, 276 puppis. trist. 1, 11, 38 *lectulus*. CLAVD. DON. Aen. 9, 735 regia. COD. Theod. 6, 22, 6 secretae quietis umbracula). Aen. 9, 489 quae nunc artus ... tellus -et? (*cf.* 10, 705 Laurens ... ora Mimanta. AETNA 5 OV. epist. 6, 136. 14, 112 ultimus orbis [CALP. ecl. 8, 20 secreti pars orbis mundusque piorum]. 17, 126 *v. supra l. 37*. trist. 3, 13, 28 SEN. Herc. O. 36. CLAVD. 8, 93 hunc Alpes, hunc pontus -et. CE 1406, 4 paradisus). ENNOD. epist. 7, 8, 2 Arelatensis habitatio.

Ⓘ *-ent alia*: OV. trist. 1, 11, 32 quam (*partem barbaram*) cruor et caedes bellaque semper -ent (VAL. FL. 5, 283 Colchos -eant quae proelia quique nunc status). SEN. dial. 2, 6, 5 filias meas ... casus (*v. vol. III 579, 41 sq.; add.* CLAVD. DON. Aen. 3, 315 [VERG. excipit]). Val. Fl. 3, 291 te ... nox (*cf.* AVIEN. ora 672 umbra noctis arctoos. Arat. 817 similis ... lux -et omnis, par modus). COMM. apol. 466 vos ignis -bit. NEMES. ecl. 2, 55 omnia ludus -et cantusque chorique. *fere i. q. amplecti*: TAC. ann. 2, 44, 2 Maroboduum regis nomen invisum (*v. p. 2430, 7*) apud populares, Arminium pro libertate bellantem favor -bat (*cf. Herod. 7, 5 ἵνα λόγος σε ἔχῃ πρὸς ἀνθρώπων ἀγαθός.* TERT. *p. 2415, 56*). CYPR. hab. virg. 22 in. magna vos merces -et (*S*, manet *WD*), praemium ... virtutis, munus ... castitatis.

β res -et aliquid: Ⓘ *locum*: ⓐ *-ent corporalia*: OV. rem. 338 papillae omne pectus -ent. met. 1, 552 in ramos bracchia crescunt, pes ... radicibus haeret, ora cacumen -et (6, 144 cetera venter). fast. 5, 382 summa virent pinu, cetera quercus -et. SEN. Phaedr. 231 non -et latam data plaga frontem. STAT. Theb. 4, 132 umeros scutum. AVIEN. Arat. 1256 haec *sidera* -et occidui plaga gurgitis. CHIRON 30 quae corruptio sanguinis ... eas partes -eat necesse est vel corrumpat, ubi *eqs.* DRAC. satisf. 90 temperies caeli ... de quinque plagis vix -et ipsa duas (*ibid.* possidet orbem).

ⓑ *-ent incorporalia*: SEN. Herc. O. 380 laeta silvas forma vernantes -et. STAT. Theb. 5, 458 sua iura ... Phasin -ent. PRVD. c. Symm. 2, 416 regius ...-uit status urbem. Ⓘ *tempus*: OV. fast. 5, 722 *Agonia Ianuario celebrantur*; quae tamen in fastis hoc quoque tempus -ent (*inc.* Pont. 3, 1, 14 *var. lect., v. p. 2415, 11*). CELS. 2, 5, 1 morbum ... longius ... tempus -urum. Ⓘ *alia*: COD. Theod. 11, 16, 18 (*a. 390*) eius ... patrimonium ... cura *muneris sordidi implendi* non -bit (*syn.* ab eo ... sollicitudo cessabit). EPIST. pontif. 374 Conc.s I 2 p. 7, 5 catholicam fidem quies -uit (*I 1, 1 p. 77, 15 ἡ ... πίστις εἰρήνευσεν*).

2 ***c. obiecto duplici***: CIC. Tull. 19 agros, vias denique infestas -bant (rep. 3, 24 mare [NON. 318, 15 facere]. Att. 9, 19, 3 LIV. 26, 24, 5 PANEG. 10 [4], 17, 1). LIV. 26, 30, 12 captae ... urbes Capua Fulvium reum, Marcellum Syracusae *-ent* (TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 504, 12 reos -uit sapientes ... deum non requirentes. 504, 6). VELL. 2, 1, 5 Pompeium gratia impunitum -uit (*cf. p. 2429, 84*). VAL. MAX. 3, 3 ext. 4 multorum aures illa lingua ... attonitas -uerat (SEN. epist. 110, 5 IVV. 13, 194). SEN. dial. 9, 2, 10 *mentem* spes inchoatae -ent suspensam (*ad p. 2429, 83*), deploratae tristem. TAC. ann. 2, 57, 1 *haec tamen non* laetum Germanicum -bant. AVR. VICT. Caes. 20, 6 gentis nostrae ... quae ... bonorum parce fecunda, quos eduxerit tamen, quemque ad sua celsos -et (*fort. ad p. 2419, 66*. ALC. AVIT. carm. 2, 91 me celsum virtus -uit). AVSON. 419, 55 collegam meum, quem praesentem -et occasio. COD. Theod. 6, 27, 18 (*a. 418*) quos vita culpabiles et origo -et ignobiles.

C *inest notio* ***accipiendi***: **1** ***vi ingressiva*** (*cf. p. 2408, 58. 2410, 23. 2418, 49. 2427, 58. 2434, 27. 42. 2446, 57*): **a** *subi. aliquis*: ***α obi. aliquid***: Ⓘ *malum, sim, mortem sim., suffragium sim.*: PLAVT. Amph. 721 malum ...-bis ([SEN. contr. 2, 4, 13]. CIL I2 839 ne m. -eas [CIC. fin. 2, 71 ne m. -eat (Att. 7, 2, 4)]. *sim.*: LIV. 1, 50, 9 -urum infortunium esse. PETRON. 66, 4 -bo convicium. 74, 17 ne mortuus lites *uxorias* -eam. TERT. adv. Marc. 4, 27 p. 516, 1 'vae' -uri *v. p. 2403, 19*. CARM. Porph. Hor. ars 417 [p. 30, 4 M.] -eat scabiem, quisquis *eqs.* INSCR. christ. Diehl 3866 repra [*i. lepram*] -eat. 3855 abea anathema da *deo* [3856 a Iuda. 3866 de Iuda]. 3865 abea inde inquisitionem ante tribunal *dei*. 3852 maledictionem domini avea). CARM. Suet. vita Verg. l. 179 Br. nudus ara, sere nudus: -bis frigore febrem. PROP. 1, 18, 8 in amore tuo cogor -ere notam. 3, 15, 40 Dirce ... in multis mortem -ura locis (DRAC. Orest. 445 affectus ... amaram iussit -ere necem *Euadnen* ['*obtinere*' *Vollm.*]). CARM. schol. Iuv. 5, 3 digna dignis: sic Sarmentus -eat crassos compedes.

t. t. serm. iurid.: VAL. MAX. 8, 1 abs. 2 paene nullum triste suffragium -uit (*cf.* ASCON. p. 29, 8 St. nullam gravem sententiam -uit [*ibid.* 9 tres graves -uerunt. 46, 10 graves *tot*, absolutorias *tot.* 46, 15. PLIN. epist. 4, 9, 2 varias ..., plures ... mitiores]. PS. TERT. adv. Iud. 10 p. 727 Oe. iudicium mortis).

nota: LIV. 21, 11, 5 ut (*cf. l. 62. p. 2434, 42*) a proeliis quietem -uerant. 33, 48, 7 cum primum fallendi eos ... tempus -uit *Hannibal.*

Ⓘ *speciatim in geometria*: VITR. 1, 6, 7 linea perducenda ..., ut -eatur meridiana ... regio. *ibid.* ita austri ... -bitur designatio (9, 7, 6 deformatio).

β aliquem: SALL. lug. 112, 3 cum talem virum in potestatem -uisset (*v. edd. ad l.*).

b *raro subi. res* (*inf. infra l. 65*): ***α aliquid*** (*ubique perf.*): VERG. georg. 2, 427 ut primum (*cf. supra l. 54*) ... vires -uere suas *poma*. OV. met. 9, 707 *v. p. 2435, 26*. VELL. 1, 8, 1 *v. p. 2417, 77*. LVCAN. 4, 130 *v. p. 2410, 22*. IVV. 10, 278 exilium et carcer ... hinc causas -uere. TAC. ann. 4, 37, 3 ut semel recepisse *venerationem divinam* veniam (*cf. p. 2435, 24*) -uerit. *alia huc referri possunt, e. g.* CIC. Tusc. 1, 5 philosophia *nullum* -uit lumen litterarum Latinarum (*cf. q. adn. Pohlenz ad l.*). *prorsus alio pertinent* (*inde a* S. C. Bacch. 4 *v. p. 2400, 70; cf. Schmalz-Hofmann*3 *p. 501 § 175*): OV. met. 15, 459 corpora, quae possint animas -uisse (*i. -ere*) parentum. *al. speciatim apud* PRISC. gramm. *passim de rebus grammaticis, de quibus tempore praesenti loqui solemus*: II 137, 23 excipitur 'rubicundus'; quod in paenultima syllaba pro b c -uit, ne sit absonum, si *eqs.* 267, 22 excipiuntur 'tellus telluris', 'palus paludis', quae duo non -uerunt t in genetivo. 439, 22 (*inter verba anomala*) similiter 'aufero abstuli' in praesenti pro 'ab' 'au', in praeterito 'abs' -uit. 480, 19. 507, 15. 510, 14. 516, 14. III 77, 2. 80, 12. 124, 4 ex quibus etiam nominationem -uerunt (*Apollon. synt. p. 33, 11 καὶ τὴν τοῦ ὀνόματος ἕσχε θέσιν*). *consentaneum est Apollonii elocutionis exemplar non solum iis, quae extremo loco posuimus, sed in ceteris quoque subesse (cf. R. Schneider, Apollon. Dysc. III p. 156 de Apollonii usu imperfecti. idem valet de aoristo et convenit cum doctrina de linguae particulis et formis 'impositione' vel θέσει ortis, cuius assecula est Apollonius*).

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β *aliquem*: HOR. carm. 4, 4, 48 vastata ... fana deos -uere rectos. OV. met. 4, 373 (= 10, 489) vota suos -uere deos. *huc referri possunt*: OV. met. 13, 119 *v. p. 2419, 72.* VELL. 1, 8, 1 *v. p. 2419, 57.* SEN. epist. 27, 8 *v. p. 2419, 65.*

2 ***vi perfectiva*** (*passim iam inde ab antiquissimis, ubi verbi formae cum emphasi aut in principio aut in fine enuntiati collocantur, nonnumquam ipsae pro enuntiato sunt. talia sunt in eis, quae supra proposuimus, e. g. p. 2398, 61. 63. 67. 70. 80. 81. 2399, 66. 2400, 56. 2401, 39. 2402, 7 sqq. hic damus specialia quaedam*):

a *spectatur accipiendi actio corporalis*: *α acceptum -ere aliquid* (*argentum v. p. 2402, 5*): Ⓘ **-et,** *sc. ictu mortifero, vulnere letali affectus est* (*t. t. sermonis popularis gladiatores spectantium*): *meton.*: TER. Andr. 83 captus est: -et (DON. *ad l.* p. 67, 8 id est vulneratus est; ‘-ere’ enim dicitur, qui percussus est. proprie de gladiatoribus dicitur ‘-et’, quia prius alii vident, quam ipsi sentiant se esse percussos. p. 67, 15 sic dicitur de eo, qui letaliter vulneratus est [*affert exemplum* VERG. Aen. 12, 296 hoc -et; *de quo cf. p. 2431, 20*]). *proprie*: SEN. Ag. 901 (*verba Cassandrae animo necem Agamemnonis spectantis*:) -et, peractum est: pendet ... caput amputatum (*item* Herc. O. 1457 -et, peractum est: ... poenas dedit. sua perempta dextera mater iacet [1472 *repetuntur verba* -et, p. e.]. *plane aliter* Oed. 998 *v. p. 2451, 51*). *de locutione simili q. e.* ‘hoc -et’ *et ipsa, ut videtur, ex sermone gladiatores spectantium originem ducente, sed aliter comparata v. p. 2431, 18. confunduntur ab interpretibus et antiquis et recentibus.* Ⓘ *litteras*: CIC. Catil. 3, 8 a P. Lentulo se -ere ad Catilinam mandata (LIV. 3, 25, 7) et litteras (Att. 4, 18, 5 abs te proximas l. -bam Epheso. 6, 1, 1 recentissimas a Cybistris te meas l. -ere ais. 9, 13, 8 ad Brut. 1, 10, 1). *nota* Att. 16, 16, 1 ad Plancum scripsi, misi; -es exemplum (*sc. his ipsis litteris adiunctum; praes. pro futuro e sollemni litterarum temporum usu*). *β aliquem -ere captum, comprehensum: proprie*: TER. Eun. 674 -esne hominem? :: quidni -eam? (*cf.* 835 -emus hominem ipsum *sc. deprensum, qui iam comprehendetur*). *meton.*: PLAVT. Cas. 470 -o viros (*singulariter, ut videtur*). *-ere acceptum, receptum*: CIC. Att. 12, 51, 1 Tironem -o citius quam verebar.

b *spectatur actio alqd. animo accipiendi*: *α -ere cogitando, quaerendo inventa, comprehensa*: PLAVT. Epid. 314 me una res turbat (*sc. quomodo illud faciam*). atque id quoque -o (Mil. 215 -et opinor. TER. Andr. 704 iam -o. Haut. 677 -o optumam *sc. rationem*). TER. Eun. 401 -es (*i. intellexisti.* DON. *ad l.* schol. 2 ‘-es’ intellegis). CIC. Lig. 6 nullum -es ... adhuc in *illo* signum alienae a te voluntatis.

β docendo, scribendo (litteris l. 63. 71. 73), argumentando proposita, maxime ita ut 2. sing. vel plur. appellentur, ad quos pertinent, quae dicta sunt (*saepe in fine argumentationis*): NON. p. 318, 8 -ere audire (*exempla afferuntur* LVCIL. 792 *v. l. 59* TER. Hec. 194 *v. ibid.*). **-ctis:** PLAVT. Capt. 23 rationem h., quomodo *eqs.* (RHET. Her. 4, 26, 35 cuiusmodi fuerit, h.; nunc *eqs.* CIC. Cluent. 164 quae collegerint. de orat. 2, 350 quid sentiam). Poen. 55 nomen iam h.; nunc (*cf. l. 48. 56. 60. 75*) rationes ceteras accipite (CIC. Verr. II 5, 25 hominis consilia. leg. agr. 2, 32 formam adhuc h ... tyrannorum. Flacc. 81 causam. Phil. 3, 16 extr. [*ironice*] nobilitatem generis. rep. 2, 49 h. igitur ... ortum tyranni. de orat. 2, 361 sermonem bene longum. SEN. suas. 2, 9 consilium meum. *acced. part. perf. pass.* [*cf. l. 66*]: CIC. leg. 2, 69 explicatum omnem ... religionum locum. :: nos vero). CIC. Verr. II 5, 60 *sq. acc. c. inf.;* cognoscite nunc *eqs.* (AVG. un. eccl. 25, 72 ecclesiam .. diffundi). AVG. in euang. Ioh. 42, 15 hic h. (*sc. totam causam vel rationem*): non est quod dicatis. **-es:** TER. Hec. 194 omnem rem (LVCIL. 792 CIC. Att. 5, 20, 7 omnia). CIC. Pis. 53 -es reditum meum: confer nunc vicissim tuum. leg. 2, 16 -es legis prooemium. :: -o vero (Tusc. 1, 119 -es epilogum. :: ego vero. *cf. supra l. 55*). fin. 4, 19 formam *horum* philosophorum (*sim.*: orat. 237. Att. 1, 14, 6 res Romanas. 1, 16, 6 ut brevissime potui, genus iudicii. 5, 21, 10. 13. epist. 7, 24, 2 -es ‘Sardos venales *eqs.*’; cognosti *eqs.* OV. epist. 15, 10 LIV. 36, 7, 16 SEN. nat. 3, 9, 3 PLIN. epist. 1, 8, 18. TERT. anim. 35 p. 361, 27 angeli vocem: ‘*eqs.*’. *acced. part. perf. pass.* [*cf. supra l. 54*]: CIC. fin. 2, 48 Tusc. 3, 38. TERT. resurr. 32 p. 70, 20 scriptum [adv. Marc. 3, 22 p. 414, 15 praedicatum. AMBR. Iob 4, 4. 15 sic ... scr. 2, 5, 18 dictum. Cain et Ab. 1, 8, 32 p. 367, 12 lectum]. PACIAN. sim. carn. p. 123, 20). VARRO Men. 100 cuius rei causa fecerim *eqs.* (CIC. Sest. 132 qui essent *eqs.* Tusc. 5, 82 nat. deor. 3, 6. Att. 4, 2, 6 quoniam acta quae sint, -es, *haec* cognosce. SEN. dial. 9, 17, 12 PLIN. epist. 1, 22, 12). CIC. epist. 1, 9, 20 -es de (*cf. p. 2434, 7*) Vatinio; cognosce de Crasso (ad Q. fr. 3, 1, 6 -es fere de rebus rusticis). Att. 5, 4, 4 -es ad omnia (6, 1, 22. 8, 15, 1. 15, 17, 1 extr. ad superiorem. nunc audi ad alteram. ad Q. fr. 3, 5, 7). IREN. 5, 21, 1 in. *sq. acc. c. inf.* (*item* AMBR. Iob 2, 4, 12 extr. -es ergo. 3, 3, 6. AVG. in psalm. 26, 2, 7 in. un. eccl. 8, 21 extr. ecce -es *eqs.* [in psalm. 100, 6]; *seq.* quia: AMBR. exhort. virg. 7, 49 in evangelio. *cf.* sacram. 3, 12 in actibus ... quod). DON. Ter. Ad. 303 in subditis sic -es: ‘*eqs.*’ (*cf. supra l. 68.* AMBR. Iob 4, 7, 27 alibi -es ‘*eqs.*’). AVG. serm. 152, 11 -es, cum ... adduceretur, dicit lex: ‘*eqs.*’ *sim. al.* *nota*: CIC. Att. 12, 1, 2 hoc igitur **-bis:** novi nihil (*cf. q. adn. Tyrrel-Purser ad l.*). VARRO rust. 1, 23, 1 quoniam **-emus** illa dua prima ..., de tertia parte expecto. CIC. rep. 2, 23 istius ... matrem -emus, ignoramus patrem. OV. trist. 3, 5, 37 maius apud Troiam ... quid -emus Achille? TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 495, 7 totum ... habitum visionis istius -emus etiam apud *illum* (AMBR. Cain et Ab. 1, 2, 7 sicut -emus scriptum dicente domino: ‘*eqs.*’ [*aliter p. 2453, 27; sim.*: AVG. in psalm. 3, 4 dictum. 55, 1 inscriptum. 83, 10 extr. lectum]. FAVST. REI. spir. 1, 8 p. 114, 25 ut dictum est *eqs.*). CIC. part. 18 **-o** de *eqs.*; nunc ... quaero (45. 129. *cf.* leg. 2, 45 ac. 2, 48 sententiam tuam. 2, 52 ius pontificium).

D *inest notio* ***in se recipiendi*** (*maxime cum substantivis verbalibus; quae iunctura est fere pro passivo eius verbi, cuius est substantivum verbale*): **1** ***-ent animantes:*** **a** *c. subst. verb. fere pro passivo* (*cf. p. 2407, 73*): CIC. Cael. 2 -et *adulescens* excusationem vel pietatis vel necessitatis vel aetatis (*cf. l. 77*). de orat. 2, 283 *ille* nonnullam ... invidiam ex eo, quod (OV. rem. 20 i. caedis ... -es. trist. 4, 4, 26 SEN. epist. 115, 17 et miseriam et i.). ad Q. fr. 3, 9 (7), 3 *Messalla* odii nihil -et (PETRON. 84, 1 odium. CLAVD. DON. Aen. 2, 130 p. 164, 2 apud omnes. PS. AVG. serm. ed. Mai 6, 2 a mundo). BELL. Alex. 33, 3 *reges* amorem suorum (NEP. Timol. 3, 4 tantum ... Siculorum. *cf.* CAPITOL. Alb. 12 vestrum [*senatus*] iudicium. CLAVD. DON. Aen. 5, 495 favorem populi). NEP. Epam. 5, 5 suspicionem adulterii. HOR. sat. 1, 9, 56 difficiles aditus primos -et. VAL. MAX. 1, 1, 19 venerationem, quam apud colentes maximam semper -uerat *deus* (*cf. p. 2435, 13*). FIRM. err. 6, 5 non potuit -ere sepulturam (*cf.* CIL VI 9318 -et depossone *i. depositionem, sepulturam* III id. Iul. [INSCR. christ. Diehl 3047. 3048. 3048 A B]). VVLG. sap. 3, 10 impii ... correptionem -bunt (ἔξουσιν ἐπιτιμίαν. II Petr. 2, 16 c. -uit suae vesaniae [ἔλεγξιν ἔσχεν]). 6, 12 disciplinam (παιδευθήσεσθε). I Tim. 5, 12 *mulieres* -entes damnationem, quia (ἔχουσαι κρίμα). AVG. in psalm. 51, 1 extr. a *morte* maxime -emus persecutionem. ROMVL. fab. 53, 10 rec. Gall. nullam iam -ens ⟨custodiam et⟩ diligentiam macer effectus est. VITAE patr. 7, 43, 2 p. 1059 A cruciationem. HIST. Apoll. 41 p. 87, 7 (*in versu*:) contemptum -o. NICET. spir. 18 p. 34, 14 remissionem.

b *vergit in notionem* ***patiendi, fruendi:*** *α -ere res, quibus aut in bonam aut in malam partem aliquo modo afficiamur* (*cf. p. 2406, 76 sqq. 2407, 2 sqq.*): ACC. trag. 175 te propter tot ... -emus vastitates funerum. CIC. Mil. 89 nisi ..., hodie rem p. nullam -retis (Phil. 3, 5 [*cf.* 13, 2 et pacem stabilem et aliquam rem p. nobis -ere licuisset. Phil. 2, 90 pacem -remus]. 3, 2 bellum iam nullum -remus [5, 30. 53. 11, 12. *cf.* LIV. 21, 10, 11 bellum ... cum Romanis. 31, 7, 13 *v. l. 73*]). CIC. Tusc. 5, 42 quî securitatem ... -ere quisquam potest (LIV. 21, 11, 5 ut [*cf. p. 2432, 54*] a proeliis quietem -uerant. ITALA Matth. 6, 25 [Aug. de serm. dom. 2, 15, 49] dico vobis non -ere sollicitudinem animae vestrae, quid edatis *eqs.* [μεριμνᾶτε, VVLG. ne solliciti sitis]). Att. 13, 16, 1 pedem e villa adhuc egressi non sumus; ita magnos et assiduos imbres -bamus ([TERT. *v. p. 2436, 22*]. *cf.* CIC. epist. 15, 3, 2 secundos ventos [BELL. Hisp. 19, 2. OV. epist. 6, 6 non -uisse. trist. 1, 10, 50 suos. LIV. 25, 27, 4 satis prosperos]. 16, 1, 2 et comites et tempestates et navem idoneam ut -eas [BELL. Afr. 1, 3 tempestates ad navigandum idoneas non -bat]. PETRON. 41, 11 mundum frigus -uimus). Att. 16, 4, 1 -ui noctem plenam timoris (PROP. 1, 3, 40 tales perducas ... noctes, me ... quales semper -ere iubes. HIST. Apoll. rec. B 18 in. inquietam). SALL. Catil. 52, 22 pro his nos -emus luxuriam atque avaritiam, publice egestatem, privatim opulentiam. CAES. civ. 3, 47, 3 secundum cursum. LIV. 2, 64, 2 *novi consules* similem annum priori ... -ent, seditiosa initia, bello deinde externo tranquilla. 45, 37, 1 nullam in exercitu seditionem -uit. SEN. contr. 2, 1, 1 quietiora tempora pauperes -uimus. 7, 1, 5 -es, ... si innocens es, navigium, si nocens, culleum. MART. 4, 46, 19 Saturnalia fructuosiora annis non -uit decem. TAC. Agr. 14 biennio prosperas res -uit. ann. 14, 63 Octaviae deductae in domum, in qua nihil nisi luctuosum -ret. COMM. instr. 2, 33, 8 faustum felicemque diem in *funere* vultis -ere. PS. AVG. serm. 111, 3 parentes nostri dies bonos -uerunt, nos malos dies -emus.

nota: SEN. epist. 19, 4 iam notitia te invasit ...: tenebras -ere (*i. obscurus esse*) non potes. *cf. p. 2435, 52.*

β homines (*cf. p. 2408, 67 sqq. 2409, 18 sqq.*): CIC. S. Rosc. 33 hominem (*cf. p. 2409, 27*) longe audacissimum nuper -uimus in civitate C. Fimbriam. Rab. Post. 41 nisi ..., nos hunc iam pridem in foro non -remus. Mil. 89 Milone occiso -uisset suos consules. CAES. civ. 3, 69, 4 extra et intus hostem. LIV. 2, 12, 10 ut ... ferrum hostemque in vestibulo -eas regiae. 31, 7, 13 hodie in Italia Hannibalem ... -retis. Macedonia potius quam Italia bellum -eat.

2 ***-ent res:*** CIC. leg. agr. 2, 70 Sullanus ager ... tantam -et invidiam, ut *eqs.* (Mur. 87 *v. infra l. 78.* NEP. Thras. 4, 1 corona a populo data ... nullam -uit. *cf. supra l. 14*). 3, 5 invidiosa lex ... -et excusationem (de orat. 1, 125 stultitia e. non -et. leg. 2, 41 Att. 8, 12, 2. *cf. supra l. 13*). Mur. 87 misericordiam spoliatio consulatus magnam ... invidiam ... consulatus ipse nullam. Marcell. 26 ne tua divina virtus admirationis plus sit -ura quam gloriae ([Phil. 1, 7 *reversio.* de orat. 2, 344 sapientia ... et ipsa eloquentia a. -et non minus, iucunditatis (*ad p. 2413, 58*) minus. orat. 11 aliquid. fin. 4, 74 quid. VITR. 7, 11, 1 satis. *al.*]. epist. 7, 1, 2 popularem. SEN. epist. 86, 8 *v. p. 2435, 44.* PLIN. nat. 10, 91 nidi. 34, 44 capita *statuarum.*

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

QVINT. inst. 12, 10, 75 dictum. *v. vol. I 736, 38. 45. 737, 39. 739, 37. 55; cf. et p. 2416, 59. huc fort.*: CIC. Att. 5, 4, 1 res -bit [*Kayser*, -bis *codd.*] mirationem). de orat. 2, 120 illa ... excogitationem non -ent difficilem. 3, 38 quae cognitionem -ent facilem, usum necessarium (fin. 5, 34 ea nec auctoritatem [*ad p. 2413, 25*] ... et cognitionem -ent faciliorem. *sim.*: nat. deor. 3, 93 natura deorum ... quam difficiles explicatus -ret. PLIN. nat. 10, 209 somni quaestio non obscuram coniectationem). orat. 11 reprehensionis aliquid (VAL. MAX. 9, 6 praef. non minus; *opp.* laudis *consequi*). 13 eloquentia ... forensis ... iactationem (*cf. vol. VII 1, 46, 15*) -uit in populo. part. 43 ea defensiones ... in legitimis iudiciis non -ent, in ... disceptationibus -ere possunt. fin. 3, 45 bonum ... crescendi accessionem nullam (*aliter p. 2411, 56*). nat. deor. 1, 45 -et venerationem iustam, quidquid excellit (QVINT. inst. 1, 10, 9 *musice* tantum ... studii et venerationis. CLAVD. DON. Aen. 2, 175 p. 171, 27 templa ... aliquam). Att. 4, 16, 6 aedilitas eius memoriam non ingratam (*cf.* Ov. Pont. 4, 8, 48 notitiam ... posteritatis -et *virtus*. QVINT. decl. 256 p. 51, 9 amor ac fides nullam ... oblivionem). epist. 1, 8, 1 ut nullam mutationem ... -ura *res sit*. 10, 28, 1 ut vestrum ... in r. p. beneficium non nullam -eat querelam. 11, 21, 3 quae cautionem non -bunt (*opp.* quae provideri poterunt). CAES. civ. 2, 1, 3 pars ea ... difficilem ... oppugnationem. PVBLIL. O 11 occasio receptus difficiles -et (*i. aegre recipitur*). VERG. catal. 11, 4 quid immeriti crimen -ent cyathi? (*add. ad vol. IV 1192, 23 ubi plura*). HOR. epist. 2, 1, 169 comoedia ... veniae minus (*v. p. 2432, 66*). Ov. epist. 6, 6, 7 debebit -ere fidem nostra praedictio (ars 52 nova ... verba. met. 9, 707 res. PETRON. 97, 9 fictae preces. SEN. nat. 7, 10, 2 f. non -et *sq. acc. c. inf.*). fast. 1, 518 tantum fati ... locum. 3, 116 erat reverentia feno, quantam nunc aquilas *legionum* cernis -ere (*sim.*: PLIN. nat. 20, 112 apio gratia in volgo est. namque rami ... in condimentis peculiarem gratiam -ent. QVINT. inst. 10, 1, 88 in *lucis* ... antiqua robora iam non tantam -ent speciem quantam religionem). MANIL. 1, 292 *axis* motum non -et ullum (CLAVD. DON. 8, 25 aqua). VITR. 1, 6, 3 *morbi* curationes (*ibid.* curabuntur. *sing.*: CELS. 4, 2, 5. 5, 26, 1 C difficilem ... promptiorem. CHIRON 343 [*Hippiatr. 1 p. 102, 13 οὐκ ἔστιν αὐτοῦ θεραπεία*]). 1, 7, 2 *materiae* quibus sint virtutibus et quem -eant usum (2, 1, 8. CELS. 5, 25, 4 B multiplicem *catapotia*. QVINT. inst. 8, 6, 47 u. talis allegoriae ... oratio. 10, 7, 19 aut u. ... aut necessitatem. 12, 10, 69. LACT. opif. 6, 10. *cf.* QVINT. inst. 6, 2, 10 nec ... minus artis aut usus hi leniores *affectus* [*ibid.* exigunt]). 8, 6, 5 *aquae* ductio ... hanc -bit expeditionem (*i. ita conficietur*). 10, 2, 1 orbiculi per axiculos versationes -entes (10, 15, 3. 10, 2, 11 liberam). CELS. 7, 4, 3 B 〈non〉 omni modo res ea desperationem. SEN. contr. 7, 1, 14 apud plerosque disputationem -et (AVG. nupt. et concup. 1, 30, 34 in. controversiam). SEN. epist. 86, 8 *aedificia* concursum et admirationem ... cum dedicarentur. QVINT. inst. 6, 3, 11 hoc ... nonnullam observationem. PALLAD. 12, 1, 3 cocturam non ... difficilem. SCHOL. Cic. Bob. p. 129, 29 St. quod ex sua persona -ret offensam, sub aliena ... delitiscat. CLAVD. DON. Aen. 9, 115 *naves* defensionem meam. AVG. civ. 6, 8 p. 261, 15 D. hic morbus (*sc. viros muliebria pati*) ... -et inter illa sacra professionem, quod ... vix -et inter tormenta confessionem.

nota: SEN. clem. 1, 8, 1 quorum ... vitia tenebras -ent (*cf. p. 2434, 65*).

E *inest notio* ***praesto*** *-endi (cf. p. 2397, 70),* ***in promptu*** *-endi et* ***agenda*** *(saepe dicenda, scribenda [inde fere i. q. scire, novisse: infra l. 84. p. 2437, 52. 83]) et* ***utenda, adhibenda*** (sibi: *p. 2436, 35*): **1** ***obi. neutr.*** (nihil, certum, *pron.*): **nihil** (nihil ..., quod *v. p. 2437, 18. 2438, 17*): PLAVT. Mil. 407 nihil -o certi, quid loquar (CIC. Att. 5, 18, 1 n. certi ... nisi [6, 5, 3 de quo. *cf. infra l. 68*]. 6, 3, 1 n. ... -bam novi [*cf. infra l. 76*]. 11, 19, 2). TER. Andr. 713. ACC. trag. 476 ubi nihil contra (*cf. infra l. 83*) 〈o〉rationem ... -uit (*sc. quod diceret*), adsensit silens (ITALA psalm. 63, 9 [Hil. in psalm. 63, 12] ipsos linguae eorum [ἐξησθένησαν ἐπ' αὐτούς, VVLG. infirmatae sunt. HIL. *infra*: adversus *haec* loqui aliquid ... non -uerunt]). CIC. Tusc. 1, 94 quia ultra n. -emus, hoc longum dicimus. off. 1, 33. LIV. 1, 49, 3 ad ius regni n. praeter vim -bat (Ov. epist. 10, 8 quod videant oculi nil nisi litus -ent. fast. 4, 942 quare pereat, nil nisi nomen -et. *al.*). **certum:** *v. vol. III 914, 81 sqq.* (*915, 8 scrib.*: 4, 16, 9 [= 16, 7 M.]. *add.*: CIC. inv. 2, 128 certum quod sequantur nihil -uros. Att. 9, 9, 4. 12, 40, 5). ***neutr. pron.*** (quid..., quod? *v. p. 2437, 26. 2438, 19*) ***vel adi.:*** TER. Ad. 239 unum hoc -o: vide si satis placet (DON. *ad l.* subaudiendum 'quod dicam' vel 'dicere'). Eun. 17 -o alia multa. RHET. Her. 2, 5, 8 num quid -uerit de *eqs.* CIC. Planc. 55 sed neque tu haec -es neque eis confidis (*v. q. adn. Landgraf ad l.*). Att. 1, 13, 1 id ipsum certum. 3, 8, 1 de ... quicquam certi (5, 10, 1). 4, 10, 1 si quid -es certius (4, 12, 1 si q. novi [*cf. supra l. 60*] -es de *eqs.* [LIV. 35, 33, 5 si q. ... aequi se -ere arbitrarentur]. Tusc. 1, 55 nisi q. -es ad haec [dicere *add. V* 2. *cf. p. 2437, 73*]. div. 1, 85 q. enim -et haruspex, cur *eqs.* VERG. ecl. 3, 52 age, si q. -es [*sc. quod canas.* 9, 32 incipe, si q. -es]). Att. 5, 4, 4 si qua certa -es de Caesare. div. 1, 10 neque -es aliquid, quod *eqs.* fin. 1, 41 nec enim -et nostra mens quicquam, ubi *eqs.* AVG. haer. 88 extr. quae contra (*cf. supra l. 61*) *haeretica dogmata* veritas -et. Iob 9, 15 si -uero quippiam iustum. *inde fere i. q. scire, novisse*: CLAVD. DON. Aen. 2, 145 ut ... cetera, quae (*sc. secreta; cf. infra l. 61*) -ere putabatur, fideliter enarraret.

2 *obi. subst.*: **a** *res*: *α corporeas*: PLAVT. Aul. 233 neutrubi -eam stabile stabulum (*meton., cf. infra l. 9*), si *eqs.* Epid. 531 neque ubi meas spes collocem, -o usquam munitum locum (FANN. or. frg. Iul. Vict. rhet. 6, 4 p. 402, 14. CIC. Verr. II 2, 87 non quo ... locum ..., ubi ea poneret, nullum -ret. CARM. Char. gramm. I 275 [p. 174 Morel] standi. LIV. 21, 5, 9 ad transgrediendum [*v. et l. 30. 41*]. *meton.*: TER. Andr. 320 *v. infra l. 25.* CIC. de orat. 2, 50 suum [2, 64]. 2, 219 quid ... loci. Ov. Pont. 2, 7, 42. *cf.* CIC. Att. 5, 15, 1 non -eat satis magnum campum ille ... cursus animi et industriae meae). Rud. 764 ignem. CATO agr. 5, 5 iumenta pabulum -eant. 6, 3 frondem ovibus ... -eas. 9 si aquam -bis (VARRO rust. 1, 11, 2 Ov. Pont. 1, 2, 88). 9 si utrumque (*sc. ligni genus*) -bis. 26 privas ... scopulas in dolia facito -eas illi rei, quî ... circumfrices. 30 usque dum -bis (*sc. frondem*). 80 nisi calicem ... cavum -eat *sc. agricola.* 158, 1. VARRO rust. 1, 7, 8 *homines* salem nec fossicium nec maritimum. 1, 23, 5 ut -eas vimina. 3, 5, 9 *-o* sub oppido Casino flumen, quod per villam fluat liquidum *eqs.* CIC. Verr. II 6, 2 -ent ... provinciam, quo *eqs.* ... ubi *eqs.* Ov. met. 4, 215 ambrosiam pro gramine. LIV. 4, 27, 4 planitiem ... vel ad explicandas ... acies satis patentem. TERT. adv. Marc. 4, 17 p. 475, 5 cuius *dei* soles et imbres tu quoque ingratus -uisti.

β incorporeas: PLAVT. Epid. 645 non -o ullam occasionem, ut *eqs.* (VARRO rust. 2, 4, 1 victoriae. *al.*). TER. Andr. 160 si quid consili -et. 320 neque consili locum -o neque ad auxilium copiam. 623 non -o spatium, ut de te sumam supplicium (CIC. div. in Caec. 56 ad dicendum. Verr. I 56 *v. infra l. 40.* off. 1, 119 deliberandi. de orat. 1, 256). Haut. 20 -et bonorum exemplum (CIC. Mur. 66 Phil. 3, 15 *al.*). CATO orig. 83, 8 tempus exercitum ... educendi (CIC. Quinct. 3 vix satis ... ut. Verr. II 2, 2 ad dicendum [Att. 12, 27, 3 satis ... ad cogitandum. LIV. 28, 33, 16 et locum et t. ad fugiendum]. Att. 1, 14, 1 ut huic vix ... epistulae t. -uerim. 2, 23, 1 vacui temporis nihil. NEP. Milt. 1, 6 morandi. *cf.* CIC. Flacc. 75 tantum ... otii, ut *eqs.* [de orat. 1, 164 epist. 12, 30, 1 *al.*]). LVTAT. epigr. 1, 2 perfugium *v. p. 2418, 17* (CIC. off. 1, 58. LVCR. 5, 1186 sibi. *cf.* RHET. Her. 3, 7, 13 in suis ... virtutibus ... praesidium [CIC. Catil. 4, 14 Phil. 11, 20 Tusc. 5, 19. 83]. RHET. Her. 4, 24, 35 subsidium [CIC. Phil. 11, 26 Q. CIC. pet. 13]. Tusc. 2, 4 auxilia e reliquorum philosophorum disciplinis [*v. vol. II 1621, 68 sqq.*]). CIC. Quinct. 86 qui ... causam, cur mentirentur, non -rent (*v. vol. III 677, 11 sqq.*). Verr. I 56 spatium ad dicendum ... vacuosque dies (LIV. 10, 39, 10 diem ad proficiscendum ... -uit; nocte rediit. 24, 7, 11. *cf.* CIC. Mil. 24 ad praeturam gerendam ... plenum annum. LIV. 37, 8, 1 totam hiemem liberam in apparatus belli. ASCON. p. 36, 8 St. ad dicendum accusator duas horas, reus tres). Catil. 1, 3 senatus consultum in te (div. 2, 73 decretum). Phil. 1, 36 populi ... iudicia multa ambo -etis, quibus vos non satis moveri permoleste fero (SEN. contr. 10, 2, 2 patriae iudicium -o, patris perdidi. contr. exc. 4, 8 p. 241, 14 -o iudicia tua). fin. 1, 10 qui vel utrisque litteris (*graecis et latinis*) uti velint vel, si suas -ent, illas non magnopere desiderent. nat. deor. 3, 14 angi nec -ere ne spei quidem ... solacium (LIV. 5, 51, 1 exilii). ad Q. fr. 2, 10, 1 scribendi ... argumentum (2, 15, 4 *ὑπόθεσιν* scribendi egregiam -es. quos tu situs, ... quos mores, quas gentes ... -es!). CAES. Gall. 1, 7, 3 aliud iter (*sc. quo uti possent*) ... -bant nullum (4, 33, 2 expeditum ad suos receptum. BELL. Alex. 31, 5 ceteri faciliorem fugam -uerunt. Hisp. 30, 6 ut magno ... periculo accessus eorum -retur. NEP. Hann. 12, 3 exitus). NEP. Att. 2, 4 *versurae faciendae* condicionem aequam. SEN. contr. 7, 7, 6 quaeris ante actae vitae crimina? non -o (*sc. quae obiciam*). DECRET. imp. Marc. Call. dig. 4, 2, 13 petitiones (SVLP. SEV. dial. 3, 11, 8). TERT. adv. Marc. 4, 38 p. 550, 3 de *resurrectione* -entes interrogationem. VVLG. exod. 33, 7 qui -bat aliquam quaestionem. iud. 3, 19 verbum secretum -o ad te. *al. passim.*

b ***homines:*** *α testes, fidei datores* (*cf.* DON. Ter. Andr. 350 'me vide' ... me specta fidei datorem, *ut dici solet* 'me -es, me respice'. Phorm. 711): PLAVT. Poen. 971 ad eam rem testes (CIC. ac. 2, 81 verum testem). CIC. Brut. 61 nec vero -o quemquam antiquiorem, cuius ... scripta proferenda putem. ac. 2, 75 quid eos colligam, cum -eam Chrysippum? Att. 12, 18, 1 -o ... auctores, qui dicant *eqs.* (LIV. 8, 4, 10 idoneos *c. acc. c. inf.* [8, 30, 7. 9, 36, 3. 10, 5, 3]. MOD. dig. 48, 10, 33 nullo auctore -to). 14, 17 a, 6 proponam tibi claros viros, quod facere solent qui hortantur? neminem -o clariorem quam te ipsum. *speciatim in scriptis* (*cf. p. 2434, 1 sq.*): TERT. pudic. 18 p. 259, 13 -es (*cf. p. 2437, 2*) ... in psalmis beatum virum, qui *eqs.* resurr. 36 extr. dominum confirmantem ... resurrectionem (adv. Hermog. 32 in. Sophiam ... dicentem. AVG. in psalm. 26, 2, 7 extr.). 39 p. 81, 26 Paulum ... fidei suae professorem. adv. Marc. 5, 11 p. 610, 10 et universa benedixit — -es Genesim — et ab universis benedicitur — -es Danihelem. TERT. pudic. 21 p. 269, 24 paracletum ... -o dicentem: 'potest *eqs.*' AVG. in psalm. 64, 5 -emus dominum dicentem *eqs.* *β alios*: CIC. div. in Caec. 4 -ere eos actorem Q. Caecilium. Catil. 4, 18 -etis consulem ad salutem vestram reservatum (4, 24 consulem, qui *eqs.*). 4, 19 universum p. R. ... unum atque idem sentientem. Phil. 7, 20 eos consules -emus, eam populi R. alacritatem, eum consensum Italiae, eos duces,

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eos exercitus, ut *eqs.* Att. 7, 1, 8 coeperas eum mihi placare; perfice. -es Scrofam, -es Silium (*sc. qui te adiuvent. item* epist. 15, 14, 5 -es Paullum nostrum nostri cupidissimum, est Curio, est Furnius). 7, 5, 3 de ceteris rebus -es Dionysium (*sc. quem interroges*). 7, 22, 2 Terentiam -bis Idibus (*sc. quacum loquare*). 16, 16ª, 3 paucos aeque ... amantes me -ere. POMP. Cic. Att. 8, 12ᶜ, 1 quot in praesentia cohortes contra te -eat Caesar. VERG. ecl. 7, 14 neque ego Alcippen neque Phyllida -bam, ... quae *eqs.* Ov. met. 15, 609 quem poscitis, ... -etis (*i. adest*). LIV. 31, 15, 4 *capessendum esse bellum*, dum se, dum Rhodios -rent. SEN. epist. 18, 2 si te hic -rem. *al. passim.*

nota: c. part. praes. (fere pro subst.): VVLG. eccles. 4, 10 cum ceciderit, non -et sublevantem se. Ier. 30, 17 non -bat requirentem.

3 ***c. enunt. relat. aut interrog.:*** **a** *inducto per* ***pron.:*** *α verbo* -endi ***negato:*** **quod:** PLAVT. Capt. 463 quod edit, non -et (Trin. 564 det. RHET. Her. 2, 27, 43 dicant. CIC. Att. 4, 4ª non quo -rem, q. tibi ... scriberem [7, 15, 1]. Q. CIC. Cic. epist. 16, 26, 2 scribas [quid *var. lect.*]. LIV. 6, 17, 3 responderet. *al.; cf. et p. 2438, 54*). TER. Haut. 224 q. respondeam, nihil -o (RHET. Her. 4, 10, 14 perderet. CIC. Verr. II 1, 71 diceret. Rab. Post. 7. Mil. 30 defendam. leg. 3, 12. nat. deor. 1, 12 sequantur. Att. 7, 21, 3 scribam [*saepe* Att., *interdum var. lect.* quid]. 13, 10, 3 agam [HOR. sat. 1, 9, 19]. *al.* [*cf. et p. 2435, 67. 2438, 55*]. LIV. 6, 15, 11 nihilo magis, q. respondeam, -o, quam *eqs.*). CIC. Cato 68 senex ne q. speret quidem -et (Att. 9, 12, 4 quid *M.* ITIN. [Silv.] 19, 12 ut nec ipsi -rent ... q. biberent). TER. Eun. 475 num quid -es, q. contemnas (DON. invenisti)? CIC. S. Rosc. 104 ecquid -es, q. dicas? (Tull. 31 quid -res, q. diceres? div. in Caec. 59 quid possis dicere, quam ob rem ... anteponare? Verr. II 1, 114 q. reprehendas. Phil. 2, 8 q. mihi opponas. 12, 13). **quid** (*cf. Gaffiot, Pour le vrai Latin, Paris 1909, 72 sqq.*): PLAVT. Mil. 407 nihil -o certi q. loquar *v. p. 2435, 58* (CIC. Att. 7, 19 scribam [quod *var. lect., item* CAEL. Cic. epist. 8, 2, 2. 14, 6, 1 quod *edd.*]). CIC. inv. 2, 132 neque quid sequantur -uros ([off. 2, 7, *cf. supra l. 21*]. Verr. II 2, 69 neque ... q. responderet, -uit. 4, 51. Att. 3, 8, 2 q. scribam [epist. 9, 10, 1 quod *var. lect., item* 14, 2, 1]. 5, 5, 1 mandem [5, 6, 2; quod *utrubique edd.*]. 6, 3, 3 vellem. 7, 6, 1 exspectem [quod *edd.*]. VERG. ecl. 2, 2. Ov. met. 13, 247 *MN* [quod *edd.*]). S. Rosc. 45 quid arguas, non -es (Q. Rosc. 8 fingat. Caecin. 31. 34. 36. Phil. 3, 26 suspicer. part. 103 defenderet. Att. 7, 13ᵇ, 7 nondum -o, q. ad te scribam [quod *edd., item* 11, 19, 1 *et* 13, 15. epist. 9, 3, 1 quod *var. lect., item* 11, 8, 1. 11, 25, 1. 16, 6, 1 quam quo -erem. *cf. supra l. 16*]. Att. 7, 15, 1 non quo -erem ... q. [quod *edd.*] scriberem [*cf. supra l. 16*]. 7, 19 q. agam. NEP. Epam. 8, 1 *al.*). epist. 12, 3, 1 utinam -rem, q. vobis darem consilii! **quî:** CAECIL. com. 127 si linguas decem -eam, vix -eam satis, te qui laudem. RHET. Her. 4, 6, 9 neque -eat, qui *eqs.* **quemadmodum:** CIC. Verr. II 4, 28 q. te expedias (Caecin. 36 q. te restituat). **quo:** CIC. Phil. 2, 62 q. se verteret (2, 74. CAES. Gall. 4, 38, 2 q. se reciperent. Ov. ars 2, 90 q. sustineatur). ***al.:*** CIC. de orat. 2, 79 nisi, et quid diceret et quibus verbis ..., -ret et ea meminisset. Lael. 22 nisi -res, qui illis aeque ac tu ipse gauderet. off. 3, 84 non -o, quae maior utilitas ... esse possit (*syn.* invenio). Att. 1, 16, 16 non -bam idoneum, cui darem. *passim. inde fere i. q. scire, novisse* (*cf. infra l. 83. p. 2435, 55*): HIER. epist. 34, 1, 3 me de Origenis commentariis quid senserit, non -ere.

β verbo -endi ***non negato:*** PLAVT. Asin. 188 si ... -eas, **quod** des ([TER. Eun. 1078 CIC. Verr. II 4, 59 *al.*]. TER. Andr. 918 q. moneam. CIC. Verr. II 4, 28 -res, q. defenderes. ac. 2, 94 si -es, q. liqueat. Tusc. 5, 21 -o paulum, q. requiram. de orat. 2, 241 narrare possis. Att. 3, 10, 3 q. exspectem istinc, magis -o, quam q. ipse scribam. 10, 4, 12 scribam [12, 42, 1. 16, 15, 3]. epist. 7, 3, 6 q. [quid *al.*] diceres. CAES. Gall. 5, 26, 4 *v. l. 78.* SEN. contr. 2, 1, 4 -emus, q. divites rogent. *al.; de* AVG. *v. Corp. Vind. 53, 387*). PLAVT. Aul. 187 sat -es, **quî** bene vitam colas (Trin. 355 TER. Eun. 488. PACVV. trag. 61 istam q. distinguam inter vos geminitudinem). TER. Andr. 498 **quid** agam, -o ([DON. *ad l.* quid respondeam scio]. CIC. div. in Caec. 10 q. sequi possitis. Phil. 2, 38 q. [quod *Madvig*] sequeretur. nat. deor. 3, 64 de *dis* -o ipse, q. sentiam, non -o autem, q. tibi adsentiar. LVCR. 1, 758 utrumque quid a vero iam distet, -bis. LIV. 26, 13, 7 ut ex eo, quid speretis, -eatis). Phorm. 433 -bis, quae tuam senectutem oblectet. RHET. Her. 2, 24, 37 quibuscum iocari possis (CIC. Lael. 22 quicum omnia audeas sic loqui ut tecum. off. 2, 39). 4, 56, 69 viam quam sequamur. CIC. Verr. II 2, 175 quos producam. II 2, 180 quae laetere. har. resp. 30 quae velim dicere (fin. 1, 28 ad haec ... -o quae velim *sc. dicere* [*cf.* Tusc. 1, 55 *p. 2435, 78*]. Att. 1, 6, 2 quae te scire vellem). ac. 2, 69 qui se audirent. fin. 2, 119 ad quos ista referam. 4, 51 vitam beatam -ere, in quo iure possit gloriari. Cato 85 haec -ui, de senectute quae dicerem (div. 1, 131 Lael. 104. *cf. p. 2438, 29*). de orat. 3, 87 qui docere possit. Att. 2, 19, 5 si perfidelem -bo, cui dem. CAES. Gall. 5, 26, 4 quae (quod *β*) de re communi dicere vellent (1, 30, 4 quasdam res, quas ... petere vellent). 4, 2, 1 ut, quae bello ceperint, quibus vendant, -eant. Ov. ars 2, 34 materiam, qua sis ingeniosus, -es. *passim.* ITALA Ioh. 8, 6 (cod. e) ut -rent, quomodo eum accusarent (*ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν*, VVLG. ut possent accusare. *cf. p. 2438, 43*). *inde fere i. q. scire, notum -ere* (*cf. supra l. 52. p. 2435, 84*): AVG. serm. 184, 1[in.] quid ... nobis praestiterit tantae sublimitatis humilitas (*Christus natus*), fides -et Christianorum, remotum est a cordibus impiorum.

b *inducto per* **unde, ubi** (*cf. p. 2435, 82. 2436, 5*), **cur** (*cf. p. 2435, 79. 2436, 40*), **quare** (*cf. p. 2435, 67*), **quod:** *α verbo* -endi ***negato:*** **unde:** PLAVT. Cist. 671 neque u. auxilium expetam -o (Poen. 185 neque id u. efficiat -et. Pseud. 399 neque exordiri *telam doli* u. occipias -es neque *eqs.* CATO agr. 38, 4). CATO agr. 151, 4 si non -bis, u. inriges (*nota ellipsim* [*cf. infra l. 23*]: COMM. instr. 7, 30, 5 refoveatur pauper, qui non -et unde. *cf. infra l. 10*). **ubi:** VARRO rust. 3, 14, 2 neque -eas, in opaco u. facias (LVCR. 2, 91. *nota ellipsim* [*cf. l. 8. 23*]: ITIN. Anton. Plac. rec. A 40 p. 186, 13 nullum laborem -entes, quia nec -ent ubi, eo quod totum harena sit). CIC. fin. 4, 69 sapientia, pedem u. poneret, non -bat (Att. 13, 2, 2 pedem u. ponat in suo, non -et. nat. deor. 2, 125). off. 1, 178 nisi ... u. triumpharet, esset -urus. **quare:** RHET. Her. 4, 39, 51 quare velit in vita manere, non -bit. CIC. div. 2, 37 quid -es, q. putes *eqs.* (SEN. contr. 7 praef. 8 quid -o, q.). **quod:** CIC. fin. 2, 23 nihil -rem, q. reprehenderem *eqs.* (Cato 13). Tusc. 1, 99 *non* iis ... -o q. suscenseam. SEN. contr. 7, 8 (23), 11 quid -et, q. ... recuset? *β verbo* -endi ***non negato:*** PLAVT. Asin. 234 -o, **unde** istuc tibi dem (Trin. 158. EPIST. Timarch. Cic. Verr. II 3, 155 -es, sumptum u. facias. CIC. har. resp. 29 si -uerit u. tibi solvat [LEX Burg. lib. const. 19, 7 u. solvat. *cf. infra l. 80. nota ellipsim*: PETRON. 45, 6 -et unde. *cf. supra l. 8. 10*]). PLAVT. Truc. 878 quando, **quor** cures, -es (*v. vol. IV 1448, 51 sqq.*). CIC. Catil. 1, 26 -es, **ubi** ostentes *eqs.* CIC. fin. 1, 62 plus -et sapiens, **quod** gaudeat, quam quod angatur.

4 ***c. inf.*** (*cf. Thielmann, ALL 2, 1885, 50 sqq. Schmalz-Hofmann⁵ 558. cf. etiam p. 2454, 12 sqq.*): **a** ***c. obiecto:*** *α neutr. pron.*, nihil: CIC. nat. deor. 3, 93 haec fere dicere -ui de natura deorum ([*cf. p. 2437, 76*]. COLVM. 5, 8, 7. GELL. 3, 1, 8 ecquid. VVLG. Luc. 7, 40 aliquid [*gr. in bibl. ubique ἔχω c. inf.*]). Att. 2, 22, 6 de re p. nihil -o ad te scribere (APVL. flor. 6 p. 22 nihil -et adferre. CIL VI 27196, 7 de cuo nihil queri -o). Ov. trist. 1, 1, 123 plura ... mandare. GELL. 20, 10, 2 si quid ... quaerere -es. ITALA Luc. 24, 41 (codd. d, ff, l) -etis hic aliquid manducare? (*βρώσιμον*, VVLG. quod manducetur). VVLG. Ioh. 8, 26 multa -o de vobis loqui (16, 12 loqui vobis [ITALA Tert. monog. 2 quae loquar ad vos]). act. 23, 17 -et ... aliquid indicare illi. AVG. psalm. c. Don. 129 quid -etis respondere? RVSTIC. c. aceph. p. 1204ᴮ -o ... non pauca proferre. *β subst.* (*cf. et* STAT. Theb. 6, 160 *p. 2455, 1*): TERT. praescr. 42, 3 accusationem eloqui non -ent. HERM. vulg. vis. 2, 4, 2 -o aliqua verba adicere (addere *Pal.*) tibi (*ἔχω ... ῥήματα προσθεῖναι*). VVLG. Ioh. 4, 32 ego cibum -o manducare. act. 28, 19 gentem meam ... accusare. INSCR. christ. Diehl 4306ª de quo nuncquam quaerellam -ui referre.

b ***sine obiecto:*** TERT. spect. 5[in.] illa ... vox: 'non -o aliud quo vivam' ... repercuti potest: 'vivere ergo -es?' (*i. -es unde vivas? cf.* Ps. ORIG. tract. 3 p. 28, 24 vesci). ITALA Luc. 14, 14 (Cypr. testim. 3, 1 Iren. 5, 33, 2, codd. c d e = VVLG.) non -ent (unde *add.* Cypr. *cod. A*, ITALA cod. ff) retribuere tibi (*οὐκ ἔχουσιν ἀνταποδοῦναι*). RVSTIC. c. aceph. p. 1192ᴰ non -uit recusare fateri, quod *eqs.* (*i. non -uit, cur recusaret*).

c *nota:* ***in enunt.*** (*v. Schmalz-Hofmann⁵ 721³*): *α rel.:* [*in corruptelis* (*exempla pertinent ad 3 a*): LIV. 41, 27, 4 neque aliud quod agere (ageret *edd.*) in provincia cum -uisset. SEN. contr. 9, 1, 2 *nihil* -uit quod dare (daret *edd.*) pro patre]. ITALA Luc. 7, 40 (cod. d) -o tibi quod (*ἔχω σοί τι εἰπεῖν*, VVLG. aliquid) dicere (Tit. 2, 8 [codd. d e] nihil -ens q. [*om.* VVLG.] d. de nobis malum. CAPITOL. Maximin. 29, 5 de quo nos nil amplius -emus q. d. CONC.ˢ II 2, 1 p. 67, 6 [*II 1, 1 p. 167, 10 ἔχομέν τι περὶ τούτων εἰπεῖν*]). PELAG. in Rom. 13, 1[extr.] ut ... -eant quod timere (*at* 13, 3 non -et q. timeat). ENNOD. opusc. 1, 47 p. 274, 5 -emus quod tueri. GREG. M. epist. 6, 63 p. 440, 3 respondit nobis dicens 'non -o quod vobis dare'; ... miror, si ... quod ... debeat dare non -et. ITALA Ioh. 4, 11 (cod. c) neque in quo haurire -es (*οὔτε ἄντλημα ἔχεις*, VVLG. in quo haurias). PELAG. in I Cor. 11, 2 auctoritatem legis non -et quam proferre. in II Cor. 8, 14 cum non -et cui dare (*cf. l. 71. 75; seq.* vel a quo dare doceatur). AVG. serm. 128, 6, 8[extr.] non -et contra quem concupiscere. serm. coll. Morin 1930 p. 416, 10 ut -eat quem semper visitare. Ps. PRIMAS. in I Cor. 5, 2 non -et per quem operari (PELAG. p. q. operetur). GREG. M. epist. 2, 45 p. 144, 8 apud quem agere non -ere. 5, 54 civitati illi quem dare Maximiano ... similem non -emus. ITALA Eph. 4, 28 (codd. d e, Aug. de serm. dom. 2, 17, 57) ut -eat, **unde** tribuere (VVLG. u. tribuat, AVG. *infra*: quod ... possint t. [Luc. 14, 14 *v. supra l. 48*]. ANON. Vales. 14, 82 qui ... non -uissent u. dare [GREG. M. epist. 1, 42 p. 64, 11. *cf. l. 66, 71*]. PELAG. in Rom. 3, 19 non -ent u. gloriari [5, 4 p. 42, 18 S. -emus ... u. ... gloriemur]. MAR. MERC. Conc.ˢ I⁵ p. 16, 39 u. mundari ... non -ent. Ps. AVG. quaest. test. I 112, 16 non -et u. res constitui. ARNOB. in psalm. 123 p. 526ᴬ -es u. vincere. LEX Burg. lib. const. 12, 3 si ... solutionem ... u. solvere [*cf. supra l. 22*] non -uerit [GREG. M. epist. 7, 13]. RVSTIC. c. aceph. p. 1224ᶜ -es u. ostendere, quod ..., an non?). HIER. tract. in psalm. I p. 61, 1 non -bamus ubi requiescere.

β interr. aut indef.: ITALA Luc. 12, 4 (cod. d) neque -ent iam amplius quid facere (*μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι*). AMBR. in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalm. 118 serm. 3, 26, 2 si non -ret quid afferre. AVG. psalm. c. Don. 34 non -ent quid respondere (142 per quos regnare. 211 quid dare). c. Petil. 3, 59, 72 in. quid dicere non -etis (EVOD. fid. 38. RVSTIC. c. aceph. p. 1187 B -es q. d.?). in psalm. 74, 7 in. non -retis quid facere. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 106, 2 ut ... -eamus, qualiter ... defendere (*at* 149, 22 qualiter ... dirigamus). VITAE patr. 3, 14 non -o quid bibere.

5 *c. locut. finali*: **a** in *c. acc.*: CIC. epist. 9, 20, 1 ad illam tuam lautitiam, ... cum in sumptum -bas *i. cum -res, unde in sumptus pecuniam sumeres* (VVLG. I Macc. 3, 30 timuit, ne non -ret in sumptus et donaria [*μὴ οὐκ ἔχῃ ... εἰς*]). **b** *gerund.* (ad *c. ger.*): SEN. dial. 2, 13, 3 statum eius non magis -ere quicquam invidendum quam eius, cui *eqs.* nat. 2, 59, 11 nihil -ere te ... perdendum. AVG. in psalm. 39, 20 extr. si -es aliquid gaudendum. VICT. VIT. 2, 48 se -ere aliquid secreti genus intimandum. CONC.S II 2, 1 p. 45, 10 si quid docendum -ent de praesenti negotio ..., dicant (*II 1, 1 p. 85, 13 διδάσκειν ἔχουσιν*). VVLG. gen. 1, 30 ut -eant ad vescendum (*εἰς βρῶσιν*). Luc. 14, 28 computat sumptus ..., si -et ad perficiendum (*εἰς ἀπαρτισμόν*). AVG. immort. 8, 14 oportet ... facientem melius aliquid -ere ad faciendum, quam est id, quod facit.

c ut (*exempla huc referre maluimus, quamquam obiecta partim pertinent ad 2*): CIC. Quinct. 78 -es ... causam, ut (VELL. 2, 44, 2). ac. 2, 91 quod sit *eqs.* ... quid -et, ut queat iudicare? VVLG. Ioh. 5, 7 hominem non -o, ut ... mittat me in piscinam (*οὐκ ἔχω ἵνα*). II Petr. 1, 15 dabo ... operam ... -ere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis (*ἔχειν ὑμᾶς ... τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι*).

F *fere i. q.* ***adhibere*** (sibi: *l. 33*): **1** *res*: **a** *incorporeas*: RHET. Her. 2, 19, 30 de ... partibus ... haec ... ratio est -enda (3, 9, 16 rationem in disponendo. CIC. oratt. *46 ies.* phil. *33 ies.* epist. rhet. *passim. al.*). 3, 10, 8 in confirmatione et confutatione argumentationum dispositiones huiusmodi convenit -ere. 3, 19, 31 (*in praeceptis memoriae*) et magnitudine modica et mediocres locos -ere (*syn. antea* comparare) oportet (32). VARRO rust. 3, 16, 27 -enda cura, ut (3, 17, 6 maiorem c. sibi -bat, ne *eqs. ibid.* quam ego -o, ne *eqs.*; *v. vol. IV 1460, 2 sqq.*). CIC. Verr. II 1, 16 vim in inquirendo tantam -ui, quantam mihi lex dabat, non quantam -ere poteram ipsorum studio. 5, 42 -uit ... diligentiam in eo (*bello*) singularem (Lael. 89 omni ... hac in re -enda ratio et diligentia est, ut *eqs.* CELS. 7, 12, 5 magna diligentia per omnem curationem -ta, ne *eqs.*). 5, 176 quibus excusationibus antea ... studium tuum defendere solebas, earum -ere in hoc homine nullam potes. VITR. 4, 2, 2 divisiones triglyphorum ... -ere in Doricis operibus coeperunt (SEN. contr. 10, 5, 13 similem divisionem in Parrhasio -uit ei, quam -uerat Latro *eqs.*). SEN. contr. 2, 2, 9 quod -uisse nos ius iurandum putas? tu nobis religiosum nomen fuisti. 2, 6 (14), 9 in narratione hunc colorem -uit (7, 2, 10. 9, 1, 14). CELS. 3, 23, 4 eo genere victus -to (adhibito *Marx*), qui *eqs.* LAMPR. Alex. 41, 5 voluptates scaenicas in convivio numquam -uit. modum *v. infra l. 55.* **b** *corporeas*: PLIN. nat. 20, 185 anesum adversus scorpiones ex vino -etur. HERM. vulg. vis. 3, 7, 5 an hi ... lapides ... -buntur in turrim hanc? (*ἔχουσιν τόπον εἰς*, Pal. habebunt locum in t. h.). **2** *animantes*: VARRO rust. 1, 1, 8 hi sunt *scriptores*, quos tu -ere in consilio poteris, cum *eqs.* (*v. vol. IV 461, 3 sqq.*). *c. dat.*: SALL. epist. Mithr. 8 Eumenem -tum custodiae agri captivi ex rege *servum* effecere. PAVL. FEST. Gloss.L IV p. 267 b (148 M.) mulus vehiculo Lunae -etur.

IV *fere i. q.* ***(ob)servare***: PLAVT. Curc. 300 modus -eri non potest (TER. Andr. 95 suae vitae. CORNELIA epist. frg. 2 ei rei. CIC. fin. 2, 27 -bit modum. SALL. Catil. 11, 4 neque modum neque modestiam victores. LIV. 31, 37, 5 in insequendo. *cf.* RVT. LVP. 2, 15 finem ... cupiendi. CELS. 3, 18, 15 -ta ... moderatione [CASSIOD. var. 1, 16, 3. 7, 45, 2. 9, 7, 6]). CIC. ac. 2, 58 -o ... regulam, ut *eqs.* PVBLIL. L 7 concordiam (VVLG. II par. 16, 3). F 17 fidem (PROP. 2, 24 b, 42. 3, 6, 6). SALL. Catil. 31, 2 neque bellum gerere neque pacem -ere (OV. met. 9, 95 dum flumina pacem et placidos -eant lapsus. LIV. 21, 44, 5 cum quibus bellum, cum quibus p. -eamus [24, 28, 7. 31, 7, 2]. SEN. Herc. O. 64. PORPH. Hor. epod. 7, 11 inter se. CYPR. domin. orat. 24 cum fratribus). Iug. 80, 2 ordines -ere, signa sequi. 99, 1 silentium (CELS. 8, 7, 6 CVRT. 8, 1, 23 HERM. Pal. vis. 3, 1, 6 MAXIMIN. c. Ambr. 99. CONC.S I 5 p. 250, 11 taciturnitatem [*I 1, 6 p. 111, 7 σιωπᾶν ἑλέσθαι*]. CASSIOD. hist. 6, 23 p. 1045 C -ta taciturnitate discessit. BENED. reg. 7). VERG. ecl. 3, 42 tempora, quae messor ... -ret. CELS. 1, 1, 1 varium -ere vitae genus, modo ruri esse, modo in urbe. 3, 6, 15 requies -enda (quies adhibenda *J*) erit (AVG. serm. coll. Morin 1930 p. 371, 22). TAC. hist. 2, 38 rebus modicis aequalitas facile -batur. VLP. dig. 27, 10, 1 pr. qui neque tempus neque finem expensarum -et. TRYPH. dig. 23, 2, 67, 4 discrimen (MARCIAN. dig. 48, 8, 1, 2 non -ta differentia. VVLG. Ezech. 22, 26 inter sanctum et profanum ... distantiam). HERM. vulg. mand. 1 abstinentiam (*ἐγκράτευσαι*, Pal. tene). 2, 1 simplicitatem (*ἔχε*, Pal. tene). IVST. 32, 4, 11 pudicitiam. PELAG. in I Tim. 1, 8 *legem*. VVLG. Esth. 16, 22 hanc -etote diem et celebrate eam. prov. 5, 23 disciplinam. HESYCH. in lev. 15, 31 p. 980 D haec. EPIST. pontif. 937 (*a. 554*) Conc.S IV 2 p. 144, 24 omnia, quae placuerunt *synodo* (*Mansi 7, 290 C στοιχεῖν ... πᾶσι*). 145, 43. 146, 2. 11. VITAE patr. 3, 197 mandatorum dei opera non -bunt; *syn.* mandata ... implere (*Cotelier p. 509 A οὐκ ἔχουσιν ὅλως ἔργον* [*altera vers.*: 6, 1, 14 non -bit operationem generatio illa]). CORIPP. Ioh. 7, 65 foedera.

c. adv. fere i. q. in consuetudine -ere: CATO agr. praef. 1 maiores nostri sic -uerunt ... furem dupli condemnari (MART. CAP. 8, 816 sicque -eatur, cum dixero. *huc, ut videtur*: MAXIMIN. Aug. coll. c. Max. 8 p. 713 iam prosecutus [*i. assec-?*] es in testimoniis quae protuli ..., quod et ipse sic -eas [*sc. de fide?*]). VARRO rust. 1, 15, 1 serunt alii circum pinos, ut -et uxor in Sabinis, alii cupressos, ut ego -ui in Vesuvio, alii ulmos, ut multi -ent in Crustumino (frg. Prisc. gramm. II 524, 2 ut -ent Parii). CIC. Att. 3, 23, 3 cum semper ita -tum observatumque sit (LIV. 1, 8, 2 ita -uisse Etruscos. SPART. Carac. 7, 3 ita nunc quoque a Carrenis ... -eri, ut *eqs.*). AVG. in psalm. 58 serm. 1, 10 in. gallina quomodo hoc -et? PS. APVL. Ascl. 37 aliis quae colenda videntur, ... apud alios dissimiliter -entur.

habitus, -ūs *m. ab* habere. GLOSS. *ἕξις, σχῆμα.* *de formis*: *dat.* -u: APVL. met. 11, 15. *abl.* -o: ITALA act. 12, 21 (cod. d) CIL III 167, 11. *neutr.* -um: *v. p. 2485, 2/3. 2486, 3.* *plur.*: *l. 33. 54. 61. 68. p. 2486, 5 al.* *scribitur* ab-: ITALA lev. 6, 11 (Lugd.). 16, 24. 32 MAXIMIN. c. Ambr. 137. *cf.* AGROEC. gramm. VII 114, 17 abitum sine aspiratione de abscessu scribis, -um de vestitu vel gestu membrisque dicimus (DIFF. ed. Beck p. 29, 8). *legitur locis singulis apud* ENN. (*? v. l. 16*), PLAVT. (*p. 2483, 55*) AFRAN. (*? v. l. 11*), *saepius inde ab* VARRONE, CIC. *per totam latinitatem.* [*inc.*: AFRAN. com. 36 scis -um (*ad IA 2? an ab* habeo *p. 2462, 25?*) ita ut nunc obtinet. :: praefiscine. SEN. Herc. O. 1685 *Hercules laetus* incubuit rogo ...: quanta pax -um (obitus *A*, *an* -us*? cf. l. 54*) tulit (*v. vol. VI 533, 25*). VIR. ill. 74, 7 *Lucullus* nimius in -u (ambitu *A*), maxime signorum ... amore flagravit. *ex coni.*: ENN. scaen. 347 impetrem facile ab animo, ut cernet vitalem -um (*Vahlen, sc. esse animam corporis*; babium *codd. Nonii*, vitale brabium *Lindsay. cf.* LVCR. *p. 2484, 64*). CVRT. 7, 8, 9 PLIN. nat. 10, 25.]

I ***a*** **(se) habere** ***intr.*****: A** *i. q. qualitas, ἕξις*: **1** ***rerum*****:** **a** *corporis, saepius i. q. figura, forma*: GLOSS. corporis positio, qualitas corporis, cultus. AVG. *v. p. 2480, 46.* VARRO ling. 10, 5 facie ... eadem, -u corporis, filo (LIV. 2, 23, 3 foedior ... pallore ac macie perempti. 10, 4, 10 corporum -um et nitorem [*cf.* TER. Eun. 242 *p. 2480, 49*]. 28, 35, 6 non cultus munditiis, sed virilis. SEN. contr. 10 praef. 2 voltus -usque c. CELS. 1, 9, 3. 3, 5, 11 totius [7, 29, 2]. 7, 2, 6 totus. SEN. epist. 106, 7 colorem -umque corporum. CVRT. 8, 13, 21 oris et c. COLVM. 6, 1, 1 pecudes pro regionis ... statu -um corporum gerunt [TAC. Agr. 11 positio caeli corporibus -um dedit]. QVINT. inst. 1, 4, 25 ex -u c. Rufos Longosque fecerunt [1, 6, 38]. 5, 10, 26. *al.*). CIC. Brut. 316 lateribus vires et corpori mediocris -us accesserat (COLVM. 7, 12, 11 totius -us ... incrementum. *cf. p. 2480, 79*). fin. 5, 36 moderati aequabilesque -us ... corporis. CELS. 2, 1, 22 malus corporis -us — *καχεξίαν* Graeci appellant ([CAEL. AVR. chron. 5, 11, 139]. 2, 10, 7. 3, 21, 15 totius. 3, 21, 16. 3, 22, 2. 5, 26, 31[A. C] corpus ... mali -us est [5, 28, 3[B]]). 5, 26, 6 facilius sanescit ... integri -us quam corrupti. *transl.*: CIC. Brut. 64 (*de orationibus*:) qui non tam -us corporis opimos quam gracilitates consectentur. CIC. Verr. II 2, 87 *Himerae statua* in muliebrem figuram -umque formata (4, 5 signa ... virginali -u atque vestitu [4, 74 aetas atque -us v. VERG. Aen. 1, 315 virginis os -umque gerens]. LIV. 23, 34, 6 Punicus cultus -usque. VAL. MAX. 4, 8 ext. 1 *aurum* in -um Victoriae formavit. SEN. epist. 24, 18 larvalem. 47, 7 militari. TERT. resurr. 42 p. 87, 9 carnem ... -um angelicum suscepturam [HIST. Apoll. 48 vidit in somnis quendam angelico -u [vultu *rec. B*]. HIL. in Matth. 22, 7 caelestis. *cf. p. 2480, 81*]). CIC. de orat. 1, 132 nec motu corporis neque ipso -u atque forma. Brut. 313 summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: qui -us et quae figura *eqs.* nat. deor. 1, 123 homunculi similem deum fingit *Epicurus*, liniamentis dumtaxat extremis, non -u solido. 1, 99 oris (fin. 3, 56 et vultus. LIV. 2, 61, 6 idem -us o., eadem contumacia in vultu erat. 21, 2, 6. 21, 4, 2 lineamentaque. QVINT. inst. 9, 4, 34). HOR. sat. 2, 4, 92 vultum -umque hominis (LIV. 27, 34, 5 in v. -uque. SEN. Herc. f. 1017 natus hic vultus tuos -usque reddit. benef. 2, 13, 2 oris. epist. 52, 12. 114, 22 -us, v., incessus. STAT. Theb. 2, 230. *cf.* VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 vultum in eodem -u continuit). LIV. 22, 46, 5 -us gentium harum cum magnitudine corporum tum specie terribilis erat. SEN. contr. 1, 4, 9 ex hoc -u ..., quod manus habeo. VAL. MAX. 1, 7, 7 ecquem talis -us ... vidissent (*sc.* hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri *eqs.*). 9, 2 ext. 11 -um caelestis roboris *hominibus* denegatum. PHAEDR. app. 8, 18 cinaedus -u, sed Mars viribus. SEN. frg. 31 -us *deis* hominum ... induunt (APVL. met. 8, 7). *de* Herc. O. 1685 *v. supra l. 13.* CVRT. 9, 2, 6 propter -um haud indecorum ([PLIN. epist. 6, 11, 2 decorus]. COLVM. 6, 37, 4 *v. p. 2484, 68.* 12, 1, 1 nec foedi -us nec ... pulcherrima. SIL. 8, 464 ora puer pulcherque -um. TAC. hist. 4, 40 decorus -u. LACT. opif. 10, 10 pedes *et* manus non tantum *utilitatem*, sed et -um decoremque admirabilem conferunt. 10, 26 mirabilem ... -us sui dignitatem. 8, 1 membrorum ... utilitates et -us. AVSON. 210, 4 pulchra senecta, nitens -us). COLVM. 7, 3, 3 -us *arietum* altus atque procerus *eqs.* (TAC. hist. 4, 1 procerum -u et iuventa. ann. 15, 72. SVET. frg. 40 -u corporis fuit brevis atque obesus). PLIN. nat. 8, 123 -um ... mutant, per hiemes hirti, aestate nudi. MAR. VICTORIN. in Phil. 2, 7 p. 1208[C] ᶜ-u (*σχήματι*) inventus tamquam homo' ... accipiamus ... -u figuram et ut se homo habeat. RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 2[in.] *syn.* schema. CASSIOD. hist. 4, 8[med.] ex -u ... reverentiae eligere *episcopum* (*Socr. 2, 6 ἐκ τοῦ προσχήματος*). EVGIPP. Sev. 1, 5. *spectatur hominis forma accidentibus insignis*: MANCIA or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 eodem -u *i. catenis vinctum* (LIV. 9, 7, 10 captorum -u vultuque). OV. fast. 2, (*813* passis sedet illa capillis) 817 utque vident -um. LIV. 24, 26, 2 resolutis crinibus miserabilique alio -u. 24, 10, 3 seminudus fugiens ... regi vix decoro -u. STAT. silv. 5, 5, (*28* nec solitae mihi vertice laurus nec fronti vittatus honos) 35 -u ... nefastum. Theb. 7, 222 mentemque -umque recepit (*cf. 148 sqq.*). 4, 207 aurum Harmoniae dotale *Eriphylae concedo: illam* -u *superabo*, cum regis

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coniunx, cum *victoria parta* templa votivis implenda choris *sc. erunt* (*vix ad p. 2486,30*).

de magnitudine: SALL. hist. frg. 2, 62 communem -um transgressus (*cf. Plut. Pomp. 19 ἀνὴρ μέγας*). LIV. 1, 7, 9 -um formamque *Herculis* aliquantum ampliorem augustioremque humana. 8, 6, 9 viri maioris quam pro humano -u augustiorisque. VAL. MAX. 1, 8, 8. 8, 7 ext. 1 quas corporis -us vires negaverat. SEN. Phaedr. 1035 quis -us ille corporis vasti fuit *tauri*! epist. 93, 7 in minore corporis -u potest homo esse perfectus. CVRT. 5, 12, 3. 6, 5, 29. 7, 8, 9 magnitudine corporis animum aestimantibus modicus -us (animus *codd.*) haudquaquam famae par videbatur. PLIN. nat. 2, 190 modicos corporum -us.

de gestu: IMP. AVG. Suet. Claud. 4, 5 cuius motum et -um et incessum imitaretur (SIL. 17, 527 gressum -usque cientis proelia. QVINT. inst. 1, 3, 1 -um et ingressum. TAC. hist. 1, 30). LIV. 10, 7, 3 incinctum Gabino cultu super telum stantem, quo se -u ... devovisset (*cf.* SVET. gramm. 9[extr.] statua ... -u sedentis ac palliati). SEN. contr. 9, 6 (29), 12 compone te in periclitantium -um (2, 3, 6 vultum in supplicis -um *summittere*. QVINT. inst. 11, 3, 83 se in -um adulationis ... fingunt. FRONTIN. strat. 2, 11, 2 fortissimis -u languentium missis. TAC. ann. 4, 12, 1 -um ac voces dolentum). SEN. epist. 52, 12 insanum vultus -usque demonstrat (TAC. hist. 1, 17 nihil in voltu -uque mutatum). 92, 2 corporum nostrorum -us erigitur et spectat in caelum (CVRT. 10, 5, 3 in eodem -u corporis ... durasse, donec a toto exercitu ... persalutatus esset). OCTAVIA 705 -u atque ore laetitiam gerens (SIL. 1, 100 *pueri non perterriti* -us atque ora. TAC. ann. 16, 32). CVRT. 8, 4, 23 eximia corporis specie et decore -us). CLAVD. DON. Aen. 1, 325 'apri cursum clamore prementem' ... signa ... -us expressit.

specialia: oratoris: QVINT. inst. 1, 2, 31 declamantis (*cf.* 2, 15, 22). 3, 8, 51. 11, 3, 2 voce, vultu, totius prope -u corporis inardescunt. FRONTO p. 142, 10 N. *oratorum* vultus in agendo et -us et status et voces. *orantium*: APVL. mund. 33 orantium (TERT. apol. 30, 7). TERT. orat. 23 non ab isto tantum *sc. genuflexionis*, sed omni anxietatis -u et officio cavere. *militis*: AMM. 14, 12, 17 miles ... hastis feriens scuta, qui -us iram pugnantium concitat ..., proximos iam gestu terrebat. *de situ*: CELS. 2, 3, 1 iacentis. 7, 29, 3 -um *fetus* ...: nam aut in caput aut in pedes *conversus* est. 8, 10, 3[B] bracchii naturalis -us *sc.* pollice ad pectus inclinato. SEN. Phaedr. 373 attolli iubet iterumque poni corpus et solvi comas rursusque fingi: semper impatiens sui mutatur -us. dial. 9, 2, 12 modo pronus, modo supinus, in varios -us se ipse componens. PLIN. epist. 5, 5, 5 iacere in lectulo suo compositus in -u studentis. AMM. 31, 2, 7 hoc -u *sc.* in equis sedentes.

in serm. philos.: MART. CAP. 4, 363 (*inter categorias*:) -us, ut calceatus, armatus. 4, 340. CLAVD. MAM. anim. 1, 19 *dei*. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 11 p. 317, 12 ISID. orig. 2, 26, 9. BOETH. anal. post. 2, 18 p. 761[A] neque igitur insunt determinati -us neque ab aliis -bus fiunt, sed a sensu (*2, 19 p. 100 a, 10 ἕξεις ... ἕξεων*).

corporis partium: SEN. contr. exc. 5, 6 capillos in feminae -um composuit (VAL. MAX. 4, 6 ext. 2. SVET. Aug. 45, 4 in puerilem -um circumtonsam matronam. APVL. met. 7, 6). TAC. Germ. 31 oris -um *sc.* crinem barbamque submittere.

duae notiones uno loco coniunctae: GELL. 13, 30, 6 Plautus 'faciem' pro totius corporis (*pertinet ad figuram*) colorisque (*pertinet ad qualitatem*) -u dixit.

b *animi, mentis, ingenii*: GLOSS. II 323, 51 *ἦθος* mos -us animi. PLAVT. Stich. 59 qui manet ut moneatur semper servos homo officium suom ..., servos is -u haut probust. CIC. Arch. 15 homines ... naturae ipsius -u prope divino ... et moderatos et graves extitisse. LIV. 22, 43, 5 haec consilia atque hic -us animorum *erat* in castris (21, 42, 4. 30, 28, 10. 32, 19, 6. 34, 49, 1. 44, 14, 13. QVINT. inst. 11, 3, 66 ex vultu ingressuque perspicitur). GRATT. 323 ex -u virtutisque indole priscae. VAL. MAX. 3, 8, 2 iniuriis lacessitus in eodem animi -u permansit (SEN. dial. 3, 5, 2 in recto ... est [epist. 95, 57 in optimo. *ibid.* rectus]. epist. 85, 15 -um illum ira carentis a. PLIN. nat. 11, 224 ad singulos a. -us, pudore, ira, metu. QVINT. inst. 5, 10, 29 amicus. *cf.* SEN. epist. 36, 6 animus ... in eodem -u est, quomodocumque res cedunt. QVINT. inst. 1, 10, 25 organis ... adfici animos in diversum -um. 6, 2, 1 iudicum animos ... in eum quem volumus -um formandi. 11, 3, 62 media vox, quem -um a nostris acceperit, hunc iudicum animis dabit). SEN. dial. 5, 26, 5 mentis tuae (7, 9, 3 summum bonum *est in* -u optimae m. epist. 85, 14 prudens positione ... m. et -u tranquillus est. 94, 60 compositae. 109, 9 in -u m. suae stare. QVINT. inst. 6, 2, 9 *moribus* continetur. 11, 1, 29. 11, 3, 78 *sanguis* m. -u movetur. LACT. ira 7, 8. AMBR. Hel. 34 vides ... qui m. *sit* -us, ut orationi vaces. FACVND. defens. 12, 3 p. 844[C] pro cuiusque captu et -u mentis. *cf.* VAL. MAX. 4, 2, 2 m. ad tranquilliorem -um inclinatio). VELL. 2, 99, 3 quis fuerit ... civitatis -us, qui singulorum animi (SEN. epist. 28, 3 talem nunc esse -um tuum ..., qualem Vergilius ... vatis inducit iam concitatae. TAC. hist. 1, 4 quae mens exercituum, quis -us provinciarum). SEN. dial. 9, 1, 2 illum ... -um in me ... deprendo ..., nec ... liberatum me eis, quae timebam ..., nec ... obnoxium. epist. 95, 69 alium. QVINT. inst. 11, 2, 4 -u tardiorem firmioremque memoriam fieri. PS. QVINT. decl. 19, 15[extr.] in -um paterni furoris. APVL. apol. 18 paupertas -u secura. PETR. CHRYS. serm. 6 p. 204[A] mitis in -u.

c *aliarum rerum*: CIC. de orat. 3, 199 -um ... orationis et quasi colorem aliquem (Brut. 227 quidam tamquam -us non inurbanus. QVINT. inst. 5, 12, 18 virilem ... tenera quadam elocutionis cute operimus. *fort. ad D*). VERG. georg. 1, 52 patrios cultus -usque locorum ([SERV. possibilitates ⌊vel naturas ... quas Graeci *τὰς ἕξεις* dicunt⌋ (*add.* auct.)]. COLVM. 11, 2, 8 uliginosi *agri*. 1 praef. 23 soli [arb. 3, 7]. SIL. 12, 376 hoc -u terrae *Sardiniae*). PAVL. FEST. p. 7 M. almities -us almarum rerum. SEN. contr. 7, 4 (19), 6 orationem ad -um *misericordiae* molliendam. CELS. 2, 1, 4 in bono tempestatium -u. 2, 10, 16 colorem *venae* -umque. CVRT. 5, 6, 18 ne feminis quidem pro naturae -u molliora ingenia sunt. SEN. dial. 2, 3, 5 rigorem suum -umque. clem. 1, 3, 1 naturam clementiae -umque. nat. 1, 17, 2 *solis verum*. COLVM. 1 praef. 23 *caelum et annus non* semper eundem ... -um gerunt nec omnibus annis eodem vultu venit aestas (PLIN. nat. 17, 30 regio mutavit caeli -um. PANEG. 3 [11], 9, 1 quo tempestatis -u? ... hieme. CAEL. AVR. acut. 1, 2, 32 aeris [*supra*: qualitatem, quam Graeci *κατάστημα* vocant]). GELL. 1, 15, 3 vocis. 18, 10, 5 -um et modum febris. TERT. adv. Hermog. 26 p. 154, 21 materiae ... formam et -um. adv. Marc. 4, 8 p. 439, 27 loci *i. solitudo*. 4, 40 p. 560, 26 cruentum -um carnis. LACT. inst. 6, 3, 18 *viarum* proprietates -usque. AVIEN. Arat. 340 pudendo aerea saecla -u. AVG. epist. 124, 1 -u valetudinis vel naturae frigus ferre non *possum*. *i. q. figura, forma, facies*: CIC. div. 2, 30 -u extorum et colore (1, 31). NIGID. Gell. 14, 1, 15 quo -u quaque forma quaque positura stellarum. VERG. Aen. 8, 723 vestis ([LIV. 24, 5, 3 CVRT. 3, 3, 3. 4, 1, 22 hic ... cum isto squalore permutandus tibi est. CLAVD. DON. Aen. 7, 195]. LIV. 9, 36, 6 armorum [22, 18, 3 SIL. 17, 443 CLAVD. DON. Aen. 9, 160]. *cf.* PAVL. FEST. p. 117 M. laena vestimenti genus -u duplicis *i. longioris et brevioris*). MANIL. 1, 342 sagittae. SEN. contr. 1 praef 21 utilissima est dissimulata subtilitas, quae effectu apparet, -u latet. VAL. MAX. 9, 2 praef. crudelitatis ... horridus -us, truculenta species. SEN. dial. 4, 35, 3 capillorum ... non informis -us. nat. 4, 3, 4 *gutta* locum sibi ad formam et -um sui exculpit. epist. 58, 19. 65, 5 statuae. 90, 31 vitrum in -us plurimos *formare*. CVRT. 4, 7, 23 umbilico ... similis est -us *sc. effigiei Iovis Hammonis*. COLVM. 3, 1, 4 *vitis*. 5, 10, 10. 9, 15, 8 figura cerarum talis est, qualis et -us domicilii. PLIN. nat. 16, 150. 37, 153 QVINT. inst. 1, 1, 25. GELL. 19, 7, 2 figuras -usque verborum. TERT. pall. 2 p. 923, 1 Oe. *talia* detrimenta -um orbis *terrarum* novavere. adv. Marc. 4, 22 p. 495, 6 visionis istius. ITALA I Cor. 7, 31 (Tert. pudic. 16 *al.* Iren. 5, 35, 2 Rufin. Orig. in lev. 13, 6) huius mundi (*σχῆμα*, VVLG. figura). IREN. 2, 24, 4 crucis. PANEG. 8 (5), 7, 6. HIL. ad Const. 1, 6, 2 feralem. AMM. 17, 13, 9 quem -um (*aciei*) caput porci *appellant*. MACR. Sat. praef. 1, 16 sub quodam prologi -u. EVSTATH. Bas. hex. p. 9, 2 p. 958[A] homo ... -u figurae ... distat a pecoribus (*τῷ σχήματι τῆς σωματικῆς διαπλάσεως*). INSCR. christ. Diehl 1958 c δ 2 aulae novos -us.

i. q. visio: TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 420, 2 civitatem de caelo pependisse, omni moeniorum -u evanescente de profectu diei. AMM. 25, 2, 5 flagrantissimam ⟨facem⟩ cadenti (*sc. de caelo*) similem visam ... fit autem hic -us modis compluribus.

2 ***morum*** (*cf. p. 2482, 12*): **a** *generatim: hominum*: CIC. leg. 1, 45 quis ... prudentem ... non ex ipsius -u, sed ex aliqua re externa iudicet? (LIV. 32, 14, 6 ex praesenti eos potius quam ex praeterito aestimet -u). top. 16, 62 -u, ut qui facile ... irascatur. SALL. Iug. 28, 4 *Scauri* de natura et -u. VAL. MAX. 9, 1, 8 *homo* officii (*i. officiositatis*) intra (infra *Gelbcke*) servilem -um deformis. 5, 1, 7 liberalis -ūs. CVRT. 5, 1, 38 modestus. 6, 6, 2 civilem (6, 11, 1). SEN. epist. 83, 18 ebrii. PS. QVINT. decl. 3[b], 5 p. 62, 24 eo ... et actu vixit et -u, ut ... prostitisse credi potuerit. TAC. hist. 2, 5 veste -uque vix a gregario milite discrepans. 1, 14 voltu -uque moris antiqui. ann. 14, 22 severo. 6, 20. TERT. resurr. 4, 9 p. 102, 1 -um Christi sectemur. LACT. inst. 3, 3, 10 mores -umque civium. *rerum*: CIC. fin. 4, 32 *nulla natura* se umquam deserit aut partem aliquam sui aut eius partis -um aut vim. Tusc. 1, 80 mentis. LVCR. 3, 99 sensum ... -um quendam vitalem corporis esse (*Sext. adv. math. 7, 349 τὸ πῶς ἔχον σῶμα. cf.* ENN. *p. 2482, 16*). COLVM. 3, 9, 7 ut ... vitis -um observemus; quoniam ... degenerat, si *eqs*. **b** *speciatim fere i. q. indoles, virtus*: HESYCH. in lev. 13, 3 *v. p. 2481, 27*.

duae notiones uno loco coniunctae: COLVM. 6, 37, 4 et indomitum (*ad A 2*) et ... strigosum (*ad A 1*).

B *i. q. status, condicio*: **1** ***animantium***: CIC. Cael. 59 integerruma aetate, optimo -u, maxumis viribus. VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 intra privatum ... -um Dionysio ... adhuc se continente (PS. AVR. VICT. epit. 39, 7 communi -u. VITAE patr. 3, 205 multos de -u nostro ⌊monachili⌋ [*om.* 5, 3, 15. *Cotelier p. 679[B] τοῦ γένους ἡμῶν*]). 2, 6, 12 verum condicionis *humanae* -um. PHAEDR. 1, 3, 2 ne gloriari libeat alienis bonis suoque potius -u vitam degere. NERAT. dig. 12, 4, 8 in eodem -u matrimonii permanere. VLP. dig. 42, 4, 7, 11 hominis *furiosi* status et -us a pupilli condicione non multum abhorret. ARNOB. nat. 2, 44 *animas* retenturas ... integritatis suae -um. OPTAT. 6, 4 p. 152, 4 in pristino -u *remanere*. AVSON. 419, 2 gratias ago ... omni loco, actu, -u et tempore. MVTIAN. Chrysost. hom. 12, 4 in contrarium statum et -um convertere (*p. 102[in.] κατάστασιν*). RVSTIC. Conc.[s] I 4 p. 128, 25 episcopi *expulsi* ad priorem -um reducantur (*I 1, 7 p. 158, 16 σχῆμα*). 226, 26 permanserunt (*I 1, 4 p. 32, 23 σχήματι*).

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. gradus dignitatis: PS. AVG. serm. 138, 2 Ioannes implebat -um sacerdotis. HESYCH. in lev. 15, 14 p. 974[A] sacerdotii -um in se infirmavit atque inefficax reddidit. ALC. AVIT. epist. 53 p. 82, 30 deum ... exposco, ut, cui praedicationis officium iam imposuit, honorem subiungat. quod exercetis actu, ostendatur et -u (*fort. ad D*). CANON. Dionys. Exig. p. 27, 15 St. (*Mansi 2, 672[C] σχήματι. syn. infra* dignitatem, honorem).

in serm. philos.: CIC. inv. 1, 36 -um ... appellamus animi aut corporis constantem et absolutam aliqua in re perfectionem (CASSIOD. in psalm. 125, 4), ut virtutis aut artis alicuius perceptionem aut quamvis scientiam et item corporis aliquam commoditatem non natura datam, sed studio et industria partam (1, 35). 2, 30. PS. AVG. categ. 12 -us est affectio animi longo tempore perseverans, ut est virtus et disciplina. BOETH. in top. Cic. 5 p. 371, 30 idcirco -us dicitur, qui diuturnitate habendi in naturae similitudinem vertitur. *opp.* usus CIC. ac. 1, 38. SEN. epist. 117, 16 sapientia -us perfectae mentis est, sapere usus perfectae mentis. CIC. inv. 2, 159 virtus est animi -us *eqs.* ([APVL. Plat. 2, 5[in.] virtutem Plato -um esse dicit mentis optime ... figuratum]. 2, 160 iustitia [SEN. epist. 113, 7 et quaedam vis]. Tusc. 4, 29 vitiositas ... est -us aut adfectio in tota vita inconstans. MART. CAP. 9, 965). fin. 4, 37 rationis (3, 48 virtutis. SEN. epist. 113, 14 iustitiae. AVG. c. acad. 3, 3, 5 p. 48, 23 disciplinam sapientiae ... id est -um. l. 25 inquisitionis. l. 27 inventorum probabilium. BOETH. in top. Cic. 5 p. 370, 38 civilis scientiae. l. 39 iracundiae. MVTIAN. Chrysost. hom. 12, 4[extr.] in -um *venire* et paene in naturam ipsius iniquitatis [*p. 102[in.] εἰς ἕξιν*]. GREG. M. moral. 16, 81 sanctitatis). SEN. epist. 16, 6 ut -us animi fiat, quod est impetus ([AVG. c. acad. 3, 3, 5 p. 48, 7 quarum rerum in sapiente quidam -us inest, earum est in studioso sola flagrantia]. MART. CAP. 4, 367 si quis grammaticae arti operam dederit, in plerisque tamen fallatur, nondum potest dici -us, sed tantum dicitur dispositio). MVTIAN. Chrysost. hom. 9, 1 p. 297[extr.] quamdiu illa in -u percipiatis (*p. 102[in.] ἕως ἂν αὐτὰ κατορθώσητε*). CASSIOD. Didym. in I Ioh. 1, 5 p. 41, 4 Z. ignoratio et -us deterior (*ἕξιν*).

2 ***rerum*:** HOR. ars 109 fortunarum (LIV. 9, 18, 2 novae fortunae [VAL. MAX. 5, 1, 9 in pristinum f. -um *restituere*. CVRT. 3, 12, 4 pro -u praesentis f.]. *cf.* EPICED. Drusi 57 -u ... in omni). LIV. 1, 42, 5 pro -u pecuniarum (4, 4, 10 -us veterum patrimoniorum). 9, 17, 17 longe alius Italiae quam Indiae ... visus *Alexandro* -us esset (SEN. contr. 2 praef. 3 locorum -ūs. VAL. MAX. 3, 3 ext. 4 terrae condicionem, -um maris. 3, 4 ext. 1 totius ... mundi. COLVM. 1 praef. 23 soli). 10, 46, 2 insigni, ut illorum temporum -us erat, triumpho (PS. QVINT. decl. 3, 6). VAL. MAX. 4, 1 ext. 4 labentem civitatis statum in pristinum -um revocavit (6, 5 ext. 2 ruinas patriae). 9, 3 extr. 3 in -um pulveris *redigere*. CELS. 4, 7, 5 donec fauces ad pristinum -um revertantur. SEN. Phoen. 185 veteris ad speciem domus -umque regni. dial. 7, 6, 2 beatus est is, cui omnem -um rerum suarum ratio commendat (epist. 92, 2. 82, 1 vitae). 9, 4, 7 *virtus* in quocumque -u est, prodest. nat. 2, 53, 1. 6, 1, 7. epist. 65, 9 -us et ordo mundi (79, 8 mundus eundem -um ac modum servat). COLVM. 2, 1, 5 ex silvestri -u in arvum transducta ... terra. QVINT. inst. 11, 3, 67 pictura, tacens opus et -us semper eiusdem. CELS. dig. 8, 6, 12 *fundus* in suo -u possessus. LABEO Gell. 4, 2, 3 morbus est -us cuiusque corporis contra naturam *eqs.* EVGRAPH. Ter. Andr. 228 paratur -us, ut Pamphilus terrentis patris orationem ... possit audire.

C *i. q.* ***modus, mos*:** VAL. MAX. 4, 1, 1 invidiosum magistratus fastigium ... ad tolerabilem -um deduxit fasces securibus vacuefaciendo. 4, 3, 3 pro -u aetatis. GELL. 13, 11, 1 de ... convivii -u cultuque. TERT. apol. 35, 2 civitatem tabernae -u abolefacere. pall. 4 p. 935, 7 Oe. uterque -us mutandi malus. orat. 15 *apostoli* de -u orandi docent. AVR. VICT. Caes. 39, 6 Marius *et Diocletianus* communem -um supergressi. COD. Iust. 3, 24, 3 pr. *a. 485* more atque -u sacrarum consultationum.

D *de* ***vestitu*** *et* ***comitatu*** *(inferioris aevi exempla plurima exstant, pauca dedi)*: GLOSS. vestimentus forma. **1** *i. q.* ***vestitus: c. additamentis: significantioribus***: BELL. Alex. 67, 1 *rex non* tantum privato vestitu, sed etiam reorum -u supplex ... venit. VERG. Aen. 3, 596 ubi Dardanios -us et Troia vidit arma (HOR. sat. 2, 7, 54 Romano. CVRT. 3, 3, 4 *Persicus*. FRONTIN. strat. 2, 5, 10 Illyriorum. 3, 2, 3 Romanorum. 3, 2, 11 *Macedonicus*. TAC. Germ. 45 Sueborum). 1, 315 virginis os -umque gerens (SERV. vultum et amictum). OV. met. 13, 167 virgineos. 14, 643 messoris. LIV. 4, 19, 2 regio (ITALA act. 12, 21 [cod. d] indutus [*ἐσθῆτα*, VVLG. veste]). 7, 34, 15 manipularium militum. 9, 2, 2 pastorum. 9, 36, 6 pastorali. 30, 4, 1 servili. PLIN. nat. 34, 33 triumphali. SVET. Cal. 32, 3 poparum. IVST. 4, 4, 1 squaloris. ITALA Is. 61, 3 (Tert. adv. Marc. 4, 14) gloriae (*καταστολήν*, VVLG. pallium). NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 7 nuptiarum (*ἔνδυμα*, VVLG. Matth. 22, 11 veste). CAPITOL. Opil. 6, 8 *statuas* pedestres duas -u militari, sedentes civili -u duas (CIL III 167, 11. 6587 VI 1540. 1566 XIV 2919, 10. *cf.* VI 1599 civili amictu. *cf.* SVET. *p. 2483, 48*). AVSON. 154, 4 forensem (IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 4, 44 cubicularis ..., forensis). SCHOL. Cic. Bob. p. 89, 14 St. 'muliebri veste' ... -u muliebri. RVFIN. hist. 4, 11, 8 filosofi (*σχῆμα*). AVG. epist. 262, 9 -us matronalis a viduali veste distinctus. GREG. M. epist. 8, 8[in.] proiectis religiosis vestibus ad saecularem reverti -um (PALLAD. hist. mon. I 6 p. 272[D] veste mutata ... sumpto -u saeculari. *p. 52, 2 B. σχῆμα*). LEANDER hom. p. 894[C] tristitiae -um in amictum laetitiae versum est. *aliis*: SEN. contr. 2, 1, 6 luxuriantem. CVRT. 9, 7, 12 decoro. STAT. Ach. 1, 142 molles. QVINT. decl. 315 p. 242, 20 laetos. IVV. 2, 124 longos. AVSON. 466, 1 squalentes (*χ 1 ῥακέων*). AMBR. obit. Theod. 52 non purpureum -um, sed amictum induti gloriae. DRAC. Orest. 251 pios (*syn.* 250 cultus. 252 vestis). *sine addit.*: LIV. 5, 41, 8 ornatum -umque. CVRT. 3, 6, 19 cultus -usque. TERT. cult. fem. 1, 4 -us feminae duplicem speciem circumfert, cultum et ornatum. ITALA lev. 16, 24 (Lugd.) vestietur -um suum (16, 32. 6, 11. *gr. ubique τὴν στολήν*). Is. 3, 17 (Cypr. hab. virg. 13) revelabit dominus -um earum (*τὸ σχῆμα*). *de* VIR. ill. 74, 7 *v. p. 2482, 15*. CLAVD. DON. Aen. 10, 535 -us capitis; vittas quippe gestabat. VVLG. gen. 38, 14 *al.* CASSIOD. hist. 6, 1 p. 1029[D] lector est constitutus; sub hoc -u furorem declinavit imperatoris (*Socr. 3, 1 p. 372[B] διὰ τοῦ τοιούτου προσχήματος*). *translate*: CIC. de orat. 3, 199 *v. p. 2484, 1*. OV. trist. 1, 1, 4 vade, *libelle*, sed incultus ...: infelix -um temporis huius habe. QVINT. inst. 8 prooem. 20 quae illo verborum -u vestiantur. TERT. carn. 6 p. 437, 25 Oe. in carnis -u. apol. 35, 4 induere domui tuae -um alicuius novi lupanaris. HIL. in psalm. 120, 2 ver cum -u suo ornatuque. CLAVD. 28, 8 indigenas -us ... Palatia sumunt. PS. PRIMAS. in II Cor. 11, 13 sub -u simplicis praedicationis Christi rapacitas beluina contegitur.

armorum: LIV. 37, 40, 11 levioribus tegumentis suis equorumque, alio haud dissimili -u *atque cataphracti equites*. CVRT. 7, 1, 18 desiderantique Amyntae, ut -us *sibi* redderetur armigeri, lanceam dari iussit. 7, 1, 20 -um ... in quo te comitari solemus. IVST. 20, 3, 8 armorum. CLAVD. DON. Aen. 12, 165 'flagrans clipeo et ... armis' ... dignitate -us.

2 *i. q.* ***ornatus***: (*dub.* STAT. Theb. 4, 207. *v. p. 2482, 83*). COD. Iust. 11, 12, 1 pr. gemmarum. *ibid.* 1 ornamentis *et* anulorum -u.

3 *i. q. (vestitus et)* ***comitatus***: LIV. 38, 14, 9 *tyrannus* vestitus comitatusque vix ad privati modice locupletis -um. PANEG. 10 (4), 18, 2 dissimulato principis -u ... cum duobus accedis.

4 *de* ***iis, quae manibus geruntur***: LIV. 39, 13, 12 Baccharum -u crinibus sparsis cum ardentibus facibus. 44, 19, 7 sordidati, barba et capillo promisso, cum ramis oleae ... procubuerunt et oratio quam -us fuit miserabilior. *cf.* 10, 7, 3 *p. 2483, 14*. FRONTIN. strat. 2, 4, 17 faces et angues furiali -u praeferentibus. APVL. met. 1, 12 lucernam ... gerebat ..., spongiam et ... gladium ...: hoc -u *eqs.*

E *i. q.* ***relatio ad aliquid, σχέσις*:** CHALC. comm. 16 ratio ... est duorum finium (*i. quantitatum*) iuxta semet ipsos -us et quasi quaedam conventio. itaque conpetens (*i. ἀναλογία*) ex conplurium rationum conparatione consistit. MART. CAP. 9, 967 rhythmus est compositio quaedam ex sensibilibus collata temporibus ad aliquem -um ordinemque conexa. EVSTATH. Bas. hex. 6, 5[in.] *stellae* si secundum tale ... schema coierint ..., si alter -us illarum fuerit (*Migne gr. 29, 128[B] σχῆμα ... σχέσις*). *in serm. theolog.* (*cf. p. 2481, 58*): CONC.[S] I 5 p. 272, 5 *hominem* copulatum *deo verbo* secundum -um extrinsecus adinventum (*at* 157, 8 per *σχέσιν. cf. I 1, 6 p. 132, 12 κατὰ σχέσιν*). 277, 10 per -um et familiaritatem spiritalem *eqs.* (*at* 161, 1 secundum *σχέσιν. cf. I 1, 6 p. 138, 10 κατὰ σχέσιν*).

II ***ab*** **habere** ***transit.*:** *in sermone philos. i. q. ἕξις i. τὸ ἔχειν*: MAR. VICTORIN. rhet. 1, 2 p. 163, 15 sunt multa, quae solo -u sui perfecta sunt, multa, quae et -u et usu: ut athleta si habeat corporis magnitudinem, ... ut orator concepto totius scientiae -u non continuo perfectus est, nisi ei et usus accedat: sapientia vero -u sui perfecta est nec indiget ... usus. AVG. trin. 3 prooem. 1 graecae linguae non *est* nobis tantus -us, ut talium rerum libris legendis ... *simus* idonei. MART. CAP. 4, 386 -us et orbatio ita sibi opponuntur, ut *eqs.* (4, 384). *ibid.* -us et orbatio dentium. 4, 387. PS. AVG. categ. 18[in.] (*inter oppositorum species ex Aristot. categ. 10 p. 11[b] 18 στέρησις καὶ ἕξις*) quorum circa nos (*i. τῶν περὶ ἡμᾶς*) esse dicitur -us vel privatio (-um sane hoc loco ex habendo debemus accipere, non ... esse habitum affectionem animi quandam sempiternam). *infra*: quae per -um et privationem dicuntur sicut caecitas et visio. BOETH. herm. pr. 2, 10 p. 132, 20 -um retinet. p. 133, 16 'non est iniustus homo' ... est ... privatoria negatio, quoniam, quamquam det -um, tamen privationem negat. 2, 11 p. 163, 25. 2, 14 p. 208, 23. sec. 1, 1 p. 17, 17 adfirmationem quendam esse -um, negationem vero privationem. 6, 14 p. 466, 23 quod (*iustum et iniustum*) -us et privatio potius est quam ulla contrarietas. in Porph. comm. sec. 1, 6[extr.] privationis et -us. in top. Cic. 4 p. 343, 1 oppositorum secundum Aristotelem ... alia privatio et -us. top. Arist. 2, 3 p. 931[B] in privationibus et -bus. *cf. s. v.* habitio.

duae notiones uno loco coniunctae: p. 2483, 51. 2484, 68.
adnom.: v. p. 2481, 70.
syn. ad I: ad A: animus: *p. 2483, 78.* figura: *p. 2484, 36. 41.* gestus: *p. 2483, 34.* habitudo: ITALA Dan. 7, 15 *v. p. 2480, 42.* mens: *p. 2483, 80.* qualitas: *p. 2484, 16.* vultus: *p. 2482, 45. ἕξις: p. 2483, 46. κατάστημα: p. 2484, 17. πρόσχημα: p. 2482, 76. σχῆμα: p. 2482, 73. 2484, 41. 45.* *ad B*: affectio: *p. 2485, 13. 20.* condicio: *p. 2484, 78. 2485, 40.* status: *p. 2484, 78. 82.* *γένος: p. 2484, 74.* *ἕξις: p. 2485, 26. 34.* *κατάστασις: p. 2484, 82.* *σχῆμα:*

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 2484, 84. 2485, 6. *ad C*: mos: *p. 2485, 62.* *ad D*: amictus: *p. 2485, 71. 80. 2486, 3. 7.* cultus: *p. 2486, 7.* vestis: *p. 2485, 73. 78. 82. 84. 2486, 1. 8.* ἔνδυμα: *p. 2485, 77.* ἐσθής: *p. 2485, 73.* πρόσχημα: *p. 2486, 16.* στολή: *p. 2486, 11.* σχῆμα: *p. 2485, 83. 2486, 2. 12.* *ad E*: σχέσις: *p. 2486, 48. 52.*

opp.: *ad IB*: dispositio: *p. 2485, 31.* flagrantia: *p. 2485, 29.* impetus: *p. 2485, 27.* *ad II*: orbatio: *p. 2486, 60 sqq.* privatio: *p. 2486, 66.* usus: *p. 2486, 55 sqq.*

deriv.: habitivus, habituativus; habituor. *Bulhart.*

habra *v.* abra. *adde*: GLOSS. V 340, 47 abra ancilla.

[**habris** *v. l. 57.*]

habrodiaetus, -ī *m.*, ἁβροδίαιτος. *i. q. molliter vivens*: PLIN. nat. 35, 71 *cognomen* usurpavit *Parrhasius* -um se appellando.

(h)abrotoninus, -a, -um, ἁβροτόνινος. *i. q. ad habrotonum pertinens*: DIOSC. 1, 55 de abrotonino (aprotinu *cod. M*). oleum aprotoninum conficis sic *eqs.* (*gr. 1, 50 ἁβροτονίνου σκευασία κτλ.*).

(h)abrotonītēs, (-ae), ἁβροτονίτης. *i. q. ad habrotonum pertinens*: COLVM. 12, 35 vinum absinthiten et hyssopiten et -en ... sic condire oportet. *cf.* DIOSC. 5, 74 p. 194, 20 vinu ...-en (*gr. 5, 52 οἶνος ... ἁβροτονίτης*).

✕**habrotonum,** -ī *n. et* **-us,** -ī (*f. ?*), ἁβρότονον (-ος). *aspiratio*: PLIN. nat. 14, 105 *cod. M (s. V) e sil. edit., et al. libris posterioribus, e. g.* LVCR. 4, 125. apro-: SER. SAMM. 422 *cod. A. al.* ORIBAS. syn. 2 add. p. 842. 4, 19. *variant codd. saepissime inter* -ton- *et* -tan- (*cf. gr.* -τανον); *tantum* -tan- *tradi videtur*: CELS. 3, 21, 7. 5, 5, 2. 5, 6, 11 COLVM. 6, 7, 3. SCRIB. LARG. 78 (*inde* MARCELL. med. 17, 4). GARG. MART. med. 39 p. 177, 12. 13 SER. SAMM. 422 PALLAD. 4, 10, 28 VEG. mulom. 4, 4, 10 MARCELL. med. 16, 69. 93 THEOD. PRISC. log. 86 DIOSC. 3, 25 CAEL. AVR. acut. 2, 29, 154 *al.* CASS. FEL. 71 p. 172, 3. ORIBAS. syn. 2 add. p. 842. 4, 19. GLOSS. (*v. l. 31. 50*). -us: *v. l. 50 sqq.* *legitur inde a* LVCR. (-us, *v. l. 52*), HOR. GLOSS. abrotanum heraclea agrestis. *genus herbae, i. q.* '*Artemisia abrotanum*' *L.*: **1** *de natura*: PLIN. nat. 19, 100 florent confertim (cum fraxino *codd.*) serpullum, -um *eqs.* 21, 37 -um et amaracum acres habent odores (*cf.* DIOSC. 3, 25). 21, 59. 60. 61 copiosum ...-o semen, sed -o radix una et alte descendens. 21, 160 -um duorum traditur generum, campestre ac montanum. hoc feminam, illud marem intellegi volunt *eqs.* (*cf.* DIOSC. 3, 25). 21, 168 folia *heliochrysi* subalbida, -o similia. DIOSC. 2, 148. **2** *de usu*: **a** *in medicina* (*v. imprimis* PLIN. nat. 160—162 [*cf. l. 43*]. *cf.* GARG. MART. med. 39 DIOSC. 3, 25): HOR. epist. 2, 1, 114 -um aegro non audet nisi qui didicit dare. CELS. 3, 21, 7. 4, 8, 3 *al.* COLVM. 6, 7, 3 SCRIB. LARG. 78. 188. PETRON. 138, 2 nasturcii sucum cum -o miscet. PLIN. nat. 20, 68. 21, 160 usus et foliis, sed maior semini ad excalfaciendum, ideo nervis utile, tussi, orthopnoeae *eqs.* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 114 *al.* VEG. mulom. 1, 38, 6 MARCELL. med. 3, 4 *saepe.* THEOD. PRISC. eup. faen. 29 log. 67 *al.* DIOSC. 1, 53. *et al.* **b** *varia*: PLIN. nat. 14, 105 ex his quae in hortis gignuntur, fit vinum e radice asparagi, cunila ..., -o *eqs.* 21, 162 serpentes fugat (*cf. l. 53*). PALLAD. 4, 10, 28. AMM. 25, 8, 6 nec ad victum aliquid nisi -um et absinthium *eqs.* **-us,** -ī (*f. ?*), ἡ ἄβρότονος. GLOSS. abrotanus δενδρολίβανος. LVCR. 4, 125 suo de corpore odorem expirant acrem, ...-ique graves et tristia centaurea. LVCAN. 9, 921 fumoque gravem serpentibus urunt -um. ORIBAS. syn. 4, 19 -us (*in medicaminibus*).

deriv.: (h)abrotoninus, (h)abrotonites. *cf. Onom. Brink.*

habrus, -a, -um, ἁβρός. NON. p. 149, 7 Plautus Plocino (*?*): 'nam coloratum (-atilem *p. 204*, -atum ille *Ritschl*) frontem habet, petilis hab⟨r⟩is' (*sequebatur e. g.* suris; *nom. sing. male intellexit, qui versui glossam allevit* petilis tenuis dicit, habris mollis dici⟨t⟩, *v. q. adn. H. Junius ad l.*). *Heraeus.*

(h)abund- *v.* abund-.

?habus φαλλός GLOSS. II 469, 52 (*gloss. gr.-lat.*). *fort.* vasus, *v. Heraeus, Sprache d. Petron. 43.* scapus *ci. Niedermann, Glotta 2, 1910, 51.*

?hadra id est petra SCHOL. Verg. cod. Bern. 165 georg. 2, 158 p. 992 Hag. (*cf. Walde-Hofmann*[3] *s.* atrium *p. 76*).

hadrobōlon, (-ī) *n.* (*inc. subst. an adi.*), ἁδρόβωλος, *-ον.* *i. q. glaebam magnam habens*: PLIN. nat. 12, 35 nigrum vero et in offas convolutum *bdellium* -on (-um *pars codd.*) *appellant* (*cf. Diosc. 1, 67, 1 ἔστι δέ ⟨τι⟩ ... μέλαν, ἁδρόβωλον, παλαθῶδες*).

hadrosphaerum, (-ī) *n. adi.*, ἁδρόσφαιρος, *-ον.* *i. q. magnam pilam habens*: PLIN. nat. 12, 44 folii *nardi* divisere annonam amplitudine. -um vocatur maioribus pilulis (pilus *vel* pipulis *codd.*). *opp.* mesosphaerum, microsphaerum (*cf. Ps. Arrian., per. m. Erythr. [Geogr. gr. min. I 304] 65 τὸ ἁδρόσφαιρον μαλάβαθρον λεγόμενον ... τὸ μεσόσφαιρον ... τὸ μικρόσφαιρον*).

hae *v.* hahae.

haedilia, -ae *f.* [*ab* haedulus, *cf.* porcilia (*v. Bücheler, Kl. Schr. 2, 330; Heraeus, Rh. Mus. 72, 1917/18, 47. cf. W. Schulze, Jagić-Festschr. 343 sqq.* = *Kl. Schr. 75 sqq.*). *J. B. H.*] GLOSS. ἔριφος haedus. ἐρίφιον -a. *i. q. parva capra*: HOR. carm. 1, 17, 9 nec *caprae* viridis metuunt colubras nec Martialis -ae (*Bland. R Φ Porph.*, -a *cett.*) lupos. *cf. ?* (h)aedulia.

haedilla, -ae *f. ab* *haeda, haedula *demin.*, *cf.* haedillus. *i. q. haedilia*: INSCR. Archäol. Anz. 29, 1914, 311 (*prope Siccam, Numid.*) caprum, gallum, aedillas duas *eqs.* ITALA lev. 4, 28 (Wirc.) adferet h⟨edi⟩ll⟨a⟩m de capris feminam (χίμαιραν ἐξ αἰγῶν *eqs.* VVLG. capram immaculatam). 4, 29 victimabunt hedillam (τὴν χίμαιραν. VVLG. eam).

haedillus, -ī *m. ab* haedus, haedulus *demin. i. q. parvus haedus: pro blanditia iocose* PLAVT. Asin. 667 dic me igitur tuom passerculum, ... agnellum, -um me tuom dic esse *eqs.*

✕**haedīnus,** -a, -um *ab* haedus. [*cf. got. deminutive* gaitein 'ἔριφος'. *J. B. H.*] *scribitur*: haed- AVG. civ. 16, 37 p. 183, 29 D. *cod. V (s. VI) e sil. edit.* ed- EDICT. imp. Diocl. VIII 6, 17. GLOSS. -um. -a caro ἐρίφειον. [*sard. vet.* edinu. *M.-L.*] *i. q. ad haedum pertinens*: VARRO rust. 2, 11, 4 ⟨in⟩ lactis duos congios addunt coagulum ..., ut coeat, quod melius leporinum et -um quam agninum (*cf.* PLIN. nat. 28, 240 MARCELL. med. 16, 81. 27, 69). CIC. Mur. 75 *Tubero* stravit pelliculis -is lectulos Punicanos (76 [VAL. MAX. 4, 3, 11. 7, 5, 1 SEN. epist. 95, 72]. MART. 12, 45, 1 -a tibi pelle contegenti nudae tempora verticemque calvae [*cf.* AMM. 31, 2, 6 hirsuta crura coriis munientes -is]. AVG. civ. 16, 37 p. 183, 29 D. *Isaac benedicit Iacob* -is sibi pelliculis coaptatis velut aliena peccata portantem [*cf.* c. mend. 10, 24 p. 501, 12. 16 *al.*]. EDICT. imp. Diocl. VIII 6, 17). PLIN. nat. 25, 78 ventriculo. 28, 161 sanguis (*cf.* 28, 196 MARCELL. med. 16, 82). *al.* CHIRON 200 caput (*cf.* 815 -um capitulum cum suis pedibus decoques. VEG. mulom. 1, 17, 17 *al.*). MARCELL. med. 8, 141. 23, 33. APIC. 4, 116 glandulas. *al.* CAEL. AVR. acut. 1, 11, 94 dabimus etiam -am carnem (*cf.* chron. 1, 4, 133). chron. 1, 1, 15 cerebrum (CASS. FEL. 1 p. 7, 12). — *fem. subst.* **haedīna,** -ae. *i. q. caro -a*: APIC. 8, 360 aliter -am sive agninam excaldatam. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 95 ultimo *dabimus* porcinam atque -am. ORIBAS. syn. 4, 28 p. 30. GLOSS. -a ἐρίφειον.

(**haedolaurus** *v. s.* haedus *p. 2489, 55.*)

(h)aedua, -ae *f.* [*ab* haedus, *cf.* socrua *sim., v. Stolz-Leumann*[5] *204. J. B. H.*] *videtur esse i. q. parva (?) capra*: CIL VIII 8247, 9 edu⟨m⟩ Merc⟨urio⟩, aedua⟨m⟩ Veneri.

haedula, -ae *v.* haedulus.

haedulat παίξει (-γει *trad.*) GLOSS.[L] II Philox. HA 21. *ab* haedulus.

? **(h)aedulia** NOT. Tir. 108, 60 (edula *var. l.*). *ad* haedilia *rettulit Bücheler l. p. 2487, 76 c.; sed v. Heraeus, Rh. Mus. 72, 1917/18, 47.*

(h)aedulus, -ī *m. ab* haedus *demin.* NOT. Tir. 108, 59. **1** *proprie i. q. parvus haedus*: IVV. 11, 66 de Tiburtino veniet pinguissimus agro -us et toto grege mollior (*cf.* CYPR. GALL. iud. 280 aedulus eligitur, solo qui lacte refertus, mollior et cunctis *eqs.*). **2** *translate de stellis in sidere Aurigae* (*cf. s.* haedus *p. 2490, 2*): GLOSS. haedorum ἐρίφων, id est -os minores. VEG. mil. 4, 39 circa nonas vero Octobres aeduli (*E*, [ha]edi *cett.*) pluviales. SCHOL. Arat. lat. p. 157, *gr.* "Εριφοι (*inde* SCHOL. Germ. Sang. p. 108, 6. 224, 16). p. 310, 7 (*in* '*excerpto de astrologia Arati*'). *fem.* **haedula,** -ae. ITALA lev. 5, 6 (Wirc.) ⟨off⟩eret ... hedu⟨l⟩am a capris (χίμαιραν ἐξ αἰγῶν. VVLG. capram).

deriv.: haedilia, haedillus, haedulat.

✕**haedus,** -ī *m.* [*cf. c. got.* gaits *f.*, *anglosax.* gāt *f.*, *theod.* Geiss *f.* '*caprea*'. *J. B. H.*] *de scriptura et pronuntiatione*: VARRO ling. 5, 97 quod illic (*apud Sabinos*) fedus, in Latio rure [h]edus, qui in urbe, ut in multis, 'a' addito aedus. SCAVR. gramm. VII 11, 4 (*Varroni tribuit Wilmanns p. 94. 182sq.*) *vitium*, cum h(a)edus sine aspiratione scribitur, cum alioqui cum ea debeat, quoniam apud antiquos f(a)edus sit dictus (*cf.* VEL. gramm. VII 69, 9. 81, 12); ... similiter f(a)edum quem nunc nos h(a)edum dicimus (PAVL. FEST. Gloss.[L] IV p. 200[b] [p. 84 M.] faedum [*vel* fed.] antiqui ['*immo rustici*' *Linds. ad l.*] dicebant pro -o). QVINT. inst. 1, 4, 14 'fordeum faedosque' *dicebant*, pro aspiratione f ut simili littera utentes. 1, 5, 20 parcissime ea (*littera h*) veteres usi etiam in vocalibus, cum 'aedos ircosque' dicebant. *cf. etiam l. 74.* *aspiratur in titulo*: EDICT. imp. Diocl. 4, 48 haedus; *deest aspiratio*: CIL VIII 8246. 8247 edu⟨m⟩. *codd. variant inter* h(a)ed- *et* (a)ed- (*med. aevi est* hoed-). *aspiratur in vetustissimis codd. his locis*: PLAVT. Merc. 248. 269 *cod. A.* VERG. (*codd. s. IV—VI*) ecl. 1, 22 (*praeter P*). 2, 30 (*e sil. edit.*: 3, 34. 82. 5, 12. 7, 9. 9, 6. 62 georg. 2, 526. 3, 398. 4, 10 Aen. 9, 665). GAIVS dig. 22, 1, 28 pr. *F. s. VI/VII* (*e sil. edit.*). PRISCILL. tract. 6, 107 *cod. Wirc. s. V/VI* (*bis, e sil. edit.*). HIER. epist. (*e sil. edit.*) 21, 1, 2. 21, 35, 1 *bis. 3 ter* Δ (*s. VI*). 59, 2, 1 *G* (*s. VII*). VVLG. gen. 27, 9 *O* (*s. VII/VIII*). 27, 16 *OA* (*s. VII/VIII*). 38, 17 *A*. 38, 20 *AO*. 38, 23 *A. al.* Matth. 25, 32. 33. Luc. 15, 29 *codd. s. VI/VII.* PRVD. (*e sil. edit.*) perist. 10, 1136. 1139 *B* (*s. VII*). LIB. iubil. 26, 9 *cod. s. VI.* *aspiratio deest*: VERG. ecl. 1, 22 *P* (*s. IV/V*). VVLG. gen. 27, 9.16 *G* (*s. VI/VII*). LIB. iubil. 41, 12 *cod. s. VI.* *de etymol.*: FVLG. Theb. p. 182, 21 Edippus id est lascivia; ... nomen ... sumptum est ab ēdo, quod animal valde lascivum est *eqs.* ISID. orig. 12, 1, 13 -i ab ĕdendo vocati. parvi enim pinguissimi sunt et saporis iucundi, unde ... et edulium vocatur. *legitur inde a* PLAVTO. *de numero: sing. collective*: CIC. Cato 56 (*v. p. 2489, 10*). CARM. de mens. 2, 11 TER. MAVR. 1915. 1918. *gr.* ἔριφος. ἔριφος αἰγῶν (*cf.* -um caprarum *p. 2489, 27 et* VVLG. Tob. 2, 20 PS. AVG. serm. 36, 2; -um de capris: VVLG. iud. 13, 15. 19. 15, 1. I reg. 16, 20). ἄρνα. ἀμνός, ἀμνὸς ἐκ τῶν αἰγῶν. *an* τράγος (*v. p. 2490, 34*)*?* αἰγίδιον. ἐρίφιον (VVLG. Matth. 25, 33). NOT. Tir. 108, 58. [*val.* ied, *sard.* edu. *M.-L.*]

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

A *proprie i. q. fetus caprae* (*add.* masculus SCRIB. LARG. 177. mares TAC. hist. 2, 3. *cf. et* PLIN. nat. 18, 322): **1** *generatim*: PLAVT. Merc. 248 ad me -us visust adgredirier *in somnio* (269). Poen. 31 *ne pueri* quasi -i *obvagiant* (LVCR. 2, 367 teneri tremulis cum vocibus -i . . . norunt matres. OV. met. 15, 466 vagitus similes puerilibus -um edentem. PLIN. nat. 24, 168 SVET. frg. p. 249 -orum *est* bebare [*v. app. crit.*]. *cf.* VARRO ling. 7, 104 eiusdem [*Enn. ann. 586*] ab -o *ad voces hominum tralatum vocabulum*: clamor . . . per aethera vagit). CIC. Cato 56 villa . . . abundat porco, -o, agno *eqs.* LVCR. 3, 7 tremulis . . . artubus -i. VERG. ecl. 1, 22 sic canibus catulos similes, sic matribus -os. 2, 30 -orumque gregem viridi compellere hibisco. 3, 34 numerant ambo pecus, alter et -os (*cf.* DRAC. Romul. 8, 210). ecl. 9, 6 hos illi . . . mittimus -os (*cf.* PROP. 2, 34^{b}, 70 *corrumpere possit puellas* missus . . . inpressis -us ab uberibus [VVLG. gen. 38, 17. 20 *al.*]. *cf.* CALP. ecl. 7, 10 quem . . . tenero donavimus -o. VVLG. Tob. 2, 20 ut -um caprarum accipiens detulisset domi. *al.*). *al.* georg. 2, 526 in gramine . . . adversis luctantur cornibus -i (*cf. infra l. 60*). DIRAE 4 ante lupos rapient -i . . . quam *eqs.* (*aliter* VVLG. Is. 11, 6 habitabit lupus cum agno, et pardus cum -o accubabit). 31. OV. rem. 180 iam referent -is ubera plena suis *capellae*. fast. 3, 879 SEN. Herc. f. 145 CALP. ecl. 3, 63. 6, 3. IVV. 11, 153 casulam et notos tristis desiderat -os. TAC. hist. 2, 3 hostiae, ut quisque vovit, set mares deliguntur; certissima fides -orum fibris. SVET. Nero 33, 3 in -o expertus *venenum*. GAIVS dig. 22, 1, 28 pr. in pecudum fructu etiam fetus est *eqs.*; itaque agni et haedi . . . sunt bonae fidei possessoris. APVL. met. 8, 15 TER. MAVR. 1915. 1918. ITALA gen. 37, 31 (Aug. loc. hept. 1, 136 p. 528, 8) occiderunt -um caprarum (*cf.* AVG. *ad l.*; VVLG. *aliter*). AVIEN. Arat. 1841 *si* sese sustollant saltibus -i . . ., monstrabunt adfore nimbos (*Arat. 1106* ἀμνοί). VVLG. gen. 27, 16 pelliculasque -orum circumdedit manibus *Iacob. saepe*. AVIAN. fab. 42, 1.

-orum lascivia, sim. (*cf. p. 2490, 37 sqq.*): CATVLL. 17, 15 puella tenellulo delicatior -o (*cf.* OV. met. 13, 791 *Galatea* tenero lascivior -o).

2 *specialia:* **a** *de fetu et educatione*: VARRO rust. 2, 1, 20. 2, 3, 4 *in insula Melia* maximi ac pulcherrimi . . . -i. 2, 3, 8 (*cf.* VERG. georg. 3, 398). VERG. ecl. 3, 82 dulce . . . depulsis (*a lacte*) arbutus -is (*cf.* georg. 4, 10 neque oves -ique petulci floribus insultent. MART. 13, 39 NEMES. ecl. 1, 6). CARM. de mens. 2, 11. OV. met. 13, 828 sunt, fetura minor, . . . in ovilibus agni, . . . aliis in ovilibus -i. FEST. Gloss.^{L} IV p. 405^{a} (*p.* 306 M.) subrumari dicuntur -i, cum ad mammam admoventur, quia ea rumis vocaba[n]tur *eqs.* (*cf.* PAVL. FEST. Gloss.^{L} IV p. 374^{a} [p. 271 M.]). COLVM. 7, 5, 21. 7, 6, 7. 8 PLIN. nat. 18, 322 MART. 13, 38, 1 GELL. 12, 1, 15 PALLAD. 12, 13, 8. *adde de prodigio*: LIV. 35, 21, 3 capram sex -os uno fetu edidisse. **b** *de usu:* *α pro cibo*: LAEV. frg. 23 lex Licinia introducitur, lux liquida -o redditur (*cf.* GELL. 2, 24, 8 sq. *ad l.*). VARRO Men. 403 grues Melicae, -us ex Ambracia *eqs.* HOR. sat. 2, 2, 121 bene erat non piscibus urbe petitis sed pullo atque -o. epod. 2, 60 -us ereptus lupo (MART. 10, 48, 14). CALP. ecl. 4, 166 tenerum mactabimus -um. MART. 10, 87, 17. GELL. 4, 11, 6 porculis . . . et -is tenerioribus victitasse *Pythagoran. al.* ITALA Am. 6, 4 (Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 467, 4; VVLG. *aliter*) vae . . . qui edunt -os . . . lactantes (*cf.* VVLG. exod. 23, 19 non coques -um in lacte matris suae. *al.*). VVLG. gen. 27, 9 (*interpr. alleg.* AVG. serm. 4, 17, 18. 4, 24, 25). Luc. 15, 29 (*interpret. alleg.* HIER. epist. 21, 35, 1 sqq.). *al.* EDICT. imp. Diocl. 4, 48 AVSON. 352, 8 p. 210, 8 APIC. 8. 362. 369 -um laureatum (hedolaurum *codd.*). *al. saepe. de carne in lenibus cibis, sim.*: CELS. 2, 22, 1. 5, 28, 4 ANTHIM. p. 6, 6 ORIBAS. syn. 4, 16 RVF. podagr. 12. ISID. orig. 12, 1, 13 (*v. p. 2488, 76*).

β pro victima: HOR. carm. 1, 4, 12 Fauno decet immolare . . ., seu poscat agna sive malit -o. 3, 13, 3 o fons . . ., cras donaberis -o cui frons turgida cornibus primis et venerem et proelia destinat (*cf.* GRATT. 490). 3, 18, 5 tener pleno cadit -us anno (*cf.* PROP. 2, 19, 14 corruet ante focos). MART. 10, 92, 7 aras . . . pinxit . . . sanguis . . . -i. CIL VIII 8246 *et* 8247 -u⟨m⟩ Mercurio. VVLG. exod. 12, 5 (*cf.* PRISCILL. tract. 6, 107 p. 79, 1. 6). num. 15, 12 I Esdr. 6, 9 *al.*

γ in medicina: CELS. 5, 27, 3 *prodest contra serpentium morsus* -us agnusve discissus et . . . eius caro . . . super vulnus imposita. SCRIB. LARG. 177. PLIN. nat. 28, 162 sumitur . . . coagulum -i contra viscum *eqs.* (28, 209 ad utrumque vitium). 28, 201 (*inde* PLIN. med. 2, 13 p. 57, 1 SER. SAMM. 417). 28, 210 *al.* VEG. mulom. 2, 143, 3. *δ varia* (*cf. et l. 23*): COLVM. 7, 8, 1 (*inde* PALLAD. 6, 9, 1) *lac* plerumque cogi agni aut -i coagulo (*cf.* PLIN. nat. 11, 239). PLIN. nat. 28, 154 carnem recentem -orum ⟨cum⟩ pilo suffiunt eodemque nidore fugant serpentes. CLAVD. 24, 340 vocibus -i pendentis (*sc. pro esca bestiarum capiendarum*). CASSIOD. in psalm. 34, 15 cilicium fit ex -is asperum . . . tegumentum.

B *translate:* **1** *de hominibus nefariis* (*cf.* HIER. epist. 36, 16, 3 in omnibus scripturis -i pro peccatoribus accipiuntur [AVG. serm. 4, 18, 19 EVCHER. form. 4 p. 28, 21 *al.*]. RVFIN. Orig. in cant. 1, 7 p. 142, 15 B. *-us* inquietum animal et vagum ac peccatis deputatum. OP. imperf. in Matth. 54 p. 942 sq. *al. cf. et p. 2490, 27. 37 sqq.*): VVLG. Matth. 25, 33 *Christus* separabit eos (*i. gentes*) ab invicem, sicut pastor segregat oves ab -is, et statuet oves quidem a dextris suis, -os (τὰ ἐρίφια) autem a sinistris. *cf.* HIER. epist. 59, 2, 1. PRVD. perist. 10, 1136. 1139 diceret rex optimus: Romanus orat, transfer hunc -um mihi, sit dexter, agnus induatur vellere. PAVL. NOL. carm. 14, 133 AVG. nupt. et concup. 2, 17, 32 p. 286, 5 c. Petil. 3, 2, 3 p. 164, 16 serm. 4, 18, 19 *saepe.* **2** *de sideribus:* **a** -i *duae stellae* (Ἐρίφοι, *cf. A. Rehm, RE VIII 281, 20 sqq.*) *in signo Aurigae* (*sing. pro plur. v. l. 13. 15. 20. 28*): GLOSS.^{L} I Ansil. HA 45 -i inter sidera sunt in humero sinistro Aurigae stellae figuratae (*cf. l. 8 sqq.*) quorum occasu (*cf. l. 12 sqq.*) tempestates concitantur (*paulo aliter* ED 65). VARRO rust. 2, 1, 8 a pecuariis *astrologi* addiderunt capram, -os, canes. 2, 3, 7. CIC. Arat. 468 Capricornus . . . pellit Aurigam, . . . parvos (*cf.* frg. 27 exiguum . . . ignem. *v. et l. 18*) simul -os (*de situ cf. etiam* VITR. 9, 4, 2 GERM. 169. 713 AVIEN. Arat. 416 [*v. l. 17*]. 1236. HYG. astr. 2, 13 p. 48, 8 *al.*). VERG. georg. 1, 205 sunt . . . nobis -orum . . . dies servandi. Aen. 9, 665 quantus ab occasu veniens pluvialibus -is verberat imber humum *eqs.* (*cf.* OV. ars 410 [*sing.*]. met. 14, 711 STAT. Theb. 8, 407. GLOSS. [*v. supra l. 6*]. *v. etiam infra l. 15 sq. et 30*). HOR. carm. 3, 1, 28 saevus Arcturi cadentis impetus aut orientis -i (PORPH. Hor. carm. 3, 7, 6 -os . . . quorum ortus et occasus [*v. supra l. 12*] concitant tempestates. *cf.* PLIN. nat. 2, 106. AVIEN. Arat. 416 *Aurigae* autem fine manus parvas -orum suspice flammas qui, postquam Oceano sese expediere . . ., saeva . . . inmittunt flabra *eqs.* AMM. 19, 19, 1. *cf. et infra l. 29*). PROP. 2, 26^{b}, 56 purus et -us erit. OV. trist. 1, 11, 13 nimbosis dubius iactabar ab -is (*cf.* GERM. 171 -i iactatam videre ratem nautasque paventis *eqs.*). MANIL. 1, 365 -i . . ., nobilis et . . . nutrito . . . *Iove* Capella (*i. Amalthea*), cuius ab uberibus magnum ille ascendit Olympum (*cf.* 5, 130 *et vol. III 305, 50 sqq.; adde*: OV. fast. 5, 117 SERV. auct. Verg. georg. 1, 205 HYG. astr. 2, 13 p. 48, 17 *sqq.*). 5, 103 incipient -i tremulum producere mentum *eqs.* 5, 108 -is nec tanta (*i.* Horatia facta *sim.*) petulcis conveniunt; levibus gaudent lascivaque signant pectora *eqs.* (*cf.* FIRM. math. 8, 6, 4. 12 [*sing.*]). SEN. nat. 1, 1, 2. COLVM. 11, 2, 66 quinto Cal. Oct. -i exoriuntur (11, 2, 73 PLIN. nat. 18, 248. 312. *cf.* ibid. postridie *IV non. Oct.* occidunt -i vespere). PLIN. nat. 18, 278 FILASTR. 103, 1. HYG. astr. 2, 13 p. 48, 20 -os Cleostratus . . . dicitur primus inter sidera ostendisse. *cf.* haedulus *2.* **b** -us *sidus una cum Libra oriens* (*v. Boll, Sphaera p. 298. 386 [confert gr. Τράγος, nomen sideris non Aratei]; contra Housman, Manil. astr. l. V p. XLIV sqq.*): MANIL. 5, 311 secretis improvidus -us in astris *eqs.* (*inde* FIRM. math. 8, 12, 3).

epitheta: ad A et B 1: anniculus (VVLG. exod. 12, 5), delicatus (*v. p. 2489, 32*), inquietus (*v. p. 2489, 78*), lascivus (*v. p. 2489, 32.* MART. 13, 39, 1 RVFIN. Orig. in cant. 1, 7 p. 145, 11 B. *cf. et* COLVM. 7, 6, 7 lascivia), masculus (*v. p. 2489, 1*), petulans (CARM. de mens. 2, 11 SEN. Herc. f. 145), petulcus (*v. p. 2489, 36.* AVSON. 352, 8). pinguis (VERG. georg. 2, 525). subrimius (PAVL. FEST. Gloss.^{L} IV p. 374^{a} [p. 271 M.]), tenellulus (*v. p. 2489, 31*), tener (*v. p. 2489, 4 saep.*), vagus (*v. p. 2489, 78*). *ad B 2*: nimbosus, parvus, petulcus, pluvialis, purus.

iuxta pos.: caper (VERG. ecl. 7, 9), -us caprarum *sive* de capris (*v. p. 2488, 80*), hircus (BACCHIAR. repar. laps. 21), pecus (*v. p. 2489, 12*).

deriv.: haedulus, haedillus; haedinus, haedua.

cf. Onom. *Brink.*

(h)alica(c)cabum (-on, -os), -ī, *n.* ἁλικάκκαβον. *praeter* CELS. (*l. 71*) *nusquam fere aspiratur. de* -cac-, -cacc- *variant codd. certum generis neutri exemplum non legitur praeter* PLIN. nat. 1, 21, 52 (p. 67^{b}, 37). *acc.* -on: PLIN. nat. 21, 180. *fem.* -os: *v. l. 75; cf. l. 66. species strychni, herbae venenatae (v. Berendes, Diosc. Arzneimittellehre 405; cf. etiam* caccabulum *vol. III 5, 23 sqq.): describitur*: PLIN. nat. 21, 177 *strychni genus* alterum, cui acini coccini, granosi in folliculis, -on vocant, alii **callion,** nostri autem vesicariam, quoniam vesicae et calculis prosit. frutex est surculosus *eqs.* 21, 180 alterum genus . . . soporiferum est atque etiam opio velocius ad mortem. ab aliis morion, ab aliis moly appellatum. 1, 21, 52 *inter herbas sponte nascentes* trychnum sive strychnum sive -um *eqs.* PS. APVL. herb. 75 l. 16 H.-S. a Graecis dicitur strignos, alii -os (*cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 71 p. 230, 14* φυσαλὶς· *οἱ δὲ στρύχνον, οἱ δὲ ἁλικάκκαβον*). DIOSC. 4, 67 est et alterum genus strigni, quem -um vocant *eqs.* 4, 68. 70 dorignion que Cratebras -o aut calida dixerunt (*gr. 4, 74* ἁλικάκκαβον *ἢ καλλέαν*). GALEN. alfab. 93 dorignium et alicacanum aliqui dicunt. GLOSS. III 559, 37 -o durigneos. *in usu*: CELS. 5, 20, 3 ad ulcera sordida . . . -i corticis p. ⁜ IV. PLIN. nat. 21, 180 praesentaneo remedio ad dentium mobiles firmandos, si colluerentur -o in vino *eqs.* 21, 182 -i radicem bibunt, qui vaticinari gallantesque . . . aspici se volunt. *ibid.* aspidum naturae -um in tantum adversam, ut radice eius propius admota soporetur illa sopore enecans vis earum. THEOD. PRISC. phys. 6 -i . . . radices medentur *epilepticis.* ORIBAS. syn. 2 add. p. 844 -um trociscum. *remedium contra -um*: PLIN. nat. 22, 112 aqua mulsa . . . salutaris . . . contra *venenum* -i (*cf.* 21, 182). *cf.* caccabus, *salacaccabia.

halicār-: *v. l. 52.* **halieus,** ἁλιεύς. APIC. 10 tit. -s.

halieuticus, -a, -um, ἁλιευτικός. *i. q. ad piscaturam pertinens*: TREB. Claud. 17, 5 *misi ei* boletar -um (toreuticum *Mommsen*) argenteum librarum viginti. *n. plur. pro subst.* halieutica, -ōrum (-ōn *p. 2516, 2*): *in titulis librorum* (*graece*: VOPISC. Car. 11, 2 HIER. in Ezech. 47, 6 sqq. p. 595 V): PLIN. nat. 32, 11 quae Ovidius prodidit piscium ingenia in eo volumine, quod -on inscribitur (*non in codd.* OV. hal., *cf. q. adn. Vollmer in editione*). HIER. chron. a. Abr. 2188 Oppianus Cilex poeta cognoscitur, qui -a (al- *codd.*) miro splendore conscripsit.

halimon, (-ī) *n.*, ἅλιμον. *masc.* -us *v. l. 15.* [*hisp.* armuelle. *M.-L.*] *i. q. nomen herbae* ('*atriplex halimus*' *L. cf. Berendes, Diosc. Arzneimittellehre 108*): PLIN. nat. 17, 239 necat et hedera vinciens . . . et cytisus, necatur eo quod -on vocant Graeci (*cf. Theophr. hist. plant. 4, 16, 5* ἅλιμον ἀπόλλυσι . . . *τὸν κύτισον*). 22, 73 asphodelum ab Hesiodo quidam -on (al- *pars codd.*) appellari existimavere, quod falsum arbitror; est enim suo nomine -on, non parvi et ipsum erroris inter auctores. alii enim fruticem esse dicunt densum, candidum . . . alii olus maritimum esse dixere salsum et inde nomen *eqs.* 1, 22, 33 (al- *R*). DIOSC. 1, 101 de alimu. -us frutex est circa hortos sicut ramnus *eqs.* (*gr. 1, 91* ἅλιμον. *cf. Ps. Diosc. Vind. 1, 91 p. 84, 11* ἅλιμος). [*confunditur cum* -o *herba quae dicitur* ἡ ἅλῑμος (*sc.* τροφή); *cf. Wagler, RE I 1483 sq.*: SOL. 11, 12 herba alimos dicitur: ea admorsa diurnam famem prohibet; proinde et haec Cretica est (*inde* ISID. orig. 14, 6, 16. *cf.* PRISC. periheg. 529)].

haliphloeos, (-ī) *f.*, ἁλίφλοιος. *nomen arboris*: PLIN. nat. 16, 24 pessima et carboni et materiae -os dicta, cui crassissimus cortex atque caudex et plerumque cavus fungosusque *eqs.*

hippuros, hirundo, **halipleumōn** PLIN. nat. 32, 149 (*inter nomina piscium*). ἁλιπλεύμων.

hālito, -āre. *ab* halare (*cf.* DIOM. gramm. I 345, 3). [*ital. mer.* aletá, *sard. merid.* alidai. *M.-L.*] *i. q. exspirare*: ENN. scaen. 184 quadrupedantes . . . flammam -antes.

⁜hālitus, -ūs *m.* *ab* halare. PRISC. gramm. II 570, 5 ab halo . . . '-us' nomen participiale, non halatus (*cf.* PS. PRISC. gramm. III 525, 12). MAR. VICTORIN. gramm. VI 227, 21. *de scriptura: in aspiratione libri passim variant (cf. S. Ruehle, de aspiratione vocabulorum, quae sunt* haud, haurire, halare. *Marburg 1913 p. 62 sqq.), sed in optt. codd. melioris aetatis aspiratio praevalet; omittitur ex. gr. semper fere in codd.* SEN. nat., *plerumque in scriptis inferioris aetatis. saepius falso scribitur* hab- (*cf. l. 44. 75. p. 2517, 13. 21. 49*). *sing. dat. in usu non est; plur.* (*inde a* SEN. phil.) *soli nom. et acc. leguntur (at* halatibus *v. p. 2514, 10). de notionibus*: CHAR. gramm. p. 451, 30 B. *πνοή.* 456, 24 ἄσθμα. GLOSS.^{L} III Abstr. HA 6 -s aura, flatus. *al.* (*v. Thes. gloss.*). NOT. Tir. 102, 18 *inter* (h)alat *et* anhelat. *legitur in versibus inde a* CIC. (*v. p. 2517, 57*), LVCR. (*v. p. 2517, 66*), VERG., OV., *in sermone pedestri inde a* SEN. phil., COLVM. *praecipue apud scriptores artium.* [*dub. vel corrupt.*: SEN. nat. 5, 15, 4 terrarum pendentium habitus (*Gercke cum codd.*, -us *Schultess; cf. l. 36*) ventosque per caecum inanes (immanes? *Gercke*). TAB. devot. Audollent 134^{b}, 1 (*v. ann.*). 190, 8 *pro* vitu *trad.* -u(m) *proponit Zangenmeister probante Momms.; alii alia.* PRVD. ham. praef. 63 Cain triumfat morte fratris -ūs (*Bergmann*; al- *codd.*; allitus *Arev., Dressel; v. vol. I 1686, 75*).]

i. q. ***respiratio, exhalatio, spiritus*** (*sensu et incorporeo de actione halandi, spirandi et corporeo de ipso elemento aëris*): **A** ***rerum:*** **1** *de flatu aëris, nebulae sim.: generatim*: VERG. georg. 2, 350 tenuisque subibit *in solum* -s. COLVM. 1, 5, 6 praestat a mari longo . . . intervallo . . . refugisse; quia media sunt spatia gravioris -us (*an pertinet ad l. 76?*). 5, 5, 15 velut -u flammeo. 7, 3, 12 observare . . . -us septemtrionales (*ibid.* ventum *et* flatus [PALLAD. 8, 4, 4]). PLIN. nat. 9, 17 in aquas . . . penetrare vitalem hunc -um. CONSVLT. Zacch. 1, 25 p. 31, 23 Mor. aërem perniciosior -s saepe corrumpit. AVG. c. adv. leg. 1, 13, 22 ex aërio -u. enchir. 88 in quoslibet -us aurasque diffugiat *materies terrena.* MACR. somm. 1, 6, 67 aëris -um (MART. CAP. 6, 599). MART. CAP. 6, 602 vitalis aurae -u. 6, 608 transaustrini -us desertione. *de exspiratione, evaporatione locorum* (*nonnulla etiam ad 2 spectant*): VERG. Aen. 6, 240 talis sese -s atris faucibus *speluncae* effundens (*vs. in parodiam detorquetur ab* AVSON. *v. p. 2517, 54*). PLIN. nat. 31, 49 aestuaria, quae graviorem illum -um *putei* recipiant. SIL. 6, 148 crassus . . . -s erumpens *e nemore* taetrum exspirabat odorem. *terrae* (*cf. p. 2517, 67*): SEN. Oed. 633 nec . . . tellus -u sicco nocet (APVL. mund. 10 telluris -u). nat. 2, 10, 3 terrarum -u (6, 16, 2. PLIN. nat. 2, 135 [*syn.* exhalatio]. 11, 31. 77. 31, 32 QVINT. inst. 7, 2, 3. AMM. 20, 11, 16 [*syn.* spiramina]. *al.*). 5, 4, 1 mutatio ipsa -us mixti in ventum vertitur (*cf. ibid.* evaporatio). PLIN. nat. 2, 102 terreni -us. 17, 39 emittit illum suum -um divinum ex sole conceptum. APVL. mund. 18 ut quaedam terrae exspirent -um (*Ps. Aristot. mund. 4 p. 396 a 5 πνεῦμα*). ARNOB. nat. 1, 8 p. 9, 12 ut exspiret nocentissimos -us (hab- *trad.*). AMM. 23, 6, 17 *e terrae hiatu* -s letalis exsurgens. *aquarum* (*cf. supra l. 55*): SEN. nat. 2, 12, 4 aquarum -s umidus est. PLIN. nat. 17, 24 admoveri salis (*i. aquae marinae*) -um inutile (*cf. ibid.* adflatus maris). 31, 56 quod *flumen* nullum -um, non modo nebulam, emittat. 31, 70 maris (36, 166 LACT. ira 10, 20). TAC. hist. 5, 7 lacus. APVL. mund. 8 amnium fontiumque. RVT. NAM. 1, 105 frigidus aestivas hinc (*sc. ex aquis*) temperat -s auras. SIDON. epist. 2, 9, 9 -u nebulae stridentis (*sc. ex aqua calefacta surgentis*) oppletis. *al. rerum coctarum, incensarum* (*cf. p. 2517, 7*): PLIN. nat. 15, 31 *picis.* PRVD. perist. 5, 220 carbonum strues

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vivum vaporat -um. *huc pertinet*: PLIN. nat. 34, 167 plumbi fornacium -s noxius. MART. CAP. 7, 802 nostris super -s aris. **2** *de emissione odoris*: COLVM. 12, 44, 8 huiusmodi -us celeriter acina corrumpunt (*cf. ibid.* odor malorum). PLIN. nat. 12, 86 universitatis *odorum* -um e tota paeninsula *Arabia* existere. 14, 141 ex ore -s cadi. 19, 111 taedium *alio* ... -u, ut cepis. 23, 12 vinaceorum. PANEG. 7 (6), 22, 1 *aquarum calentium* nulla tristitia est saporis aut -us, sed ... haustu et odore sinceritas. CYPR. GALL. exod. 1123 *turis*. PRVD. psych. 328 -s inlex inspirat tenerum ... venenum (*cf. ibid.* odor). **3** *de emanatione caloris et luminis*: COLVM. 2, 5, 2 solis (4, 22, 5). 9, 13, 4 vivido -u caloris. VEG. mulom. 4, 1, 2 flammarum. MART. CAP. 2, 219 culmina Aurora primo convenustans -u (*Böttger*; hab- *codd.*). **4** *tropice de morbis*: SEN. dial. 6, 26, 6 *fatum* ex infimo pestilentiae -us mittet. COLVM. 7, 5, 4 morbi.

B ***animantium*:** **1** *hominum* (*dei l. 20. 26*): **a** *generatim*: SEN. nat. 4^{b}, 3, 3 in speculis ..., quae umorem -u colligunt. PLIN. nat. 7, 25 Astomorum gentem ... -u tantum viventem et odore, quem naribus trahant (*cf.* HIER. in Is. 2, 20 p. 44 V. AVG. civ. 16, 8 p. 135, 15 D.). 33, 127 in -u hominis si sudet *argentum*. AMPEL. 8, 5 si quis *pallam* -u afflaverit. TERT. adv. Marc. 4, 17 p. 474, 20 cum *deus me* de suo -u (*R*, hab- *codd.*) movit (*de creatione animae; cf.* VINC. VICTOR Aug. anim. 3, 3, 3 p. 362, 19 cum de se ipso -um vel flatum facit. *al.*). ARNOB. nat. 7, 28 p. 261, 23 quicquid ... spirat et reciprocos -us ... ducit (*cf.* AVG. gen. ad litt. 7, 3 p. 202, 19). NON. p. 233, 2 anima ... -s oris. VVLG. Iob 19, 17 -um meum exhorruit uxor meus (*cf. interpretationem spiritalem* GREG. M. moral. 14, 52). 41, 12 -s eius (*sc. dei*) prunas ardere facit. VINC. VICTOR Aug. anim. 3, 5, 7 p. 366, 2 membra ... redanimata per -um prophetae. GREG. TVR. Franc. 4, 4 spiraculum ..., unde -um resumere possit. *de anima, aura vitali*: VVLG. Iob 27, 3 donec superest -s in me et spiritus dei in naribus meis. PRVD. cath. 3, 91 quod calet -s interior. 9, 48 iecur ... intrat -s (*cf. ibid.* reddito spiramine). 10, 11 petit -s aëra (*cf. l. 38*) fervens, humus excipit ... corpus. perist. 14, 59 iuveni -um vitae innovatum. VEREC. in cant. 3, 15 inter pulmones, ubi vitalis -s ... est. *de spiritu extremo morientium* (*cf. infra l. 56*): VERG. Aen. 4, 684 extremus si quis super -s errat (*cf.* HIER. vita Pauli 16 extremum -um fundam [GILD. Brit. 73 chron. III p. 67, 25 IORD. Rom. 383]). SEN. Tro. 379 profugo spiritus -u ... cessit in aëra. SIL. 6, 40 supremus ... cessit in auras -s (AMBR. exc. Sat. 1, 19 *syn.* extremum spiritum). VVLG. III reg. 17, 17 ut non remaneret in eo -s. PRVD. cath. 12, 124 singultat unda et -s *infantium immersorum*. perist. 7, 86 orantem simul -s et vox deserit. CORIPP. Ioh. 7, 363 -s in summo tenuis quibus ore remansit. *de anhelitu aegrotantium, languentium, suspirantium*: PERS. 3, 89 aegris faucibus exsuperat gravis -s. VVLG. Dan. 10, 17 -s meus intercluditur. CLAVD. 1, 118 creber ... recurrit -s. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 363^{A} -um, quem maeror extrudit, etiam gemitum vocamus. *nota*: IVV. 10, 238 tantum artificis valet -s oris (*sc. fellantis cf.* SCHOL. artificem ad inquietandum senis inguinem). *tropice*: TERT. anim. 51 p. 383, 14 ad primum -um (hab- *B*, aditum *Ursin.*) orationis. PRVD. c. Symm. 1 praef. 77 inritos oris rhetorici depulit -us. **b** *magis respicitur odor*: COLVM. 11, 3, 22 mandentium -us inodorare. PLIN. nat. 12, 16 commendandi -us gratia. 20, 186 oris -um (21, 142 *al.*). 23, 93 -us suavitatem. 28, 56 colluere ora propter -us. *al.* *cunni*: AVSON. 359, 13 (*est vs. p. 2516, 63 allatus in iocum detortus*).

2 *bestiarum* (*de moribundis vel aegrotantibus v. l. 58. 65; de odore v. l. 62*): CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 22), 36 Nemeaeus leo ... efflavit ... extremum -um. OV. met. 3, 75 quique -s exit ore niger Stygio *draconis* (*cf.* SIL. 6, 245 RVFIN. hist. mon. 8 p. 421^{C} OROS. hist. 4, 8, 11). PAVL. FEST. Gloss.^{L} IV p. 222^{b} (101 M.) ab equi -u, qui est supra modum acutus. SEN. Med. 466 igneos tauri -us. PLIN. nat. 8, 46 gravem odorem *leonum* nec minus -um (*cf.* 11, 277). VAL. FL. 4, 494 fragrat acerbus odor *Harpyiarum* patriique exspirat Averni -s. MART. 12, 28 (29), 5 cervinus ... sorbet sic -s anguem. CHIRON 143 -s (*Veg. mulom. 1, 35, 1* anhelitus) *iumenti febricitantis* fervens erit et olidus.

C ***de quolibet spiramine*:** LVCR. 6, 478 fluviis (*cf. p. 2516, 76*) ex omnibus et ... surgere de terra (*cf. p. 2516, 67*) nebulas aestumque videmus, quae velut -s hinc ita sursum expressa feruntur. MART. 10, 42, 2 lanugo tibi tam mollis, ut illam -s et soles et levis aura terat. SOL. 5, 23 nullo inflagrante -u ... fit accendium. AVG. epist. 92, 5 -s erit *deus*, ut sentiri possit eius olfactu.

syn. ad A 1: afflatus (*v. p. 2516, 78*). aura (*v. p. 2516, 60*). evaporatio (*v. p. 2516, 71*). exhalatio (*v. p. 2516, 69*). flatus (*v. p. 2516, 57*). spiramen (*v. p. 2516, 70*). spiritus (SEN. nat. 2, 10, 3). vapor (SEN. nat. 2, 12, 4). ventus (*v. p. 2516, 56*). *ad A 2*: odor (*v. l. 4. 8. 10*). *ad B*: afflatus (SIL. 6, 240). anima (*v. l. 24*). flatus (*v. l. 22*). spiramen (*v. l. 32*). spiritus (*v. l. 30. 39*).

cf. halatio. halatus. anhelitus.

magas mulieres, quas patrio sermone ... **haliurunnas** (haliar- *emend. sec. got.* *haljarûna; *cf. q. adn. Müllenhoff in Mommseni ed. p. 150. cf. etiam Feist, Et. Wb. d. got. Spr.*^{3} *s. v.*) cognominat *populus* IORD. Get. 121.

(h)allēc *et* **(h)allēx**, -ēcis *c.* [*orig. inc.; improbabiliter Keller, Lat. Volksetym. p. 79. cf. Walde-Hofmann s.* allec. *J. B. H.*] *de originatione cf. p. 2518, 70.* *de scriptura: aspiratio perhibetur codd.* PLAVTI, CATONIS, PLIN. nat. 32, 127. 128 (al- *dett.*), MART. 3, 77, 5 (*parte codd.*), NONI *et titulis infra l. 61 allatis; alias non aspiratur (de* CIL IV 5608 *v. quae Mau ad l. notat). scribitur* (h)ale-: CIL IV 5719 *et in parte codd.* PLIN. nat. 9, 66. 32, 128. 1, 31, 44; *alias semper* -ll- (*in titulis* [*cf. l. 63*] CIL IV 5717. 5718). *notatur* hal, ha *v. l. 64.* *de declinatione: nom. (acc.) in* -ēc (*longam testantur* SERV. gramm. IV 452, 5 MART. CAP. 3, 279 PRISC. gramm. II 325, 20 FIN. METR. gramm. VI 234, 4) *probant* (*cf. l. 18*): PROB. app. gramm. IV 199, 12 -c non -x. MAR. VICTORIN. gramm. VI 196, 17 (*inde* AVDAX gramm. VII 327, 13. *cf.* DON. gramm. IV 379, 21 POMP. gramm. V 199, 9). CLEDON. gramm. V 48, 26 -c debemus dicere non allece. COMMENT. in Don. gramm. VI 326, 26. *traditur* (*cf. l. 21. 24*): PLAVT. Aul. frg. 5 HOR. sat. 2, 4, 73. 2, 8, 9 ISID. orig. 12, 6, 39 GLOSS. *nom. in* -x *legitur in titulis* CIL IV 5717. 5718 INSCR. NotScav. 1933 p. 316; *praeterea* (*cf. l. 20. 24*): PLAVT. Poen. 1310 (*v. infra l. 66*). PLIN. nat. 31, 95 (*bis*). 32, 127. 128 (-c *B*^{2}). GLOSS. *de genere: neutrum testantur*: NON. p. 120, 4 PRISC. gramm. II 212, 9. 324, 4. III 446, 13 hoc -c, huius -is (genus est piscis). *inter neutra semper singularia afferunt*: CHAR. gramm. I 32, 8 (p. 33, 13 B.) hoc -x ὁ ἄλληξ ἰχθὺς ταριχευόμενος (EXC. Bob. gramm. I 548, 12). DIOM. gramm. I 327, 24 -c. AVG. gramm. V 501, 20 -c. GLOSS. II 225, 27 ἄλιξ hoc -x singulariter tantum declinabitur. *fem.*: PRISC. gramm. II 212, 9 inveniuntur ... quidam veterum etiam haec -x (*RH*, -c *cett.*) feminino genere protulisse, quod Caper ostendit de dubiis generibus, Verrium Flaccum posuisse '-em hanc' dicens (*inde* GRAMM. suppl. 120, 14). *apud scriptores est neutr.*: PLAVT. Aul. frg. 5 (*v. infra l. 46*). HOR. sat. 2, 4, 73 (*ubi v.* PORPH.). CIL IV 5719 (*v. infra l. 62*). *fem.* (*cf. acc.* -em CATO agr. 58 CHIRON 689): CIL IV 5717. 5718 INSCR. NotScav. 1933 p. 316 PLIN. nat. 31, 96. 32, 128 MART. 11, 27, 6. *masc.*: APIC. 7, 288. *de notionibus*: GLOSS. -c, -x ὀψάριον τὸ τεταριχευμένον. ἡ ἅλιξ. allix ἀλλίκιν (*cf. s. v.* allicium). a liquore salsamentorum. genus piscium, quod maxime Salerno abundat. alecis nomen piscis. [*it.* alece. *M.-L.*] [*dub.*: CIL IV 5608 *v. l. 3.* IV 5728 hal *in amphorae fragmento, scriptum infra* cicer (*fort.* hal(lecatum), *cf.* APIC. 5, 211 faseolus sive cicer ... liquamine ... pro salso inferuntur). VEG. mulom. 2, 49, 3 alutam (*Lommatzsch coll. Pelagon. 230*; -em *A*) impone articulis.]

i. q. faex gari et (latiore sensu) genus quoddam muriae (*cf. A. Marx, RE I 1584; Blümner, D. röm. Privatalt. p. 186. 188; Daremberg-Saglio s. v.* garum): *describitur*: PLIN. nat. 31, 95 vitium huius (*sc. gari*) est -x atque imperfecta nec colata faex (*cf. Geopon. 20, 46, 2* τὸ δὲ λοιπὸν πάτημα γίνεται ἅλιξ). coepit tamen et privatim ex inutili pisciculo minimoque confici ... transiit deinde in luxuriam creveruntque genera ad infinitum. sic -x pervenit ad ostreas, ... mullorum iocinera (*cf.* 9, 66) *eqs.* *in usu: comeditur*: PLAVT. Aul. frg. 5 qui mi holera cruda ponunt, -c ⟨ad⟩duint. Persa 107 pernam quidem ius est adponi frigidam postridie. :: ita fieri iussi. :: ecquid -is (-gis *codd.*)? CATO agr. 58 ubi oleae comesae erunt, -em et acetum dato. HOR. sat. 2, 4, 73 faecem primus et -c ... invenior ... circumposuisse catillis. 2, 8, 9 acria circum *aprum* ..., qualia lassum pervellunt stomachum, siser, -c, faecula Coa. MART. 3, 77, 5 capparin et putri cepas -e natantes ... voras. 11, 27, 6 cui (*sc. amicae*) portat ... ancilla ... -em, sed quam protinus illa voret. APIC. 7, 262 manducatur *sumen fartum* cum -e, senapi. 7, 288 piper, ligusticum, ... -em colatum melle et vino temperas. 9, 431 *sarda* condītur ex oleo, caroeno, -e (-ego *EV*). *adhibetur in medicina*: PLIN. nat. 31, 96 -e scabies pecoris sanatur infusa per cutem incisam *eqs.* 32, 127 -x purgat ulcera. 32, 128 verrucas tollit ... -x defervefacta. CHIRON 689 sardinas maturas vel allicem et ex axungia ... in se commisces. *inventi sunt tituli amphorarum Pompeis et Romae*: CIL IV 5717 -x optuma (5718. INSCR. NotScav. 1933 p. 316 -x optima cotia⟨n⟩a*?*). 5719 hale⟨c⟩ (*an* -⟨x⟩*? item* l *geminata*: INSCR. NotScav. 1933 p. 288) optim(u)m. 5720 hal. Herclan. XV 4730 hal. coc(tiva) [*an* soc(iorum*?*)]. 4731 ha. s(combri*?*).

per iocum de homine (*tamquam convicium*): PLAVT. Poen. 1310 tune hic amator audes esse, -x (fallax[*?*] *A*, hallux *Loewe, Prodr. 273*) viri aut contrectare quod mares homines amant? (*fort. eadem translatio inest atque in v. q. e.* faex *v. vol. VI 1, 171, 11 sqq. cf. etiam J. B. Hofmann, Umgangsspr. p. 88*). *est etiam genus piscium* (*cf. l. 18. 20. 32*): ISID. orig. 12, 6, 39 -c pisciculus ad liquorem salsamentorum idoneus, unde et nuncupatur.

deriv.: (h)allecatus. (h)allecula. allicium (*cf. l. 31*).

ius in elixam **(h)allēcātum** (*Hummelberg*, alligatum *codd.*) APIC. 7, 288. *inc.*: *v. l. 35.* *ab* (h)allex.

(h)al(l)ēcula, -ae *f.* [*ab* (h)allex, *deminutive. Th.*] *semper scribitur* (h)ale-. *i. q. nomen piscis* (*cf.* hallec *supra l. 70*): COLVM. 6, 8, 2 *fauces* alio tunso et -a linire (*an de ipsa hallece?*). 8, 15, 6 datur cammarus et rivalis -a. 8, 17, 12 praeberi convenit ... -as. 8, 17, 14 -a modo capta ... maiorem *piscem* alit.

hallelūia *v.* all- (*de aspiratione falsa v. E. Nestle, Phil. 68, 1909, 466 sq.*).

hallucinātio, hallucinor *v.* aluc-. *cf. p. 2520, 32.*

hallus, hallux [*orig. inc., v. J. Schmidt, Pluralbild. 183; ad formas q. s.* allux, allex *cf.* pollex, index. *J. B. H.*] *v.* allux *vol. I*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1702, 1 sqq., ubi addas: PAVL. FEST. Gloss.L p. 224a (p. 102 M.) hallus pollex pedis scandens super proximum; dictus a saliendo. GLOSS.L Corp. A 427 -x pollex in pede (*etiam* V Abba AL 21; Aa A 786). 494 tahae (*anglosax.*). GLOSS. V 299, 63 -s sextus digitus (*!*). *cf. etiam p. 2518, 66.*

de **(h)almē.** aqua salsa virtute simile salis habit DIOSC. 5, 136 (*gr. 5, 111* ἅλμη). *cf.* ox(y)alme.

halmyrax (-ȳ- *?*), *acc.* -aga, *ἁλμυράξ. *genus nitri*: PLIN. nat. 31, 106 exiguum fit *nitrum* apud Medos canescentibus convallibus, quod vocant -aga (*Sillig*, -rhaga *Rd*, halmir- *cett.*).

(h)almyridion (-ȳ- *?*), -ī *n.*, *ἁλμυρίδιον. PLIN. nat. 19, 142 est etiam sua gratia *brassicis quibusdam* numquam plantae habitum excedentibus; -a (almir- *plerique codd.*, adm- *E*) vocant, quoniam nisi in maritumis non proveniunt.

1. ✕hālo, (-āvī), -āre. [*si* h *additicium est* (*cf.* haurio, humerus), *ab* *an-slo- *'spirans' derivari potest; cf.* animus *et* an-helo. *J. B. H.*] PRISC. gramm. II 570, 5 -o, -as, -vi; *alias perf. non legitur. aspiratione differre a v. q. e.* alo *tertiae coni. docet* EYTYCH. gramm. V 477, 4 (*inde* CASSIOD. gramm. VII 201, 8. *cf. etiam* GLOSS.L III Abol. HA 4); *de scriptura codd. v. p. 2516, 33. de notione*: GLOSS. II 247, 39 -o ἀσθμαίνω. GLOSS.L II Philox. HA 27 (*cf.* AL 5) -at προσπνεῖ, πνεῖ. 31 -ant προσπνέουσιν. III Abstr. HA 5 -at oscitatur vel olet. 7 -antes redolentes. *al.* (*v. Thes. gloss.*). *vox poetarum inde a* LVCR. (*v. l. 45*) *et* VERG. (*v. l. 32*) *propria in sermone pedestri non legitur nisi l. 42. 43. 46.* NOT. Tir. 102, 17 alat (*inter* scintilla *et* alitus). [*it. mer.* alare. *M.-L.*] [*dub.*: AVG. in psalm. 43, 22in. dormire et -are (*pars codd.* [*i. oscitari? cf. l. 22*], valare *all.*, balare *edd. vett., cf.* 75, 11). *dub. interpret.*: PAVL. FEST. Gloss.L IV p. 223b (101 M.) *v. l. 71.*]

i. q. exspirare, olere: **1** *intransitive*: **a** *strictiore sensu i. q. odorem emittere*: *de locis sim.* (*semper c. abl. cf.* ARVS. gramm. VII 477, 12): VERG. georg. 4, 109 croceis -antes floribus horti (*inde* INSCR. christ. Diehl 1062b, 15 -antes divinis f. h.). Aen. 1, 417 ture calent arae sertisque recentibus -ant (SERV. auct.: pro olent). CLAVD. carm. min. 25, 103 iuga floribus -ant (*cf.* MAR. VICTOR aleth. 2, 22). SIDON. carm. 2, 412 -ant rura rosis (*cf. l. 49*). 22, 57 virides violis -are catenas. *de floribus, ipso odore*: STAT. silv. 5, 3, 41 Sicanii non mitius -at aura croci. SER. SAMM. 578 -antis (athl- *B*) anethi. CLAVD. rapt. Pros. 2, 288 Zephyris illic melioribus -ant perpetui flores. PAVL. NOL. carm. 26, 186 angelus -antem qua labitur aëra ducens. CYPR. GALL. gen. 328 *odores hostiae* laetis cum flatibus -ant. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 76, 17 evanescentis fraglantiae suavitas -at. **b** *i. q. spiritum ducere*: TERT. resurr. 4 p. 30, 23 pulmonibus -andum (nat- *trad.*) *est.* PRVD. c. Symm. 2, 215 -antis animae.

2 *transitive* (*cf.* ARVS. gramm. VII 477, 12): LVCR. 2, 848 florem, nectar qui naribus -at (*trop.*: SYMM. epist. 9, 84 [79] litterae tuae -antes Platonicum nectar). 6, 221 notaeque gravis -antis (*nom.*) sulpuris auras. 6, 391 icti flammas ut fulguris -ent. MART. 10, 48, 4 nimias prior hora vapores -at. ENNOD. carm. 1, 9, 155 -ant rura rosas (*cf. l. 36*). *translate*: CARM. adv. Marc. 1, 29 haec (*sc. scelera, facinora*) cum continuo . . . perfidus (*sc. diabolus*) -at (*i. inspirat, suggerit*). *cf. etiam l. 71.*

deriv.: halito. halatio. halatus. halitus. *comp.*: ad-, ex-, in-, redhalo. *cf.* anhelo.

2. hālo, -ōnis *m.* [*cf.* halare *? J. B. H.*] PAVL. FEST. Gloss.L IV p. 189b (75 M.) elucum significat . . . nugarum amatorem sive -em (heluonem *? Lindsay ad l., vix recte*), id est hesterno vino languentem (*conferenda vel* fetere [*v. p. 1008, 23 sq.*], fragrare [*p. 1238, 18*] *vel* oscitari [CIC. Quint. inst. 8, 3, 66. *cf.* PERS. 3, 59] *monuit Heraeus per litt.*), quod ξωλον vocitant Graeci.

halophanta (halapanta), -ae *m.* *a Plauto ioci causa fictum (quasi sit* *ἁλοφάντης*) oppositumque v. q. e.* sycophanta *illata allusione ad v. q. e.* (h)alapari *putant Leo ad Plaut. Curc. 463, J. B. Hofmann, Glotta 15, 1927, 49. ad v. q. e.* (h)alapari *pertinere quasi participium (cf. l. 81) censet C. Brandis, De aspiratione lat. Bonnae 1881 p. 15 sq. pertinere ad* alapari (*nusquam cum aspiratione traditum*) *omnino negat Heraeus per litteras. scribitur* haloph-: PLAVT. Curc. 463 *codd.* (*Palatini*); halof-: NON. p. 120, 8 *sqq. ter.* halap-: PAVL. FEST. Gloss.L IV p. 223b (101 M.). *de mensura primae syllabae nihil certi statui potest. de notione*: PAVL. FEST. *l. c.* -a significat omnia mentientem, ab eo, quod halet (*'fere i. q. effutiat' Heraeus. cf.* halitus *p. 2517, 51*; ⟨id est fallit⟩ *ins. Lindsay ad l. ingeniosius fortasse quam rectius; cf. l. 75*) omnia. ἄλην enim Graeci τὴν (τὸν *? Brandis l. c.*) πλάνην ⌊id est fallentem⌋ ⌊⌋ *secl. Linds.*) appellant (*Linds. ad l. induci doctrinam conexionis q. e. inter* F *et* H *litteras et voci q. e.* fallere *Graecum etymon quaeri putat*). NON. p. 120, 8 -am, ut sycophantam (*unde corrupte* GLOSS. V 642, 29 halostatum ut sycofantam), hominum genus nequam, quod ob suenda mendacia (*cf. l. 71; 'an hinc* GLOSS. hato mendax *?' Heraeus*) miserrima mercede conducitur.

PLAVT. Curc. 463 -am (kal- *B*; -em *B ante corr., prob. Brandis, v. supra l. 64*; halophantamne *Guietus; cf. quae adn. Leo ad l.*) an sycophantam magis esse dicam nescio. COM. pall. inc. 20 -am mendacem velit.

halōs, *acc.* -ō, ἅλως. *i. q.* **area** (*sc. solis*): SEN. nat. 1, 2, 1 memoriae proditum est . . . circa solem visum coloris varii circulum . . . hunc Graeci -o vocant, nos dicere coronam aptissime possumus (*cf. 1, 2, 2* areae). *cf.* alysis.

(h)alosac(h)nē, (-ēs) *f.*, ἁλὸς ἄχνη, ἁλοσάχνη. DIOSC. 5, 135 -e (*be*, alosanctus *P*) flos est salis spumosa *eqs.* (*gr. 5, 110* ἁλὸς ἄχνη). 5, 144 *species quaedam halcyonii* habundat maxime in ponto . . ., qua cives alosagne (*gr. 5, 118* ἁλὸς ἄχνην) dixerunt. GALEN. alfab. 39 alussagne est velut spuma maris *eqs.*

(h)alosanthus (-os), -ī *m.*, ἁλὸς ἄνθος, ἁλόσανθον. PHILAGR. med. 4 p. 120 -os scirromenon splenem impositus . . . sanat. DIOSC. 5, 87 de bino -o. vinu de flos salis conficitur sic *eqs.* 5, 137 alosanctos (*gr. 5, 112* ἄνθος ἁλός) invenitur super petras Nili fluminis et in stagnis ipsius. [5, 135 *v. l. 6.*] GALEN. alfab. 10 -os est veluti pinguamen, quod aqua supernatat. ALEX. TRALL. 1, 127 *in remedio:* aloxanti *p. tot.* ORIBAS. 2, 1 A 14 -us id est sali flos. *cf. Berendes, Diosc. Arzneimittellehre 537.*

halōsis, *acc.* -in *f.*, ἅλωσις. PETRON. 89 tabula, quae Troiae -in ostendit. SVET. Nero 38, 2 incendium . . . prospectans . . . -in Ilii . . . decantavit.

[**halsinē** *v.* helsine.]

(h)altēr, -ēris *m.*, ἁλτήρ. *scribitur ubique sine aspiratione.* MART. 7, 67, 6 gravesque draucis -as facili rotat lacerto *Philaenis.* 14, 49, 1 quid pereunt stulto fortes -e lacerti? exercet melius vinea fossa viros. SCHOL. Iuv. 6, 421 (*ad v. q. e.* massa) -as dicit, quibus utuntur athletae, cum exercentur. SORAN. p. 33, 18 cum -bus manus *nutricis* mittatur (*gr. 2, 24 [93], 4* ἁλτήρων βολή). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 43 quibus totae manus paralysi fuerint vitiatae, . . . -es erunt offerendi. *cf.* 5, 2, 83. [2, 4, 81 *corrupt. videtur.*] *de re cf. Daremberg-Saglio s. v., Jüthner, RE VII 2284, Blümner, D. röm. Privatalt. p. 329, 14.*

halucinātio, halucinātor, halucinor *v.* al-. (*add.*: **alucinātōrius:** BOETH. elench. soph. 1, 10 syllogismus. *ad* **alucinor:** CHAR. gramm. p. 465, 4. 479, 17 B. CLAVD. MAM. anim. 2, 10 p. 140, 19. *de* SCHOL. Bemb. Ter. Eun. 269 nebulonem: **allucem** *non liquet. v. q. adn. Mountford ad l.*) *Rubenbauer.*

[h]alus, -ī *f. v. vol. I 1792, 32 sqq. male aspiratur (cf. Zeuss, Gramm. Celt. I² 46) in codd.* PLIN. nat. 26, 42. 1, 26, 26 MARCELL. med. 31, 29. *cf. ibid.* 10, 68 hal Gallicum. *quae vol. I 1792, 19 sqq. s. v.* alum (alus), *1463, 7 s. v.* al, *1620, 43 sqq. s. v.* alium, *II 14, 53 s. v.* anagallicum, *630, 29 s. v.* arum Gallicum *leguntur, in ordinem redacta correxi et supplevi Philol. 91 (1936). K. Hoppe.*

✕(h)ama, -ae *f. ab* ἅμη. *genus vasis.* ha-: CATO agr. 135, 2 [IVV. 14, 305 *codd. det.*]. PLIN. epist. 10, 33, 2. PAVL. dig. 1, 15, 33 (armis *var. l.*). a- *reliquis locis.* NOT. Tir. 101, 59 amma. GLOSS. ἀμίς. [V 560, 43 *v. s.* zona.] [*francog. sept.* aime. *M.-L.*]

1 *instrumentum rusticum*: CATO agr. 135, 2 -ae, urnae oleariae . . ., alia vasa ahenea Capuae *emenda.* VLP. dig. 33, 7, 12, 18. 21 -as instrumento contineri. ISID. orig. 20, 15, 3 (*inter instrumenta hortorum*). **2** *instrumentum incendiarium*: IVV. 14, 305 dispositis . . . -is vigilare cohortem. PLIN. epist. 10, 33, 2 nulla -a, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. PAVL. dig. 1, 15, 3, 3 *praefectum vigilum debere* coerrare . . . cum -is et dolabris. SCHOL. Iuv. 14, 305 *sparteoli* in tutelam urbis cum -is et cum aqua vigilias curare. **3** *vas offertorium* (GLOSS. Vatic. Reg. 203 [Musée Belge 26, 263], 18 -a et hamula offertorium est): LIB. pontif. p. 48, 5 -as argenteas pens(antes) sing(ulas) lib(ras) denas (53, 28. 57, 23. 62, 11 *al.*). p. 53, 27 -as ex auro purissimo II *eqs.* p. 57, 22 -as aureas (66, 9).

deriv.: hamula, (h)amibibus (*?*).

hamadryas, -adis *f.*, ἁμαδρυάς. *nympharum genus; cf. Stoll, Roscher I 2 p. 1824, Süss, RE VII 2287, Waser, RE V 1743.* am- *trad.*: CATVLL. 61, 23 VERG. ecl. 10, 62 SERV. ecl. 10, 62 Aen. 1, 500. 3, 34 *al. var. l.*: CVLEX 95 PROP. 1, 20, 32. 2, 32, 37. 2, 34, 76 OV. met. 1, 690 *al. de declinatione: nom. s.* -as: STAT. silv. 1, 3, 63. *gen. s.* -adis: AVSON. 345, 7. *nom. pl.* -ades (-es *an* -ēs *?*): CATVLL. 61, 23 VERG. ecl. 10, 62 AVSON. 365, 8 *al. gen. pl.* -adum: CVLEX 95 PROP. 2, 32, 37 PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 14, 16. *dat. pl.* -asin: PROP. 1, 20, 32 (*cf. p. 2521, 14*). *acc. pl.* -adas: PROP. 2, 34, 76 OV. met. 1, 690 (-ades *var. l.*). 14, 624 (-ades *un. cod. man. 2*). fast. 2, 155 PROB. Verg. georg. 1, 11 *bis.* -adēs (*cf. l. 70*): ISID. orig. 8, 11, 97. GLOSS.L I Ansil. AM 10 -es nymphae; ab arboribus dictae.

1 *proprie i. q. nympha arboris, fere i. q.* '*dryas*': **a** *definitiones*: SERV. ecl. 10, 62 '-es' nymphae, quae cum arboribus et nascuntur et pereunt (*sim.* Aen. 3, 34. 10, 18 *cod. D.* PROB. Verg. ecl. 10, 62 georg. 1, 11 PHILARG. Verg. ecl. 10, 62). Aen. 1, 500 nymphae . . . silvarum dryades, quae cum silvis nascuntur -es, fontium . . . naides (*inde falso*: PHILARG. Verg. ecl. 2, 46 *et* ISID. orig. 8, 11, 97 silvarum dryades, fontium -es. *cf. p. 2521, 13*). PROB. Verg. georg. 1, 11 'dryadas puellas' dicit, quas alii -as vocant, et eas cum quercu nasci et simul interire, sed diuturnas esse, et inde -as dictas (*cf. p. 2521, 7*). **b** *exempla*: CATVLL. 61, 23 floridis . . . myrtus . . . ramulis, quos -es deae (*sc. quae in myrtis habitant*) ludicrum sibi roscido nutriunt humore. VERG. ecl. 10, 62 iam neque -es rursus . . .

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nobis ... placent; ipsae rursus concedite silvae (*cf.* 10, 55 mixtis lustrabo Maenala nymphis). PROP. 2, 32, 37 hoc (*i. Venerem cum Anchise concumbentem*) et -um spectavit turba sororum. 2, 34, 76 *Corydon avena canens* laudatur facilīs inter -as. STAT. silv. 1, 3, 63 vel lubrica nais vel ... tibi (*arbori*; ubi *trad.*) demet -s annos. AVSON. 345, 7 non sine -is fato cadit arborea trabs. 365, 8 nymphae -es, quarum longissima vita est (*cf. p. 2520, 81*).

2 *notione dilatata i. q. nympha*: **a** *generaliter* (*subest notio propria*): OV. met. 1, 690 inter -as ... naias una fuit; nymphae Syringa vocabant. 14, 624 Pomona ..., qua nulla Latinas inter -as coluit sollertius hortos (*inde* PS. LACT. PLAC. fab. OV. 14, 16 P. -adum nympharum). fast. 2, 155 inter -as ... Callisto ... fuit una chori *Dianae*. **b** *speciatim*: *α* -s *i. q. nais* (*cf. p. 2520, 79. l. 16*): PROP. 1, 20, 32 ibat Hylas, ibat -asin (-as hinc *trad.*). *β* -es *i. q. musae* (*?*): CVLEX 95 o pecudes, o Panes et o gratissima Tempe fontis -um, quarum ... cultu aemulus Ascraeo pastor ... poetae securam ... traducit ... vitam (*cf. l. 14 et* VERG. ecl. 7, 21 nymphae; *i. q. musae 'fontis nemorensis' interpretatus est Buecheler, RhM. 45, 1890, 327 = Kl. Schr. III 190*).

syn.: adryas, dryas.

hamarthrītis, -idis *f.*, ἁμαρθρῖτις. *morbus articularis multorum artuum*: CAEL. AVR. chron. 5, 2, 28 Graecis -is recte nuncupatur (*syn.* arthritis. *describitur*).

(h)amartia, -ae *f.*, ἁμαρτία. *i. q. peccatum*: INSCR. christ. Diehl 1558 orat⟨o⟩ dominum ..., ut possit amartias meas in⟨du⟩lgere.

(h)amartigenīa, -ae *f.*, ἁμαρτιγένεια. PRVD. ham. inscr. (-a *trad.*; id est de origine peccatorum *add. pars codd.*).

hāmātilis, -e *ab* hamus *iocose fictum a Plauto, cf. Leumann, Die Adj. auf lis p. 66. 71.* **1** *de eo, quod hamis fit*: PLAVT. Rud. 299 piscatum -em et saxatilem (-mm- *var. l.; sc. more pauperrimorum, qui piscantur hamis e saxis, non retibus in alto. inde* FRONTO p. 224, 18 N. *convivium regium* Plautino piscatu -i). **2** *i. q. 'hamatus'* (*cf. infra l. 50*): TERT. scorp. 1 p. 144, 9 *scorpio* arcuato impetu insurgens -e spiculum in summo ... stringit.

hāmātōrēs piscatores GLOSS. V 601, 32.

hāmātus, -a, -um *ab* hamus. *i. q. 'hami similis' vel 'hamo (-is) instructus'*. *scribitur* am-: LVCR. 2, 394. 405. 445 VICTRIC. 21 *al.* GLOSS.^{L} III Abstr. AM 17 -a: catenata, ab eo, quod sunt hami. I Ansil. HA 68 -um: uncis circumdatum. *al.* (*v. Thes. gloss.*). [*vix recte ci. pro* am-, amm- VITR. 7, 4, 2 *v. s.* mammatus.] [*it.* amato. *M.-L.*]

1 *sensu latiore*: **a** *i. q. hami similis* (*subest notio 'quasi hamis contextus' infra l. 47*): *α de elementis* (*cf. Democr. frg. A 37 Diels ἀγκιστρώδη, Leucipp. frg. A 23 Diels ἀγκιστροειδῶν. cf. p. 2524, 11*): CIC. ac. 2, 121 *Democritus* asperis et lēvibus et -is uncinatisque corporibus concreta haec esse *dicit.* nat. deor. 1, 66. LVCR. 2, 394 *oleum* maioribus est elementis aut magis -is inter se perque plicatis (2, 405. 445. *cf. supra l. 43*). 2, 460. 4, 662 *amara* aspera ... penetrant -aque fauces. LACT. inst. 3, 17, 25 epit. 31, 5 ira 10, 5. 8. *β de aliis rebus*: OV. met. 12, 563 *aquila* -is ... laniaverat unguibus ora (SOL. 40, 21 *chamaeleontis* -i ungues subtili aduncitate. *metaph.* VICTRIC. 21 aes, aurum ... -is Avaritiae unguibus rapiantur. *cf. p. 2524, 14*). QVEROL. p. 23, 9 *in thesauro erant* uncinuli -i (*i.* circulati *add. cod. R. cf. p. 2524, 2*). **b** *i. q. spicula curva vel uncum curvum et acutum habens*: TIB. 3, 9, 10 -is crura notare rubis (*sim. metaph.* OV. met. 2, 799 *Invidia* -is praecordia sentibus implet [*syn.* 789 spinea]. *cf. p. 2524, 16*). OV. met. 5, 80 -o (*ci. Heinsius*; ammoto, admoto *trad.*) Perseus petit ense (*syn.* 4, 727 falcato. *de eodem* LVCAN. 9, 678 -i [limati, lunati *var. ll.*] ... ferri.' *cf. p. 2524, 6*). **c** *i. q. spicula retroversa habens* (*cf. p. 2522, 7. 2523, 82*): PROP. 2, 12, 9 -is manus est armata sagittis (OV. trist. 3, 10, 63). OV. am. 2, 9, 13 *Cupidinis* -a ... tela. met. 5, 384 *Cupido* -a percussit harundine Ditem.

2 *sensu strictiore i. q. hamo (-is), sc. piscatorum, instructus*: **a** *transl.*: PLIN. epist. 9, 30, 2 viscatis -isque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere (*cf. p. 2523, 33*). MART. CAP. 4, 33 -is illis formulis (*cf. p. 2523, 65*). SIDON. epist. 4, 3, 2 (*vergit ad notionem, q. v. supra l. 55*) *opus tuum* propter -a syllogismorum puncta tribulosum. **b** *proprie*: SIDON. epist. 2, 2, 12 *in lacu* tractus funium librentur -i.

(h)amaxa, -ae *f.*, ἅμαξα. am-: *trad.* **1** *currus genus*: CAPITOL. Max. 6, 9 quod *Maximinus* -as manibus traheret, raedam onustam solus moveret. **2** *septentrionum sidus* (*cf.* GELL. 2, 21, 4 quod ἅμαξαν Graeci vocant, nos septentriones vocamus): SCHOL. Germ. Bas. p. 76, 1 quidam septentriones [id est] arcton aut -am dicunt ..., quod ea lingua arctos ⟨sive⟩ -a (amata *trad.*) dicatur.

[(h)amaxītis *f.*, ἁμαξῖτις. *graminis genus incertum, cf. Berendes, Diosc. übers., Stuttg. 1902, p. 381.* PS. APVL. herb. 78, 11 H.-S. herba gramen ... a Graecis dicitur agrostis ..., alii -in, ... Itali gramen, alii assefolium, alii viniola (*cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 29 p. 192, 9*). GLOSS. III 552, 15 amesistis. i. gramen. 552, 49 amasatis. i. gramen.]

hamaxobius *v. Onom.*

[(h)amaxopodes *m. pl.*, ἁμαξόποδες. *tigna, in quibus rotarum axes versantur.* VITR. 10, 14, 1 *supponantur* arbusculae, quae graece -es (an- *trad.*) dicuntur, in quibus versantur rotarum axes. 10, 15, 3 *rotae* in arbusculis, sive -es (-ped- *var. l.*) dicuntur, habuerant versationes.]

(h)amibibus, -i *m. i. q. 'qui amas bibit'* (*Buech.*). GLOSS. II 270, 23 *διάβροχος*: -us, madidus.

hāmiger, -a, -um *ab* hamus *et* gero. *i. q. 'hamatus'* (*cf. p. 2521, 60*): QVEROL. p. 7, 17 amigerum hic tridentem video. *Brandt.*

[in modum **hamina** repugnat COLVM. 3, 18, 2 *SA* (haminum *Sobel, Studia Columell., Göteborg 1928, 81 scriptum fuisse coniecit, ab* hamus *formatum adiective, coll.* 4, 24, 8 supra terranam *SA* [terrenum *Sobel*]. hami *codd. dett. et edd. recte, ut vid., v. p. 2524, 18*). -na(m) *ex* N *vel* NO~ *i.* 'nota' *ortum videri adnotavit Heraeus.*] *D.*

(h)āmio, -ōnis *m. ab* hamus*? piscis genus; is esse videtur qui φύκης, φυκίς, nobis 'Gasterosteus'* (*cf. s.* saxatilis. *aliud piscis genus* amias *vol. I 1889, 73*). ham- *nusquam trad.* ISID. orig. 12, 6, 33 (*falso relatum ad vol. I 1889, 73*) -o saxatilis dextra sinistraque lateribus virgis puniceis perpetuis aliisque discoloribus designatur; dictus -o, quia non capitur nisi amo (*i. hamo, sc. quia in saxis latet*). *inde* GLOSS. III 488, 36 -o saxatilis piscis (509, 76).

hāmiōta, -ae *m. ab* hamus *hybride. is, qui hamo piscatur. vox comica.* PLAVT. Rud. 310 salvete fures maritimi, conchitae atque -ae (*cf. Marx ad l.*). VARRO Men. 55 chortis cocorum atque -arum aucupumque. NON. p. 25, 6 -as, piscatores, ab hamis Varro ... voluit appellari (*seq. locus Varr.*).

(h)ammītēs, -is *m.*, ἀμμίτης, *et* **hammītis,** -is *f.*, ἀμμῖτις. *lapidis genus*: PLIN. nat. 1, 37, 60 -is. 37, 167 -is (-mn- *un. cod.*) ovis piscium similis est, et alia velut e nitro composita, praedura alioqui. ISID. orig. 16, 4, 29 -es (amn-, aman- *trad.*) similis nitro, sed durior, gignitur in Aegypto vel in Arabia.

hammochrȳsos, *m.*, ἀμμόχρυσος. *lapidis genus*: SOL. 37, 13 -os (a- *var. l.*) harenis auro intermixtis nunc brattearum, nunc pulveris habet quadrulas.

hammodytēs *v. s.* amm-. **(h)ammōniacus,** -um *v. Onom.*

(h)ammōnis cornu *v. Onom.*

(h)ammonitrum *v. vol. I 1941, 12.*

hāmo, -āre. *vox aut ficta ex* inhamo *vel* hamatus, *aut derivata ab* hamus, *si recte trad. loco, q. s. loco dubio*: PETRON. 5 v. 1 artis severae si quis -at (*cod. E et marg. L; sc. 'hamo piscatur' transl.?*; amat *rell. contra metrum*; ambit *ci. Tornaesius*; adamat *ci. Barth*) effectus. BEDA gramm. VII 274, 22 -o, -as et nomen hamus cum adspiratione scribenda, sic et inhamo.

hāmotrahōnes (-mō- *Stolz-Leum.*^{5} *p. 248. 252 sed v. Walde*^{3} *s.* hamus) alii piscatores, alii qui unco cadavera trahunt PAVL. FEST. Gloss.^{L} IV p. 224^{b} (102 M.).

(h)amula, -ae *f., dem. ab* (h)ama. ha-: COLVM. 10, 387 (a- *un. cod. rec.*). VVLG. III reg. 7, 40. 45 GLOSS. III 325, 29. a- *ceteris locis.* -mo-: [COLVM. 10, 387 *un. cod. rec.*]. ITIN. Anton. Plac. rec. A 4 p. 161, 5 *var. l.* NOT. Tir. 101, 60 (-mmo-). *de forma vulgari* emola *v. vol. V 2, 518, 3.* GLOSS. *ἀμίς, ἄντλημα, ὑδρία.* GLOSS.^{L} Corp. A 530 -as vasa aenea in modum ollae. NOT. Tir. 101, 60. [*it. prov.* amola. *M.-L.*]

1 *vas domesticum*: COLVM. 10, 387 *cucurbita dabit* habilem lymphis -am Bacchove lagoenam. ITIN. Anton. Plac. rec. A 4 p. 161, 5 -a et canistellum sanctae Mariae. **2** *vas offertorium* (*cf. p. 2520, 55*): VVLG. III reg. 7, 40 *fecit* Hiram lebetes et scutras et -as (מִזְרָקוֹת. *sim.* 7, 45). LIB. pontif. p. 157, 3 ut oblationem et -a ... ministraretur. DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVI b 42 -am oblatoriam. GREG. M. epist. 1, 42 p. 68, 25 -as onichinas.

hāmulus, -ī *m., ab* hamus *deminutive.* a-: CELS. 7, 7, 7 *cod. V.* **1** *sensu strictiore, sc. piscatorum*: PLAVT. Stich. 289 harundinem fert sportulamque et -um (*cod. B*; hamum *rell. cum A contra metrum*) piscarium. APVL. apol. 32 (*ad δ* 369 *γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν*) flexis -is ... famem propulsasse. **2** *sensu latiore: uncus curvus medicorum* (*cf. p. 2524, 7*): CELS. 6, 7, 9^{A} *si aliquid in aurem inciderit,* specillo oriculario protrahendum est aut -o retuso paulum recurvato (7, 31, 3, *ibid.* hamus). 7, 7, 4^{B} medicus -um acutum, paululum mucrone intus recurvato, subicere ... ungui *oculi* debet eumque infigere (7, 31, 3). *ibid.* 7, 7, 5 *encanthis* excipi -o *debet* (7, 7, 7^{C}. 7, 12, 2. 5. 7, 30, 3^{B}. 7, 31, 2). 7, 20, 4. 7, 31, 2 *plagae oras* reducere -is. 7, 31, 3 (*ibid.* hamus).

hāmus, -ī *m.* [*orig. inc. sunt qui conferant gr. χαμός· καμπύλος Hes.; propter sonum et significationem longius absunt gr. χάβον· καμπύλον, στενόν Hes., χάβος 'κημός'. J.B.H.*] *de etymologia*: ISID. orig. 10, 5 amicus ab -o, id est a catena caritatis, unde et -i, quod teneant. *de notione v. Blümner, Privatalt. p. 530; Lafaye, Daremberg-Saglio III 1 p. 8. de elocutione et scriptura*: PRISC. gramm. II 7, 14 longa *vocalis* ... habet aspirationem et acuitur vel gravatur vel circumflectitur ... ut 'hámis, hàmorum, hâmus'. CASSIOD. gramm. VII 207, 16 -us ... cum aspiratione debet scribi. *cf. supra l. 41.* a-: *var. l.*: PLAVT. Rud. 984. 985 CAES. Gall. 7, 73, 9. VERG. Aen. 5, 259 *al. trad.*: OV. hal. 37. 42. 48 CELS. 7, 30, 3 *al.* GLOSS. *ἄγκιστρον. gr. subest ἄγκιστρον, hebr.* חַכָּה. [*it.* amo, *francog.* hain. *M.-L.*] [*loco dubio*: ENN. ann. 618 rex ambas (*edd.; cf.* SACERD. gramm. VI 468, 7 subauditur enim 'manus'. amus *cod.*; ha-

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mos *Fr. Marx, Moloss. u. bakch. Wortformen p. 46*) ultra fossam retinere coëpit.]

A *sensu strictiore: uncus curvus, acutus, spiculo redunco instructus, quo piscabantur*: **1** *proprie*: PLAVT. Rud. 294 hisce -i (*Camerarius*; na- *trad.*) atque haec harundines sunt nobis quaestu. 984 demisi rete atque -um. 985. HOR. epist. 1, 16, 51 *metuit* opertum miluus -um. TIB. 2, 6, 24 tenues -os abdidit *cibus*. OV. epist. 19, 13 piscem ducitis -o. ars 1, 47 qui sustinet -os. 1, 393 arrepto piscis teneatur ab -o. 1, 763 pisces ... capiuntur ab -is (PLIN. nat. 9, 44 *isox* catenato captus -o. VVLG. eccles. 9, 12 -o [מְצוֹדָה *i. reti*]. AVIAN. fab. apol. 20). met. 3, 586 -o decipere *pisces*. 8, 858 (*syn.* aera). 13, 934 aduncos. 15, 101. 476 uncos ...-os. Pont. 2, 7, 9 fallaci (*syn.* unca ... aera). hal. 37. 42. 48 SEN. nat. 3, 17, 1 epist. 89, 22. Herc. f. 156 deceptos instruit -os (FRONTO p. 226, 14 N.). PETRON. 109, 6 -is blandientibus convellebat praedam. PLIN. nat. 9, 145 -o devorato (32, 13). *ibid.* -um egerant. *ibid.* mordet -os. 9, 181 iaculatus -um. 32, 12 -um appetere. *ibid.* esse in esca -um (32, 17). 32, 13 haesit in -o. *ibid.* infixo -o (*sc. pisci.* CORIPP. Ioh. 2, 122 infixos tremulis iactantes piscibus -os). 32, 50 *carnibus* in -um additis. SIL. 5, 581. MART. 4, 30, 12 sacrilegos. PLIN. epist. 9, 7, 4 -um ... iacere (AMBR. hex. 5, 5, 14). SVET. Aug. 83 piscabatur -o. APVL. met. 11, 8 PAVL. sent. 3, 6, 66. ANTH. 415, 55 -is pisces ... captare. IVVENC. 3, 391 AVSON. Mos. 126. 280. 393, 57 p. 245 P. AMBR. Tob. 7, 26 *piscis* -um gluttit. VVLG. Is. 19, 8 mittentes in flumen -um (Matth. 17, 27). SYMPH. 175 inscr. RVFIN. symb. 16 CLAVD. carm. min. 49, 13 SEDVL. carm. pasch. 3, 316. op. pasch. 3, 26 *piscis* voravit tremulas -i decipientis insidias. DRAC. laud. dei 1, 507 inmittat mordaces fluctibus -os. ARATOR act. 1, 74 *Petri manus* gesserat -um. GREG. M. moral. 33, 7, 14 in -o esca ostenditur, aculeus occultatur.

2 *metaphorice*: **a** *generatim*: PLAVT. Curc. 431 meus hic est, -um vorat (Truc. 42 AMBR. Tob. 7, 26). Most. 1070 non ego illi extemplo -um ostendam, sensim mittam lineam. HOR. sat. 2, 5, 25 captes ... testamenta senum neu si vafer unus et alter insidiatorem praeroso fugerit -o (*sim. de donis*: SEN. benef. 4, 20, 3 captator est et -um iacit. PETRON. 140, 15 sacellos pro -is in turbam mitterent. MART. 4, 56, 5 sic avidis fallax indulget piscibus -us. 5, 18, 7 imitantur -os dona. 6, 63, 5 *munera* misit in -o. PLIN. paneg. 43, 5 Caesarum munera illitos cibis -os. HIER. epist. 52, 9, 2 modica in -o esca ponitur, ut matronarum in eo sacculi protrahantur. *cf. infra l. 52 et p. 2521, 65*). HOR. epist. 1, 7, 74 *cliens* occultum visus decurrere piscis ad -um. OV. ars 3, 425 semper tibi pendeat -us (*sim. de arte amandi* rem. 448). PERS. 5, 154 duplici in diversum scinderis -o (*sc. avaritia et luxuria, ut piscis, qui duas escas voravit*). PETRON. 3, 4 eloquentiae magister, nisi tamquam piscator imposuerit -is escam *eqs.* MART. 2, 40, 4 (*de eo, qui legaturum se aliquid simulat; cf. supra l. 33 sqq.*) -us ... in mullum mittitur. SVET. Aug. 25, 4 minima commoda non minimo sectantis discrimine similes aiebat esse aureo -o piscantibus (PS. AVR. VICT. epit. 1, 12). ITALA Ezech. 32, 3 (Rufin. symb. 16) extraham te in -o meo (VVLG. sagena). Iob 40, 20 (Rufin. symb. 16) adduces draconem in -o (VVLG. extrahere ...-o. *ad l.* FIRM. err. 21, 2 -o ducitur). AMBR. hex. 5, 5, 14 -um (*sc. iudicium*) cave (*sim.* 5, 6, 15). 5, 6, 16 *noli* Petri -um timere. Tob. 7, 26 -um cernis et gluttis. -us tuus faenus est creditoris. HYMN. Ambros. II 20, 25 -um sibi mors devoret. II 64, 9. VVLG. Iob 40, 19 in oculis eius ⌊quasi -o⌋ (*add. Hier.*) capiet eum. 40, 20 Hab. 1, 15. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 13, 4 velut -o esca adoperto ... *diabolus* deum intrinsecus invenit adopertum (*sim. de Christo*: symb. 16 filii dei virtus velut -us quidam habitu humanae carnis obtectus *eqs.* GREG. M. moral. 33, 7, 14 *bis.* 33, 9, 17 *sexies.* ISID. sent. 1, 14, 14 *cf. infra l. 72. 76 sq.*). AVG. in euang. Ioh. 42, 1 est sermo dei ... tanquam pisci -us. quaest. hept. 7, 49 p. 491, 1. MACR. Sat. 7, 3, 5 pressius haerent dicta talia quam directae loedoriae, ut -i angulosi quam directi mucrones tenacius infiguntur (*sim.* SIDON. epist. 7, 9, 11 mores pungentibus linguis maledicorum veluti bicipitibus -is inuncabuntur). MART. CAP. 4, 328 formulae (*sc. syllogismi*) ... latentis -i nexu interius tenebantur (*sim. ibid. et* 4, 331). EVSTATH. Bas. hex. 7, 3 cave ... ne te idem qui pisces eventus excipiat, id est -us aut rete vel cophinus (*sc. mors aeterna*). MAX. epist. p. 2, 24 *doctus piscator* non pateris uni tantum gurgiti -um dare.

b *speciatim: c. gen. rei comparatae*: HIL. in Matth. 17, 13 *Petrus* doctrinae -um misit in saeculo. AMBR. fid. 3, 16, 130 -um nefandae fraudis. RVFIN. symb. 16 (*cf. supra l. 56*) *Christus diaboli* carnem suam velut escam tradens, -o eum divinitatis intrinsecus teneret (*ibid. et* PS. AVG. serm. ed. Mai 82, 1). CLAVD. 22, 138 *Luxuries* voluptatum multos innexuit -is. PETR. CHRYS. serm. 28 p. 279[B] -o caelestis verbi. 107 p. 498[B] *Petrus* ad se turbas errorum fluctibus mersas -o sanctitatis invitat. GREG. M. moral. 33, 7, 14 *diabolus* in -o ... incarnationis captus est. ISID. eccl. off. 1, 30, 2 *hostis* velut -o crucis caperetur.

B *sensu latiore de rebus hami piscatorum similibus*: **1** *de re acuta, quae spiculum retroversum habet, vel de ipso spiculo retroverso*: CAES. Gall. 7, 73, 9 taleae ... ferreis -is infixis ... infodiebantur (*cf. Daremberg-Saglio IV 2, 1512 IV*). OV. met. 6, 252 *ferrum e vulnere* simul eductum est, pars est pulmonis in -is (*sim. de sagittarum uncis*: CVRT. 9, 5, 23 PLIN. nat. 16, 159 CLAVD. DON. Aen. 12, 385). **2** *de rebus curvis, plerumque de acutis et ad retinendum aptis*: **a** *uncus curvus ex aere sim. factus*: VERG. Aen. 3, 437 loricam consertam -is auroque trilicem (*sim. de ansulis*: 5, 259. SIL. 5, 140 tortos ... nexilis -os ... squama ... asperat. SERV. Aen. 3, 467 -is ... catenis ⌊vel circulis⌋ [auct.] significat. CLAVD. DON. Aen. 5, 260. GLOSS.[L] I Ansil. HA 69 -is: ansulis, ligaminibus. *cf. p. 2521, 53*). OV. met. 4, 720 *draconis* in armo Inachides ferrum curvo tenus abdidit -o (*cf. p. 2521, 58 et Roscher III 2 p. 2053*). CELS. 6, 6, 9[C] -o summa tunica adprehendatur (*sim. de medicorum unco*: 7, 5, 1[C] -o retuso. 7, 7, 15[E]. 7, 16, 2. 7, 20, 5. 7, 28, 2. 7, 30, 3[B] (*lect. dub.; ibid.* hamulus). 7, 31, 3 (*ibid.* hamulus). *cf. p. 2522, 64*). **b** *variae res curvae*: LVCR. 6, 1087 quasi ut anellis -isque plicata inter se quaedam *corpuscula* possint coplata teneri (*sim. de elementis*: LACT. inst 3, 17, 25. 26. ira 10, 8. *cf. p. 2521, 43*). OV. met. 11, 342 *Apollo* curvos dedit unguibus *Daedalionis* -os accipitris (fast. 6, 134 *strigum* u. -us inest. *cf. p. 2521, 50*). NVX 115 *ego arbor* nec obuncis vindicor -is (*syn.* spina. *sim.* COLVM. 7, 3, 10 rubis, quibus velut -is inuncata *lana* pascentium tergoribus avellitur. *cf. p. 2521, 55*). COLVM. 3, 18, 2 *malleolus recurvus* in modum -i (*v. p. 2522, 11*) repugnat (*syn.* uncus). PLIN. nat. 19, 66 cucumeribus in -os curvatis (PALLAD. 4, 9, 8). APVL. met. 10, 13 *pistor portabat* panes ..., -os (*sc. panes curvos*) ... et plura scitamenta mellita. ANTH. 685, 2 collis sum ...; tertia si pereat littera, sexta manet (*sc.* Haemus, hamus = S).

deriv.: hamatus, hamiger [haminus (*ex coni. parum probabili v. p. 2522, 8*)], hamio (*?*), hamiota, hamo (*?*), hamotrahones, hamulus, inhamo. *Brandt.*

(h)anap(p)us, -ī *m.* *videtur forma genuina pro grammatici cuiusdam fictione q. e.* 'anaphus' (*q. v. vol. II 18, 3 s. v. sic Thomson, Class. Rev. 34, 1920, 32 sq. [cf. Wessner, Gloss. I 331 n. 1] coll. theod.* hnapf, *Napf; francog.* hanap, *it.* (a)nappo). *ad vol. II 18, 3 sqq. adde*: GREG. TVR. Iul. 8 urceum qui anap(us) (anax *codd.*) dicitur, ... deferunt (*v. Quicherat, Add. lex. lat. p. 117 s. v.* hanapus). GLOSS. V 564, 48. *de exemplis saec. VIII sqq. et formis romanicis, germanicis v. F. Kluge, Archivum Romanicum 6, 1922, 233 sq.*

hanēlitus *v.* anhel-.

hānula *v. vol. VI 271, 53 s. v.* fanula.

(h)apalāre, -is *n. ab* (h)apalus (*cf. Salmas. ad Scr. h. Aug. p. 340[D]). v. vol. II 295, 2 sqq. s. v.* [applar] apalare, apalaria, *et cf. q. adn. Heraeus ad Mart. 14, 121. non aspiratur.* GRAMM. suppl. 43, 3 aplare (47, 12. *cf.* 299, 13 amplare sine m scribendum). GLOSS. ap(p)lare: cocla (*i.* coclear), *sim.* **1** *i. q. coclear ad* apala (*sc. ova*) *vel cocleas sumendas*: AVSON. 411, 12 p. 270, 2 P. *v. vol. II 295, 6 sqq. aliter* GLOSS.[L] Corp. A 706 applare: eorscripel (*i. auriscalpium*). **2** *t. t. architecturae* (*quid significetur, incertum*): LIB. pontif. p. 214, 7 posuit ... super sedem ap(p)allaream argenteam, pens. lib. CXX (*fort. de calatho; cf. etiam Lyd.* mens. 1, 29 *Thes. vol. II 205, 76 sqq. s. v.* apalaria. *D.*). [*'aliena sunt* Gloss.[L] II Philox. p. 148 AP 6 Appia: *εἶδος σκεύους, ὡς Παιούβιος (vol. II 295, 4).* p. 149 AP 33 apnades: *θηρ⟨ί⟩κλειον ⟨ὅ⟩ ἐστι γένος ἀργυρώματος (vol. II 241, 51)' Heraeus per litteras.*]

?hapalocopis *v.* hapalopsis.

(h)apalocrocōdes, *ἁπαλοκροκῶδες (i. crocodes lene). genus collyrii*: INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 188 (CIL VII 1319) L. Val(erii) Latini -es ad diathesis.

?hapalopsis, -idis *f.* *si modo recte traditum est, ex gr. ἁπαλός et ὄψον vel ὄψις (cf.* galeopsis) *per iocum confictum videtur. nomen condimenti*: PLAVT. Pseud. 836 terrestris pecudes cicimalindro condio, [aut] -e (*P*; hapalosopide *vel* -cop- *A*; hapalocopide [*ab ἁπαλός et κοπίς*] *Leo, Lindsay*) aut cataractria.

(h)apalus, -a, -um *v.* apalus *vol. II 205, 81 sqq. adde* (*aspirata nusquam*): CELS. 4, 6, 6 utendum ... ovis sorbilibus aut -is [mollibus] (-is mollibus *J*; mollibus *cett., del. Marx*). DAMIG. lapid. auct. 60 ovo -o, id est molle. ORIBAS. syn. 4, 14[inc.] ova -a et sorbiles (*τρομητὰ καὶ ῥοφητά*). *nota locos e graeco versos, ubi* -us *aliis vocabulis coniungitur atque* 'ova': PS. SORAN. quaest. med. 158 quid est -us pulsus? mollis et contrarius duro *eqs.* ALEX. TRALL. 1, 88 collirium ... satis et ipsum appalum (*ἀπαλώτατον*) est. ORIBAS. syn. 4, 14 p. 14[extr.] medii sunt inter -as et duras carnes habentibus (*ἀπαλοσάρκων καὶ σκληροσάρκων*). *deriv.* (*non aspiranda*): (h)apalare *sim.*, (h)apalocrocodes, (h)apalosarcon, thermapala (*sc. ova*). *v. etiam Onom.*

[turdos **hapantamynos** APIC. exc. 29 p. 82, 23 V.-G. (apanto m(o)enos *trad.*). *'intellego ἁπαντάμυνος qui omnia vitia stomachi abarcet (cf. Marcell. med. 20, 26)' Vollmer ad l.* apanc(h)omenos *Heraeus per litteras.*]

⟨in⟩ imbecillioribus ... et **apolosarcōn** (*ἀπαλοσάρκων*) magis ... utimur *his collyriis* ALEX. TRALL. 1, 89. *i. q. teneram carnem habentium.*

haphē, -ēs *f.*, *ἁφή. abl.* -ā *v. l. 81. i. q. pulvis quo palaestritae inspergebantur, ut adversarium melius prehenderent (ad rem v. Jüthner, RE XI 1313 s. v. Κόνις)*: *proprie*: MART. 7, 67, 5 *Philaenis* flavescit -e. PASS. Perp. 10, 7 Aegyptium video in a fa volutantem (*ἐν τῷ κονιορτῷ. cf. Salonius, Passio S. Perp., 1921, p. 17 sq.*). *translate*: SEN. epist. 57, 1 athletarum fatum mihi ... perpetiendum fuit: a ceromate nos -e excepit in crypta Neapolitana. *cf. etiam* Aphe *nom. propr. mul. (vol. II 229, 18 sqq., ubi*

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

add. CIL VI 9141 M. Octavius Primigenius alipilus ... Ancharenae Aphe coniugi).

(h)aplopotis, -idis *f.*, **ἁπλοποτίς* (*θερμο-, ἡδυποτίς sim. confert Heraeus*). *i. q. poculum simplex*: CIL XII 6025 (= XIII 75) Saturninus ... aplopotide(m) cum base ex voto (*sic Bücheler, RhM. 52, 1897, 394 [= Kl. Schr. 3, 247] solvit ligaturam* -ĐE tide(m), *pro qua* -dite(s) [*ἁπλοποδίτης, monopodium*] CIL *l. c.*). GLOSS. III 219, 23 dos aplopotin: da phialam (filiolam *cod., corr. Bücheler l. c.*) *cf.* III 198, 5 -in fiola.

(h)aplozōmos, **ἁπλόζωμος. v. vol. II 256, 6* ('*cf.* leuco-, meli-, oxyzomus APIC., ius simplex HOR. APIC.' *Heracus per litteras*).

happalopsis *v.* hapalopsis. **hapsis** *v.* apsis.

hapsus, -ī *m., ἅψος. scribitur in codd. plerumque* absus, *sine aspiratione et cum conson. media, sed aspirandum sec.* CAPER gramm. VII 110, 6 hapsus lanae vellera, non apsus (*cf.* CASSIOD. *ex Eutyche* gramm. VII 201, 4). GLOSS.^{L} V Aa H 21 -um vellus (-um *codd.*) lanae. *i. q. vellus; coniungitur cum* lana (*vel* purpura): CELS. 4, 13, 3 circumdare ... latus -o lanae sulphuratae. 7, 26, 5 inducendusque -us lanae mollis *eqs.* ORIBAS. syn. 6, 6 -us purpurae siccus ... aut certe infusus in oleo ... sunt ventri superimponendi.

hara, -ae *f.* [*cf. c.* co-hors, hortus. *J. B. H.*] *de aspiratione*: PRISC. gramm. II 53, 22 in 'ara' deorum a paenultima producitur et circumflectitur in nominativo nec habet aspirationem, cum autem significat stabulum porcorum, eadem syllaba paenultima corripitur et acuitur et habet aspirationem (*cf.* CASSIOD. gramm. VII 209, 3 CASSIOD. *ex Eutyche* gramm. VII 201, 20 GRAMM. suppl. 291, 1). *in codd. et* ar- *et* har- *invenitur.* *de quantitate: v. supra l. 22. 24* (*cf.* GRAMM. suppl. 224, 3. 4). *de genere et numero*: CHAR. gramm. p. 33, 6 B. feminina semper singularia ... haec -a (*cf.* EXC. Bob. gramm. I 548, 7. 553, 3 nomina quae apud Romanos feminina, apud Graecos masculina: ... -a *συφεών*). *de origine et notione*: NON. p. 120, 20 -a est porcorum stabulum. Varro Prometheo libero ... (*v. infra l. 79*). Cicero in Pisonem (*cf. infra l. 81*): ex -a producte non schola (*cf.* SCHOL. Hor. epist. 1, 4, 15). DON. Ter. Phorm. 710 haruspex ab hariga eius nominatur; nam hariga hostia dicitur ab -a in qua concluditur ac servatur, -a autem in qua pecora includuntur. GLOSS. -a *συφεός*. PLAC. Gloss.^{L} IV H 12 -a locus est tenebrarum vel porcorum. GLOSS.^{L} Ansil. HA 50 -a (hala *codd., cf. Thes. gloss. s. v.* hara. '*an ad* 2. halo?' *Heraeus*) hircosus olens. *legitur inde a* PLAVTO (*bis*). CATONE (*semel*). [*mediolan.* ara. *M.-L.*] [*ex coniect.*: ENNOD. opusc. 2, 9 p. 290, 8 redeamus ad ... non solum ex -a (*sic Sirm. pro* hala *vel* ala *sim. codd.*) productam sed mefiticam propositionem (*cf. ad locutionem 2, 138 p. 329, 24 sq.* CIC. Pis. 37 [*infra l. 81*]. PLAC. Gloss. [*supra l. 37*], *ad lect. codd.* hala: GLOSS.^{L} Ansil. [*supra l. 38*]).] [*langob.* arla, *sard.* arula. *M.-L.* (*i.* **harula,** *quod ipsum in litteris Latinis s. VII antiquioribus non inveni, nam* GLOSS. chortes ariole *melius* areolae [*q. v. vol. II 505 s. v.*] *quam* harulae *legitur* [*v.* NON. p. 83, 11]. GRAMM. suppl. 70, 29 ara arula *ad* 'ara' *vocem videtur referendum*).]

A *proprie: i. q. saeptum, stabulum, praecipue porcorum, sed etiam anserum*: **1** *i. q. stabulum porcorum* (*plerumque* 'porci' *vocabulo non addito*): **a** *generaliter*: TIB. 1, 10, 26 hostiaque e plena rustica porcus -a (*cf.* PRIAP. 65, 2 Ov. am. 3, 13, 16). Ov. epist. 1, 104 immundae cura (*i. curator*) fidelis -ae. met. 14, 286 claudor -a. **b** *specialiter i. q. cohors ad pariendos alendosque porcos* (*de re v. locum notabiliorem l. 66 sqq. et Orth, RE VII 2364 s. v.; Jullien, Daremberg-Saglio s. v.*): CATO agr. 14, 2 villam aedificandam si locabis ..., faber haec faciat oportet: ... -as X *eqs.* VARRO rust. 2, 4, 13 scrofa in sua quaeque -a (hora *cod.*) suos alat oportet porcos *eqs.* (*cf.* COLVM. 7, 9, 11. 13). 2, 4, 14 -am facere oportet circiter trium pedum altam et latam amplius paulo *eqs.* in -is ostium esse oportet ..., ne porci, ex -a cum mater prodit, transilire possint (*cf.* COLVM. 7, 9, 10). 2, 4, 15 quotienscumque -as subulcus purgat, totiens harenam inicere oportet *eqs.* (*cf.* COLVM. 7, 9, 14). 2, 4, 19 a partu decem diebus proximis non producunt ex -is matrem praeterquam potum. COLVM. 7, 9, 9 nec ut ceteri greges sues universi claudi debent, sed per porticus -ae faciendae sunt, quibus aut a partu aut etiam praegnantes includantur (*inde* PALLAD. 3, 26, 4). 7, 9, 10 observet enitentem claudat⟨que ut⟩ in -a foetum edat.

2 *i. q. cohors excudendis educandisque anseribus facta*: VARRO rust. 3, 10, 3 singulis *anseribus*, ubi pariant, faciendum -as (ar- *cod.*) quadratas circum binos pedes et semipedem *eqs.* (*cf.* COLVM. 8, 13, 3. 8, 14, 1. 5 PALLAD. 1, 30, 2). 3, 10, 4 cum *anser ovum* excudit, quinque diebus primis patiuntur esse cum matre. deinde ... producunt in prata ..., iisque faciunt -as ..., in quas (quae *cod.*) non inducunt plus vicenos pullos *eqs.* (*cf.* 3, 10, 6 COLVM. 8, 14, 8. 9).

B *translate*: **1** *fere i. q. locus impurus vel corruptus*: PLAVT. Asin. 430 erus in -a haud aedibus habitat. VARRO Men. 435 in tenebris ac suili vivunt, nisi non forum -a atque homines qui nunc ⟨sunt⟩ plerique sues sunt existimandi. CIC. Pis. 37 Epicure noster ex -a producte non ex schola (ENNOD. opusc. 2, 9 *v. supra l. 41*). **2** *de homine impuro*: PLAVT. Most. 40 germana inluvies, rusticus, hircus, -a suis (sui *codd.*) *eqs.* (*cf.* GLOSS.^{L} Ansil. HA 50 [*v. supra l. 39*]).

[**haracna** *falsa lectio pro falisc.* haras⟨pex⟩ CIE 8352 (*v. p. 2544, 70*); *cf. Herbig, CIE II 2, 1 Add. p. 113.*]

[**harbacanthus** *v.* herbacanthus.]

[**harcer** *lectio corrupta* Ov. hal. 107 (p(h)ager *Sannazar., edd.*; pagur *Ald.*). *fuitne in archet.* rhager? *Heraeus per litteras.*]

(h)ardalio *v.* ardalio.

(h)ardaliolus *v.* ardaliolus. *cf. etiam q. coni. Niedermann, Contrib. à la critique ... des gloses lat., Neuchâtel 1905, 10 sq.*

[**hardulatio**. *lectio corrupta* VARRO rust. 1, 8, 3 (harundulatio ς, *de editorum coniecturis v. q. adn. Keil ad l.*).] *Brink.*

(h)arēna, -ae, *f.* [*orig. inc. H.*] *formae priscae*: CARM. Sal. frg. inc. (Varro ling. 7, 27) 10 M. asenam. VARRO frg. Vel. gramm. VII 69, 4 a Sabinis fasena (fassana *vel* fasma [*i.* fasina] *trad., sed cf. l. 16*) dicitur (*cf.* herna). VEL. gramm. VII 81, 10 harenam iustius quis dixerit (*sc. quam a-*), quoniam apud antiquos fasena erat. PS. PLAC. Gloss.^{L} IV H 4 hasenam harenam, ut asas, quas nos aras *eqs.* *de origine et de aspiratione* (*cf. l. 14*): VARRO ling. frg. 77 p. 211, 13 G. (Vel. gramm. VII 69, 5) -am cum aspiratione, sive quoniam haereat, sive quod aquam hauriat (*cf.* PROB. Verg. georg. 1, 70 aspirant -am, quia areat, cui etymo h adiunctum est, quod etiam haurit). frg. Serv. Aen. 1, 172 si ab ariditate dicitur, non habet *aspirationem*, si ab haerendo, ut in fabricis videmus, habet (*sim.*: CHAR. gramm. I 103, 21 [p. 131, 24 B.] CASSIOD. in psalm. 138, 17. ISID. orig. 16, 3, 11 *et* 19, 10, 21 ab ariditate dicta, non ab adhaerendo. DIFF. ed. Beck p. 38, 91 a- ab ariditate..., ha- ab arando [*l.* haerendo?]). *praeterea aspirationem probant*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 22, 1 SERV. gramm. IV 444, 28 PS. PHOC. gramm. V 440, 25 CASSIOD. gramm. VII 201, 20. *in titulis*: a-: CIL VI 32094 X 6565. ha-: CIL II 6278 *bis*. III 77. 6618 VI 32089 VIII 11549. 16565 XII 533 CE 218. 2085. *item* PAP. Genav. edd. Nicole et Morel (1900) 5, 3, 1. *codices plerumque dissentiunt, sed ita, ut praevaleat* ha-. *forma vulgaris* (*cf. l. 19 sqq. et p. 2531, 33. 43. 2532, 37*) her-: PRISCILL. tract. 4, 80 *et al. v. Birt, Hiat bei Plaut. p. 138.* *de accentu*: PS. PRISC. de acc. gramm. III 521, 37 haréna. *de numeris* (*cf. Hagendahl, Studia Ammianea p. 77 adn. 1*): CAES. anal. frg. Gell. 19, 8, 8 num tu ... harum rerum natura accidere arbitraris, quod ... neque -am multitudinis appellation econvertere possimus? *inde* FRONTO Gell. 19, 8, 3 '-as' vitiose dici. *sim.* 19, 8, 6. 12. 15 GELL. 19, 8, 10. 18 CHAR. gramm. I 103, 21 (p. 131, 24 B.) cum pluralem non habeat, Vergilius tamen ait *eqs.* *pluralis inde a* VERG., *e. g.*: VERG. *8 pl.* (*31 sg.*) HOR. *1* (*3*) PROP. *3* (*11*) Ov. *30* (*47*) LIV. *1* (*2*) SEN. *15* (*14*) CVRT. *4* (*5*) COLVM. *4* (*6*) MELA *5* (*0*) LVCAN. *45* (*16*) PLIN. nat. *40* (*56*) VAL. FL. *14* (*6*) SIL. *17* (*18*) STAT. *17* (*13*) TAC. *2* (*4*) PLIN. epist. *3* (*2*) VLP. *2* (*12*) AVIEN. *14* (*0*) AVSON. *3* (*4*) VVLG. *1* (*33*). NOT. Tir. 113, 71 -a (arenosum, sabulum, pulvis). GLOSS. *v. infra l. 50. p. 2529, 63. 2530, 40.* *gr. subsunt ἄμμος, ψάμμος, hebr.* חול. *gr. ἀρήνα v. p. 2530, 77.* *certe legitur inde a* PACVV., (*cf. p. 2528, 13*). *deest apud* ENN. PLAVT. TER. [*val.* arină, *it. hisp.* arena *M.-L.*]

I -a *est genus terrae* (GLOSS.^{L} I Ansil. HA 84 -a terra soluta. V Aa H 42 -a terra, proprie sablo. GLOSS. V 545, 37 sabulum -am. *cf. p. 2527, 10*): **A** *proprie*: **1** *de* -ae *natura et generibus*: **a** *generaliter* (*hic illic i. q. terra, humus, e. g. infra l. 61. 79. de* -a *vento sublata v. p. 2527, 14. i. q. harenifodina p. 2527, 23*): VARRO rust. 1, 9, 1 *in terra* et lapis et -a ... sunt in nominando comprensa. 1, 9, 2 *in partibus terrae* lapis ... -a, sabulo ..., pulvis *eqs.* VERG. ecl. 3, 87 *taurum*, pedibus qui spargat -am (georg. 3, 234 Aen. 9, 626. 12, 106 Ov. trist. 4, 9, 28 SEN. dial. 3, 1, 6 *al.*). georg. 1, 105 cumulos (*cf. infra l. 75. 81*) ... ruit male pinguis -ae (COLVM. 2, 2, 25. 2, 10, 18 PALLAD. 10, 7). georg. 1, 114 umorem bibula deducit -a. 2, 232 (*syn.* humus). CIRIS 442 *nec me* iniectā tellus tumulabit -a. Ov. met. 4, 240 tumulum ... super gravis addit -ae (SOL. 2, 38. HIER. in Ezech. 47, 6 p. 591 *θῖνας* ..., quod tumulos significat -arum [*sim. de* חרמים: in Ioel 3, 6 p. 210 in Os. 12, 11 p. 141. *cf. p. 2527, 7*]). met. 7, 361 parva tumulatus -a (Pont. 1, 6, 49). Ib. 47 flaventis. MANIL. 1, 910 sicca. VITR. 1, 2, 8 -ae fossiciae (2, 4, 1. 2, 5, 1 PLIN. nat. 36, 175. 36, 192 fossiles [PALLAD. 1, 10, 2]). 1, 2, 8 fluviatica aut marina lota (2, 5, 1. COLVM. 12, 46, 4 fluvialem [-atilem *var. l.*]. PLIN. nat. 36, 175 fluviatili aut m. PALLAD. 1, 10, 2 m. ... fluviales [1, 10, 3 maris ... f. VEG. mulom. 2, 88, 8 f. vel maritima]. *cf. p. 2527, 27. 39. 65 sqq. 2528, 45 sqq. 51 sqq. 2529, 63*]). 2, 4, 1 *genera* -ae fossiciae sunt haec: nigra, cana, rubra, carbunculus *eqs.* (*sim.* PALLAD. 1, 10, 1. *item* carbunculus: VITR. 2, 6, 6 id genus -ae, quod dicitur c. 8, 1, 2. PLIN. nat. 31, 48 PALLAD. 9, 8, 2). 8, 4, 1 -a aut limus. FEST. Gloss.^{L} IV p. 446^{a} (p. 355 M.) Aelius: ... tumulus e⟨st cumulus (*cf. l. 58. 81*) are⟩nae. COLVM. 1 pr. 24 putres (ANTH. 437, 4). 2, 9, 17 nec in sabulone solum (sabuloso solo *trad.*), sed in -a quoque proveniunt *herbae* (PALLAD. 4, 3. 9, 5, 1. 11, 11, 1). 10, 8 gracilis. 11, 3, 12 solutissimae. 12, 48, 1 (*syn.* terra). PLIN. nat. 10, 60. 69. 12, 107. 17, 26 tenuissima. 33, 67. 114 *al.* 36, 194 alba. SIL. 6, 38. 10, 228 STAT. Theb. 8, 340 cumulos undantis -ae (PRVD. perist. 2, 194 -arum c. psych. 458 *cf. supra l. 58. 75*). silv. 2, 3, 41 vivam ... aggessit -am. MART. 9, 29, 11 molli ... tegaris -a (VEN. FORT. carm. 2, 14, 22 *martyres* vilis -a tegit. CE 2085). TAC. ann. 15, 3. SVET. Nero 48, 3

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

specum egestae -ae. AVR. Fronto p. 16, 12 N. -ae obruant *mortuos* (PS. CYPR. mont. 9 eum in -a. RVFIN. hist. mon. 7 p. 411[A] *et* p. 416[A] sub -a). VLP. dig. 4, 3, 34 -am fodere (7, 1, 12 pr. 8, 3, 1, 2 PAVL. dig. 8, 3, 6, 1 CET. FAV. 8 p. 295). dig. 9, 2, 27, 20 *al.* IVST. 18, 4, 12 onera -ae. PALLAD. 1, 5, 1 squalentes. 3, 24, 5. 3, 25, 13. 4, 9, 6. 9, 10 *aqua decocta* si -am vel limum non relinquat. VVLG. Ier. 9, 11 dabo Ierusalem in ⌊acervos -ae⌋ (גַּלִּים *cf. p. 2526, 63*). RVFIN. hist. mon. 8 p. 422[A] -ae moles. PRVD. c. Symm. 2, 1044 (*in imagine*) glarea ne tenuis ieiunis siccet -is. CLAVD. 3, 371. 15, 398. AVG. serm. 9, 11, 17 quam minutissima sunt grana -ae (362, 17, 20 *lapillos divide* in grana, veluti sunt -ae, rursusque ipsa -ae grana divide in minutissimam pulverem *eqs.*). RVRIC. epist. 1, 3 p. 356, 12 *aurum* -is vilibus mixtum. VEN. FORT. 6, 5, 19 nova mersit -a (*sc. peregrina humus obruit eam*).
de -a *vento sublata*: SALL. Iug. 79, 6 *ventus* -am humo excitavit. VERG. georg. 3, 110 fulvae nimbus -ae (SIL. 10, 228). OV. Ib. 314 acta noto (SEN. Ag. 480 MELA 1, 39). CVRT. 7, 4, 29 viatores -a obruit. PLIN. nat. 4, 5 ventorum flatu congeriem -ae attumulantium. 37, 65. VAL. FL. 1, 613 multa flavus caput Eurus -a (*sim.* SIL. 9, 514. *cf. p. 2533, 12*). SIL. 5, 536 sublatis (*syn.* pulveris). 10, 204 *ventus* candentes torquet -as (*syn.* pulvere). FRONTIN. strat. 2, 2, 7 -arum et pulveris vertices. IVST. 1, 9, 3 *exercitus* -arum molibus oppressus. CORIPP. Ioh. 7, 447 *ventus* teneras flatu convolvit -as. *i. q. harenifodina*: VLP. dig. 7, 1, 9, 2 si lapidicinas ... vel cretifodinas habeat vel -as. 24, 3, 7, 14. *tropice*: PETR. CHRYS. serm. 142 p. 579[B] subtilis nostri corporis -a (*cf. antea*; de carnis nostrae limo).

b *de generibus specialibus* (*cf. p. 2528, 37*): *α de* -a, *quae in fundo maris est*: CIC. nat. deor. 2, 125 *ranae marinae* obruere sese -a solere. LVCR. 6, 724 congestus -ae ... oppilare *Nili* ostia contra. 6, 726. VERG. georg. 3, 241 *unda* nigram ... alte subiectat -am (Aen. 9, 711). Aen. 1, 107 furit aestus -is. 1, 112 *eurus naves* aggere cingit -ae (POMER. 1, 16 p. 432[A] *ecclesiae navis* aggere -ae gravantis cingitur). 6, 297. DIRAE 51 *Neptunus* spissā campos perfundat -a (LVCAN. 2, 694). OV. met. 11, 231. 11, 499 fulvas. trist. 1, 4, 6. hal. 24. 118 herbosa. MANIL. 1, 160 vagis permixtus limus -is. 5, 435 MELA 1, 53 LVCAN. 2, 664 *al.* PLIN. nat. 18, 361 *al.* VAL. FL. 1, 601 SIL. 17, 271 STAT. Theb. 2, 46 *al.* AMBR. hex. 5, 10, 30 ut de profundo -a vertatur. EVSTATH. Bas. hex. 7, 4 p. 941[C] -a inferior (*τὴν βυθίαν ψάμμον*). ISID. orig. 19, 10, 7 arenacius lapis concretus maris -is. 19, 10, 8. *β de fluviorum* -a (*cf. p. 2526, 67*): VERG. georg. 3, 350 torquens flaventes Hister -as. 4, 293 *Nilus* Aegyptum nigra fecundat -a. Aen. 7, 31 Tiberinus ... multa flavus -a (CLAVD. DON. -as splendidas trahebat). OV. met. 2, 456 attritas versabat rivus -as. 11, 80 *Pactolus* caris ... invidiosus -is. 14, 448 flava. 15, 279 Sicanias volvens Amenanus -as (SIL. 1, 235 lucentīs). 15, 714. MANIL. 5, 527 *ille* fulvas avidus numerabit -as. CELS. 2, 18, 9 (*opp.* saxa, limo). SEN. dial. 6, 18, 6 CVRT. 5, 1, 30 PLIN. nat. 2, 236. 4, 115 Tagus auriferis -is (SIL. 16, 560. *cf.* Mart. CAP. 6, 628 auratis. BOETH. cons. 3 carm. 10, 7 aureis). nat. 5, 75 vitri fertiles. 35, 167 e Nilo -a tenuissima. 36, 160. 36, 194 alba. SIL. 1, 159 STAT. Theb. 9, 251. 9, 482. IVV. 3, 55. 14, 299 quod Tagus et rutila volvit Pactolus -a (CLAD. 1, 54). AVSON. Mos. 63. 85 herbosas. PRVD. ham. 356 liventes ... -as. CLAVD. 3, 101. VEN. FORT. carm. 6, 5, 234 lēvis. *adde* (*cf. infra l. 55 sqq.*): SEN. Thy. 1019 Phlegethon -as igneus totas agens. SIL. 13, 572 *Acheron* gelidam eructans ... -am (STAT. Theb. 4, 522 liventis ... eiectat -as).
γ -a *ex Aetna monte eiecta*: LVCR. 6, 700 -ae tollere nimbos (AETNA 199 exustae). OV. met. 5, 352 -as eiectat *Typhoeus*. AETNA 207 putris (425). 360 atra. 469 atra ... examina -ae. SEN. nat. 2, 30, 1 urentis. PLIN. nat. 2, 234 VAL. FL. 4, 686 IVST. 4, 1, 6. CLAVD. carm. min. 26, 39 nigrae ... -ae flumen hiatus agit. rapt. Pros. 3, 385.

2 *de -ae proprietatibus proverbialiter*: **a** *de innumerabilitate*: CATVLL. 7, 3 quam magnus numerus Libyssae -ae (PACIAN. epist. 3, 27 p. 97, 13 AVIEN. orb. terr. 816 AMM. 14, 11, 34 *al.*). VERG. georg. 2, 101 discere quam multae zephyro turbentur -ae. HOR. carm. 1, 28, 1 numero ... carentis -ae. OV. ars 1, 254. met. 11, 615 quot ... gerit ... eiectas litus -as (trist. 4, 1, 55. 5, 1, 31). MANIL. 5, 730. SEN. Med. 403 numerus ... -is derit (LVCAN. 5, 182). CALP. ecl. 2, 73 tenues citius numerabit -as (SIL. 14, 350 VVLG. gen. 32, 12 *al.*). TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 420, 18 in multitudinem -ae repromittitur (AVG. civ. 16, 21 p. 158, 15 D. VEREC. in or. Man. 1, 14). CYPR. GALL. gen. 468. 513 exod. 1083. ITALA gen. 13, 16 (Clem. ad Cor. 10) faciam semen tuum sicut -am maris (VVLG. pulverem. ITALA gen. 28, 14 [Lugd.]. Ios. 11, 4 *al.* VVLG. gen. 32, 12 *al.*). gen. 13, 16 (Aug. civ. 16, 21 p. 157, 12 D.) tamquam -am terrae (VVLG. Rom. 9, 27 *al.*). ITALA gen. 13, 16 (Aug. civ. 16, 21 p. 157, 13 D.) dinumerare -am terrae (VVLG. pulverem. VVLG. Sirach 1, 2). HIER. in Hab. 1, 1 p. 595 ut per *ὑπερβολὴν* etiam -ae possit aequari (*sim.*: in Is. 29, 1 p. 389 VVLG. gen. 41, 49 *al. aliter*: DRAC. laud. dei 2, 655 omnis -a maris *eqs.* ... aequantur numero *germinis*). VVLG. gen. 22, 17 velut -am. II reg. 17, 11 quasi -a maris innumerabilis (Is. 10, 22 *al.*). psalm. 138, 18 super -am multiplicabuntur (Ier. 15, 8). apoc. 20, 7 numerus ... sicut -a maris (*ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης*). *al.* *inde etiam de immensitate*: VVLG. III reg. 4, 29 *dedit deus Salomoni* latitudinem cordis quasi -am *eqs.* Iob 6, 3 quasi -a maris (*sc. immensum quantum*) haec *calamitas* gravior appareret, *quam eqs.* Ier. 33, 22. **b** *de vilitate*: OV. am. 2, 19, 45 vacuo furari litore -as. VVLG. sap. 7, 9 aurum in comparatione illius (*sapientiae*) -a est exigua. **c** *de parvitate*: COLVM. 10 pr. 4 quod aiunt Graeci, ut ex incomprehensibili parvitate -ae funis effici non possit (IREN. 1, 8, 1 de -a resticulas nectere). VVLG. Sirach 18, 8 sicut calculus -ae, sic exigui anni in die aevi. **d** *de gravitate* (*cf. infra l. 70*): VVLG. prov. 27, 3 grave est saxum et onerosa -a, sed ira stulti utroque gravior. Sirach 22, 18 -am (*gr. 22, 11 ἄμμον*) ... facilius est ferre, quam hominem imprudentem. RVFIN. Orig. in gen. 9, 2 p. 90, 13 quorum stultitia gravior est -a maris. *adde de opere superfluo* (*cf. p. 2529, 30 sq.*): OV. trist. 5, 6, 43 in litus -as ..., in mare fundat aquas.

3 *de usu* (*de sepeliendo in -a v. p. 2526, 61 sqq. 2529, 7. 69 sqq.*): **a** *humi sternitur*: PACVV. trag. 99 penitus strata -ā ... specus (PALLAD. 4, 11, 8 stabula ... strata ... -is). VARRO rust. 2, 4, 15 *in haras* -am inicere oportet. PLIN. nat. 11, 270 orchestris ... -a superiacta devoratur *vox*. LAMPR. Heliog. 31, 8 *scobe auri iter stravit*, ut fit hodie de aurosa -a. *spec. in foro, amphitheatro* (*cf. p. 2530, 39*): PROP. 4, 8, 76 sternet -a forum (OV. am. 2, 14, 8 [*metaph.*] sternetur pugnae tristis -a tuae. fast. 3, 813 trist. 2, 282). OV. ars 1, 164 sparsa ... tristis -a foro (PETRON. 34, 4). **b** *in aedificando*: CATO agr. 14, 3 lapidem, calcem, -am, aquam *eqs.* 15 calcis ... modium unum, -ae modios duos (*similia praecepta*: VITR. 2, 5, 1. 8, 6, 14 PLIN. nat. 16, 173 PALLAD. 1, 10, 3). CIC. Mil. 74 VITR. 1, 5, 8 bitumine pro calce et -a (2, 8, 2 *al.* VELL. 2, 22, 4 c. -aque. COLVM. 1, 6, 13 PLIN. nat. 1, 36, 54 VLP. dig. 47, 3, 1, 1. PALLAD. 1, 9, 5 -a cum -c. 1, 10, 1 *al.*). 2, 4, 1. 2, 5, 2. 2, 8, 2. 5, 12, 4 proclinatio ea impleatur -a (*sim. de fulciendo* PLIN. nat. 36, 96). 8, 6, 14 purissima asperrimaque (PLIN. nat. 36, 173). FRONTIN. aq. 125 POMPON. dig. 8, 4, 11, 1. CASSIOD. var. 7, 17, 1 *sine calce* nec -arum minuta solidantur. *huc pertinere videtur*: PAPYR. Genav. edd. Nicole et Morel (1900) 5, 3, 1 (*in indice militum eorumque operum*) *ille* (*nomen equitis*), k(alendis) Domitia(nis), -a (*cf. ibid.* calx *sim.*). -a *i. q. calx et* -a: VITR. 2, 5, 3 -ae mixtionem. 7, 3, 3 *camerae caelum* -a dirigatur. *ibid.* coriis -ae. 7, 3, 8 IVST. 1, 2, 7. *tropice*: SVET. Cal. 53, 2 Senecam ... commissiones meras componere et -am esse sine calce. **c** *in operibus metallicis: generatim*: PLIN. nat. 33, 113 sperante aurum excoqui posse -ae rubenti (*sc. e minio. de eodem*: 33, 119 naturales illas -as). 36, 200 -as, ex quibus *ignis* ... vitrum, ... argentum, ... minium, ... pigmenta, ... medicamenta fundit. *ad caeruleum faciendum*: VITR. 7, 11, 1 PLIN. nat. 33, 161 CET. FAV. 27 p. 308. *ad vitrum faciendum*: PLIN. nat. 36, 191. 192. 194. 200. TAC. hist. 5, 7 lectae -ae admixto nitro in vitrum excocuntur. PS. PHOEBAD. fid. 8 p. 64[A]. **d** *in agri cultura: generatim*: CATO agr. 40, 2 (*sim.* PLIN. nat. 17, 123). PLIN. nat. 18, 98. 115. PALLAD. 2, 14, 2 fluminis -a vel litoris (12, 7, 18 fluvialis. 12, 9, 1). 12, 15, 3. *spec. servandis pomis*: VARRO rust. 1, 59, 3 in dolio -ae (COLVM. 12, 46, 4 PLIN. nat. 15, 60). *ibid.* in -a. PLIN. nat. 15, 63 (15, 65. 19, 74). PALLAD. 2, 15, 19. 4, 10, 9. 12, 7, 19.
e *in medicina*: CELS. 2, 17, 1 siccus calor est ... -ae calidae (3, 21, 6 PELAGON. 268 THEOD. PRISC. log. 107). 2, 17, 9. PLIN. nat. 31, 72 -a litorum maris praecipue tenuis et sole candens. SVET. Aug. 80 GELL. 19, 8, 3 -is calentibus. SER. SAMM. 503. CHIRON 320 (*bis* area *trad.*). VEG. mulom. 2, 88, 8 CAEL. AVR. chron. 2, 1, 35 -a littori vicina, quae sit sole ignita (3, 6, 89. 5, 4, 76). 3, 6, 88. 5, 2, 39. *adde*: OV. met. 7, 267 *Medea* adicit ... quas ... mare lavit -as. **f** *varia: in defendendis urbibus*: VITR. 10, 16, 9 -am, lapides progesserunt in mare. 10, 16, 10 -ae coctae candentis. CVRT. 4, 3, 2. 4, 3, 25 *clipeos* repletos fervida -a. 4, 3, 26 fervens. *in disciplina palaestrica*: FEST. Gloss.[L] IV p. 369[b] (p. 262 M.) effigies ... ephebi more Graecorum -am ruentis exercitationis gratia. *ad secandos lapides*: PLIN. nat. 1, 36, 9 de -is, quibus secantur marmora. 36, 51 *bis*. 36, 53. *ibid.* crassior ... -a ... plus erodit. *luctatores sparguntur -a*: OV. met. 9, 36 fulvae tactu flavescit -ae (*syn.* pulvere). LVCAN. 4, 616 membris calidas infudit -as. STAT. Theb. 6, 848 haustā vestitur -ā (*syn.* pulvere). 6, 874 ingestas. *luctus causa in capillum spargitur* (*cf. p. 2527, 18*): OV. met. 13, 526 fletus peregrinaeque haustus -ae. VAL. FL. 3, 716 *Hercules* comas deformat -a. STAT. Theb. 3, 50 *pastor* hausta ... informis -a. *in paenitentia agenda*: PRVD. cath. 7, 155 iacens -is ... puer provolvitur. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 275[C] *sportā* -is repleta impositaque humeris suis *spatiabatur*. *pueri -a ludunt*: SEN. dial. 2, 12, 2 -ae congestu simulacra domuum excitant. CONC.[S] I 5 p. 179, 33 infantes ludere in -a.

B *translate: granula lapidea in corpore humano orta nominantur* -a: CELS. 2, 7, 12 si urina quasi -am ... trahit (SCRIB. LARG. 144 [= MARCELL. med. 26, 2] *potio* q. -am sabulosam detrahit. 152 [= MARCELL. med. 26, 10] fragmina quaedam lapidum q. -am). SCRIB. LARG. 153 *potio* in -am solvit lapidem (*sim.* MARCELL. med. 26, 11). PLIN. nat. 21, 175 renium (22, 59). 22, 83 urinae calculis et -is. 25, 168. CASS. FEL. 46 p. 118, 11.

II -a *est aequor harenosum*: **A** *generatim* (*hic illic i. q. humus, terra, e. g. p. 2529, 4. 11*): VARRO rust. 1, 20, 2 per -am aut molliorem terram *arare*. CIC. rep. 1, 29 in -a geometricas formas quasdam esse descriptas (*sim. de -a, in qua pingitur*: VELL. 1, 10, 2 *prius* quam egrederetur finito -ae circulo. CLAVD. 17, 134 scriptae ... notas

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

confundit -ae). VERG. georg. 1, 389 *cornix* in sicca ... spatiatur -a (OV. Pont. 4, 4, 11). 3, 483 summa ... sanie infuscatur -a (OV. met. 10, 701 LVCAN. 7, 756). Aen. 3, 38. PROP. 2, 3, 5 si posset piscis -a *vivere*. VAL. FL. 6, 716 *aquilo oleam* nigra ... evulsam tendit -a (*cf. Hom. Il. 17, 58 ἐπὶ γαίῃ*). SIL. 3, 281 calida ... epulae torrentur -a. STAT. silv. 3, 1, 140 ardens fumat -a sacris. CARM. epigr. 1312 (*s. III*) *mortuam* destinat ignoto tristis -a solo. ITIN. Alex. 19 *Gaza urbs* -is circa perpinguibus et umectis *vallatur*. VVLG. deut. 33, 19 thesauros absconditos -arum. PRVD. perist. 1, 8 inlitas cruore sancto ... -as. 11, 141 (*syn.* pulvere). psych. 657 *cum unda* nudas praeceps operiret -as. CLAVD. rapt. Pros. 2, 203 SVLP. SEV. chron. 2, 33, 8 (*syn.* pulveris, terra). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 57 in -ae spatio deambulationem. DRAC. Orest. 793.

B *speciatim*: **1** *de aequoribus harenosis, quae in natura exstant*: **a** -a *est campus soliditate carens*: STAT. silv. 4 pr. viam Domitianam ..., qua gravissimam -arum moram exemit. 4, 3, 126 iniectu solidat graves -as. 4, 3, 126 putres. 4, 4, 3 molles. *in imagine*: ITALA Luc. 6, 49 (cod. gat.) aedificanti domum suam supra -am (*γῆν*, VVLG. terram). IREN. 2, 27, 2 in incertum effusae -ae. HIL. in Matth. 6, 6 *stultus* tamquam super -am opus aedificationis impenderit *eqs.* (*ibid.* in psalm. 126, 8 s. fluxam et dilabentem -am. HIER. epist. 148, 7, 1 s. levitatem -ae. in Ier. 5, 63, 9 p. 351, 18 VVLG. Matth. 7, 26. AVG. serm. 362, 22, 25 *sermo non* s. -am aedificetur. PROSP. carm. de ingrat. 800 s. instabilem arbitrii nutantis -am). HIER. in Ier. 1, 6, 2 in -a. **b** -a *est ager sterilis*: CIC. leg. agr. 2, 71 -am aliquam aut paludes emat. VERG. georg. 1, 70 sterilem ... ne deserat umor -am (SEN. Phaedr. 16 PHOC. carm. de Verg. 60 BOETH. cons. 3, 11, 56). LIV. 22, 16, 4. IVV. 16, 6 Samia (*cf.* TERT. pall. 2 p. 921 Oe. -a Samos. *et Geisau RE I A p. 2180 sqq.*). MACR. sat. 5, 1, 19. *tropice et proverbialiter* (*cf. Otto, Sprichw. p. 159, 4*): OV. epist. 5, 115 -ae semina mandas (SEN. benef. 4, 9, 2 -is committant). AVG. conf. 4, 8, 13 (*cf. p. 2528, 11*) fuderam in -am animam meam. **c** *de* -a *deserti* (*cf. p. 2527, 61 sqq. fere i. q. desertum e. g. infra l. 39. 47. 56*): PROP. 4, 6, 83 *Crasse*, nigras si quid sapis inter -as (SEN. dial. 5, 20, 3 PLIN. nat. 5, 33. TAC. ann. 2, 61 disiectas ... i. et vix pervias. AVIEN. orb. terr. 1206 SVLP. SEV. dial. 1, 3, 3). OV. met. 2, 262 siccae ... est campus -ae, quod modo pontus erat (15, 268 MANIL. 4, 669 LVCAN. 4, 588). 4, 617 *Perseus volans cum* super Libycas ... penderet -as (SEN. Med. 653 LVCAN. 2, 417 *al.*). PAVL. FEST. Gloss.^{L} IV p. 224^{a} (p. 102 M.) Hammo ..., quia in -a putatur inventus. SEN. nat. 1 pr. 9 -arum inculta vastitas. 3, 6, 2. 4, 2, 4 *Nilus* -as ... praelabitur. 4, 2, 10 limo *Nilus* -as saturat (*cf.* PRISC. periheg. 217 ditat -as). epist. 115, 8. Herc. f. 321 per arentem plagam et fluctantes ... -as. Med. 682 ferventis ... -a Libyae (LVCAN. 1, 368 *al.* CLAVD. 5, 241 incensas). CVRT. 4, 7, 6 steriles -ae iacent (7, 4, 27 MELA 1, 21. *et saepe*). 7, 5, 2 -as vapor aestivi solis accendit. MELA 3, 100. 101 in -is mons est Atlas (*cf.* PLIN. nat. 5, 6 e mediis hunc -is *attolli*. MART. CAP. 6, 667 de gremio cacumen proferens -arum). LVCAN. 6, 309. 8, 830 in Aethiopum putres ... -as (9, 699 DRAC. satisf. 84). 9, 394 *al.* PLIN. nat. 2, 115 *al.* 7, 22 ferventibus. 18, 188 *civitas* in mediis -is. 36, 81 -a late pura circa, lentis similitudine. VAL. FL. 7, 561 ardentis (BOETH. cons. 2 carm. 6, 13). SIL. 1, 644. 3, 313 immensis. 3, 648 *al.* FLOR. epit. 3, 1, 14. GELL. 16, 11, 7 cumulis montibusque -arum. TERT. anim. 30 p. 350, 5 CYPR. GALL. Ios. 190 *fluvius* bibula siccatus -a. PORPH. Hor. carm. 3, 30, 2. IVL. VAL. 3, 21 *nyctalopicas* de -is profundis emergere *eqs.* IVST. 15, 3, 11 per immensas -arum moles. ITIN. Anton. Plac. rec. A 40 totum -a sit. *ibid.* nec habent ... praeter caelum et -am. AVIEN. ora 411 inhospitales. orb. terr. 72 cassae ... torrentur -ae. 332 molles (HIER. epist. 108, 14, 1 *al.*). VEG. mil. 3, 23 HYG. fab. 133 p. 114, 5 PRVD. c. Symm. 2, 355 domitis Hammonis -is. CLAVD. 15, 319 *al.* 26, 60 Gaetulas (CE 218, 1). SVLP. SEV. dial. 1, 3, 4 arentibus. 1, 13, 3 *al.* **d** *de* -a *litoris riparumque* (GLOSS. V 299, 24 -a sablo maris. *i. q. litus p. 2530, 11. cf. p. 2526, 67. 2527, 65 sqq. 2528, 45. 51 sqq.*): LVCR. 2, 376 *qua* litoris ... bibulam pavit aequor -am (OV. epist. 18, 201 met. 13, 901 STAT. Theb. 11, 44 CLAVD. rapt. Pros. 1, 258). SALL. Iug. 78, 3 limum -amque ... fluctus trahunt. VERG. Aen. 3, 557 aestu miscentur -ae. 11, 626 *pontus* extremam perfundit -am (VAL. FL. 7, 111 SIL. 5, 272. MIN. FEL. 3, 3 extimas). HOR. carm. 1, 28, 23 vagae ... -ae ... capiti inhumato particulam dare. 3, 4, 31 urentis -as litoris Assyrii (*cf. p. 2530, 10*). ELEG. in Maec. 1, 19 PROP. 1, 17, 8 *al.* 3, 7, 26 vilis. 3, 14, 17 Eurotae Pollux et Castor -is hic victor pugnis, ille ... equis (*cf. p. 2530, 29*). OV. am. 2, 11, 47 molles (met. 2, 577 Ib. 422). epist. 5, 56. 10, 20. 17, 33 sicca (AVIEN. orb. terr. 298). 18, 28 ars 1, 560. met. 2, 573 *cum* summa spatiarer -a (LIV. 44, 33, 3 LVCAN. 8, 754). 2, 586. 865 fulvis (11, 355). 3, 599 udae. 3, 472 *al.* 15, 725 litoream (MANIL. 5, 191 LVCAN. 9, 441). trist. 4, 1, 7 limosae. LIV. 38, 29, 4 SEN. dial. 6, 10, 6 epist. 55, 2 CVRT. 4, 6, 8. LVCAN. 1, 685 *Pompeius* fluminea deformis truncus -a qui iacet. 2, 733 Phariae ... -ae. 4, 428. 5, 460 *classis* uncis confixit -as (*sim. de ancora in litore figenda*: 5, 489 percussi ... alieni iuris -as. VAL. FL. 2, 428. DRAC. Romul. 8, 250 pertundit -as). 5, 800 aequoreas. 8, 69 *al.* PETRON. 114, 11 *nos* imprudens -a componet. PLIN. nat. 5, 28 *al.* 12, 37 steriles (STAT. silv. 3, 1, 12 AVIEN. ora 476). 18, 363 ardea in mediis -is tristis. SIL. 1, 446. 8, 127. STAT. silv. 1, 4, 100 *quas herbas* medicis

... Epidaurus -is educat. MART. 10, 51, 7 madentis -ae litus. PLIN. epist. 6, 20, 9. 9, 33, 8. APVL. met. 10, 35 *in* mollissimo -ae gremio. MIN. FEL. 2, 4 ANTH. 478, 7. PANEG. 3 (11), 9, 3 Alpes quasi relictas aestu -as patentium litorum transcurristis. AVIEN. ora 319 litus ... molle -arum. 461 *al.* 688 patulas. AVSON. Mos. 53 solidae. 393, 4. AMM. 22, 16, 9 *naves* -arum inlisae glutinosae mollitiae. VEG. mil. 4, 11 HIER. epist. 108, 8, 1. vita Hil. 19 (*syn.* glarea). VVLG. Ier. 5, 22 posui -am terminum mari. apoc. 12, 18 stetit supra -am maris. PRVD. cath. 11, 67 -as Syrtium. perist. 5, 507. CLAVD. 8, 598 (*cf. p. 2529, 70*) quis divitis algae germina flagrantes inter quaesivit -as? SIDON. epist. 2, 2, 6. -a *fere i. q. litus, ripa* (GLOSS.^{L} I Ansil. HA 85 -ae: litoris): CATVLL. 64, 57 *Ariadnen* desertam in sola ... -a. VERG. Aen. 1, 172 egressi ... potiuntur Troes -a (*syn.* litore. SERV. auct. pro terra. OV. met. 12, 38. 13, 729). 1, 540 hospitio prohibemur -ae. 5, 34 notae. 5, 871 nudus in ignota, Palinure, iacebis -a (PROP. 3, 16, 29 OV. ars 1, 527 VAL. MAX. 1, 7 ext. 3). 6, 316 *alios* arcet -ā. CIRIS. 72 saeva. PROP. 1, 8, 11 nec tibi Tyrrhenā solvatur funis -ā. 2, 25, 7 vacua. 3, 11, 35. OV. epist. 12, 13 in nostras ... -as venerat (LVCAN. 5, 697). fast. 479 in desertis ... -is. trist. 5, 5, 57 Iliacas tangat ... -as (LVCAN. 8, 712). Pont. 1, 3, 49. LVCAN. 5, 475 Niliaca. 8, 805 nullas Nili calcemus -as (10, 2 diras. CLAVD. 7, 58). 8, 820. 9, 82 CALP. ecl. 4, 42. VAL. FL. 1, 181 (*syn.* litora). 1, 442 *al.* SIL. 7, 480. 10, 214. 15, 700 possessor -ae. STAT. silv. 1, 2, 213. PLIN. epist. 4, 6, 2 (*syn.* litore). CIL III 77 Inachias ... pede pressit -a⟨s⟩. CLAVD. 5, 55 *urbs, quae* Chalcedonias contra despectat -as. 10, 148. 15, 33. DRAC. Romul. 8, 432. 575. *metaph*: HIL. in Matth. 13, 1 *infideles* -ae modo steriles atque inutiles adiacent *navi ecclesiae*. CASSIOD. in psalm. 138, 17 -a ... maris significat Iudaeos *eqs.*

2 *de campis certaminum* (*cf. p. 2528, 13*): **a** *luctatorum cursorumque* (*cf. p. 2529, 72*): VERG. georg. 3, 195 *equus* vix summa vestigia ponat -a (OV. met. 10, 653). Aen. 5, 336 spissa iacuit revolutus -a. 5, 423. 6, 643 fulva (OV. trist. 4, 6, 31). OV. met. 9, 61 -as ore momordi (*cf. l. 75 et p. 2531, 21*). 9, 84 *Hercules Acheloum* alta sternit -a (BOETH. cons. 4 carm. 7, 25). GRATT. cyn. 504 Eleas. PLIN. nat. 33, 90 -am circi chrysocolla sterni. VAL. FL. 4, 230 pretium ... sacrae taurus -ae. 4, 264. 4, 410 imis inlidit -is. 4, 746 saevis frater mihi fusus -is. SIL. 16, 414. 485. STAT. Theb. 4, 245 effossas. 6, 557 Isthmiaca. 6, 853. silv. 4, 5, 28 Bebryciae. 5, 3, 220 Olympiaca. SOL. 1, 96 (*syn.* pulvere). CLAVD. 8, 547. **b** *gladiatorum* (*cf. Pollack, RE 2, 638.* GLOSS.^{L} Corp. HA 22 [*ad* RVFIN. hist. 5, 1, 37 *v. infra l. 73*] -ae: pavimentum theatri. GLOSS. V 491, 69 -am parare: non dicitur, quod -a sit, sed ipsum theatrum -a dicitur. *i. q. spectaculum infra l. 79. i. q. certamina p. 2531, 1. i. q. gladiatores p. 2431, 7. i. q. amphitheatrum? infra l. 71. tropice p. 2531, 11*): CIC. Tusc. 2, 46 barbaros in -a videris excipientis gravissimas plagas. HOR. epist. 1, 1, 6 *gladiator* populum extrema ... exoret -a. OV. ars 1, 16 (*in imagine*). 3, 395 spectentur ... maculosae sanguine -ae. trist. 2, 17 Pont. 2, 8, 53. MANIL. 4, 225 caput in mortem vendunt et funus -ae. VAL. MAX. 9, 11 ext. 1 in -am processerunt (AVG. civ. 3, 14 p. 115, 3 D.). CELS. 1 pr. 3. SEN. dial. 5, 43, 2 inter matutina -ae spectacula (COD. Iust. 5, 17, 8, 3). nat. 2, 9, 2 ex fundamentis mediae -ae. epist. 7, 4. 22, 1 vetus proverbium est gladiatorem in -a capere consilium. 93, 12. LVCAN. 4, 708 fatalis -ae muneribus (CLAVD. 5, 397 *fera* damnatur -ae m.). PETRON. 9, 8 gladiator obscene, quem de ruina -a dimisit. 81, 3 -ae imposui (*i. -am frustratus sum*). CALP. ecl. 7, 6 patula. 7, 33 curvae. 7, 48 *al.* PLIN. nat. 1, 33, 16. 8, 18 *al.* STAT. silv. 1, 6, 86. 2, 5, 26 tristi. MART. epigr. 4, 3 *al.* 2, 75, 8 Martia non vidit maius -a nefas. epigr. 11, 1 sanguinea (AVSON. 157, 7). QVINT. decl. 260 p. 67, 11 *al.* IVV. 1, 157 *al.* TAC. hist. 2, 62 PLIN. paneg. 33, 4. BALB. grom. p. 105, 2 -ae ex quattuor circulis. SVET. Aug. 43, 4 *al.* Cal. 27, 4 amphitheatri (Nero 53 Tit. 8, 5. CIL VI 32089 ha⟨re⟩nam a. *restituit.* VI 32091). Nero 12 varia -ae ministeria. FLOR. epit. 3, 21, 1 *ut in* foro, quasi -a, cives cum civibus suis gladiatorio more concurrerent. FRONTO p. 210, 7 scaenae aut circi aut -ae artificium. CIL II 6278 (*a. 177*) fiscum removerunt a tota -a *eqs.* MIN. FEL. 30, 6 TERT. spect. 28 p. 27, 13 VLP. dig. 3, 1, 1, 6 *bis.* 21, 1, 1, 17 in ... -am intromissus (48, 2, 4). MARCIAN. dig. 50, 7, 5, 1 -ā missum. ANTH. 415, 27 saeva. CAPITOL. Aur. 12, 3 *al.* SPART. Hadr. 17, 12 *noxios* in -am misit (TREB. Gall. 12, 3). COD. Theod. 9, 40, 11 (*a. 367*). AVSON. 278, 1 pugnis maculosus -ae *Commodus*. CIL X 6565 (*c. a. 370*) *restituit* omnem fabric⟨am⟩ -ae. VEG. mil. 1, 11 (*opp.* campus *belli. sim.* AVG. civ. 3, 14 p. 115, 8 D.). HIER. epist. 43, 3, 3 -a saeviat, circus insaniat. RVFIN. hist. 5, 1, 37 *martyres* statuuntur in medio -ae (*cf. supra l. 40.* PRVD. c. Symm. 1, 380 infausta. 2, 1112. 2, 1128 infamis -a. DRAC. Romul. 5, 284 mordet -am (*cf. supra l. 32. p. 2531, 21*). CASSIOD. var. 5, 42, 5 ovi specie eius (*amphitheatri*) -am concludens. PASS. Theclae 36 recc. B a c Trifena iuxta -am stans (*παρὰ τὴν ἀρήναν*). CIL VI 32094 -am et podium ... restituit. CE 572 Decasi, valete, et semper -ă (*sc. in -ā*) placete. *fere i. q. spectaculum in* -a *editum*: OV. met. 11, 26 matutinā cervus periturus -a (MART. 10, 25, 1). PLIN. nat. 8, 84 *lupum* in Pompei Magni -a spectatum. 33, 53 apparatu -ae argenteo. MART. 14, 53, 1 *rhinoceros* in Ausonia domini spectatus -a. 5, 65, 7 ista tuae, Caesar, quota ... pars ... -ae (8, 26, 5. 9, 83, 1)? SVET. Cal. 20, 2 scaenae -aeque devo-

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum. *fere i. q. certamina in* -a *celebrata*: SEN. epist. 37, 2 qui manus -ae locant. IVV. 6, 251 verae ... paratur -ae. TAC. ann. 14, 14 operas -ae promittere. 15, 32 *senatores* per -am foedati. TERT. apol. 38, 4 *nihil nobis cum* atrocitate -ae. COD. Iust. 3, 28, 11 (*a. 224*) in -am non damnato. TRYPH. dig. 11, 4, 5 si in -am fugitivus servus se dederit. CE 465, 5 lusu iuvenum bene doctus -is. *meton. pro 'gladiatores'*: PETRON. 126, 6 -a alias *feminas* accendit. IVV. 3, 34 municipalis -ae perpetui comites (SCHOL. aut gladiatorum aut venatorum comites). 6, 216 iuris idem contingat -ae. CLAVD. 26, 163 coniurantis -ae turba. CIL VIII 16565 Vincentius -ae alumnus. *metaph.*: VARRO ling. 10, 19 etiam illam *partem* in eandem -am vocare pugnatum (*sc. vocem cum voce conferre*). SEN. contr. 3 pr. 13 scholam quasi ludum esse, forum -am. IVV. 16, 47 lentā ... fori pugnamus -a. PLIN. epist. 6, 12, 2 in -a mea, hoc est apud centumviros. **c** *bellatorum campus pugnae*: VERG. Aen. 4, 620 cadat ... mediā ... inhumatus -a. 5, 375 fulvā moribundum extendit -a (9, 586 multā porrectum e. -a. STAT. Theb. 1, 710). 12, 276 *hasta iuvenem* fulva ... effundit -a. 12, 340. 382. 741 PROP. 2, 8, 33 OV. met. 12, 239. LVCAN. 6, 63 angusta. VAL. FL. 6, 620 SIL. 14, 160 STAT. Theb. 3, 334. 10, 518 torques in hostiles cecidit ... -as. FLOR. epit. 4, 2, 18 prima civilis belli -a Italia fuit. 4, 7, 6. CLAVD. 26, 589 *Alanus* Italam momordit -am (*cf. p. 2530, 32. 75*). DRAC. Romul. 9, 157 CORIPP. Ioh. 1, 92. *adde*: OV. met. 10, 716 *aper* fulva moribundum stravit -a.

deriv.: harenaceus, harenarius, harenatio, harenatum (-us), harenifodina, harenivagus, harenosus, harenula.

(h)arēnāceus (-ius), -a, -um. *ab* harena. *de scriptura* (*cf. l. 33*): ha-: *in titulo infra l. 37.* a-: ISID. orig. 19, 10, 7. -ri-: CASSIOD. var. 7, 17, 1 *var. l.* -cius, -tius: CASSIOD. (*et* -cis). ISID. (-cius *et* -tus). *abl. pl.* -cis: *infra l. 38.* [*ex corruptione*: GLOSS. V 590, 52 arenacia: sicca. *cf.* GLOSS.^{L} II Abav. AR 22 aren[an]tia: sicca.] **1** *i. q. harena mixtus*: PLIN. nat. 17, 43 *genera terrae margae* argillacea, tofacea, -a. 17, 47. **2** *i. q. harenae similis*: PLIN. nat. 21, 98 *semen tribulo* alteri -um (-aculum, -atulum, heraenaculum *codd.*). 30, 136 in corniculis coclearum -ae duritiae (*cf. p. 2533, 34*). CASSIOD. var. 7, 17, 1 *calx* petra solubilis, saxea mollities, -us lapis (*cf. l. 38*). **3** *i. q. ex harena compositus*: CARM. epigr. (*senar.*) RevArch. 30, 1929 p. 367 n. 7^{b} (*in prov. Tripolitana*) 11 in istis semper -cis collibus. ISID. orig. 19, 10, 7 -us lapis concretus maris arenis. hic et bibulus dicitur *eqs.* (*cf. l. 35. 48 sq.*).

[harēnāculus *v. l. 33.*]

(h)arēnārius, -a, -um. *ab* harena. *de scriptura: in titulis*: ha-: CIL XI 862 XV 7150. a-: CIL VIII 7158 XII 1590 XIII 3641. 10016, 3. *in codd. plerumque* ha-. era-: AVELL. p. 3, 1. 11. -ri-: LIB. pontif. p. 32, 17 GLOSS. III 376, 41. [*sard.* arenarzu 'arena' *M.-L.*].

A *adi.* (*cf. p. 2532, 32*): **1** *ad harenam, sc. terrae genus, pertinens*: CIL XV 7150 (*a. 101?*) navis -a (*sc. qua harena vehebatur. cf. adn.*). SERV. georg. 2, 348 'lapidem bibulum', qui -us vocatur. *ibid.* lapis -us (*cf. supra l. 38*). PS. AMBR. act. Seb. 22, 83 dimissa est super eum *martyrem* massa -a (*i. harenae*). **2** *ad harenam amphitheatri pertinens* (*cf. infra l. 75*): CIL XII 1590 (*s. I. II? cf. p. 2532, 6*) coll(egium) venator(um) Deensium, qui ministerio -o fungunt(ur). TERT. nat. 2, 14, 3 p. 125, 10 ludo puniti vel etiam a⟨d munus dati⟩ -ae vilitatis. FIRM. math. 8, 10, 4 nascentur venatores -i parabolarii, qui ... cum feris pugnent. fiunt etiam gladiatores (*cf. infra l. 75 sq.*). AMM. 29, 1, 27 in modum -ae ferae *saeviebat.* *obscurius*: CIL VIII 7158 M. Sex. sartor -us magister (*videtur esse praefectus eorum, qui harenam amphitheatri sariebant. cf.* MART. 2, 75, 6 *et Orelli, Inscr. 4063 adn.*).

B *subst.* **1 -a,** -ae *f. et* **-um,** -ī *n.*: **a** *i. q. harenifodina*: VARRO rust. 1, 2, 23 neque lapidicinae neque -ae ad agri culturam pertinent. CIC. Cluent. 37 in -as quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur. VITR. 2, 4, 2 *si* non erunt -a, unde fodiatur *harena.* 2, 4, 3 *harenae fossiciae*, quae sunt de -is recentes. 2, 6, 5 non desunt fossicia -a. **b** *locus sepulturae christianorum*: LIB. pontif. p. 32, 17 sepultus est iuxta cymiterium Calisti in -a (-o *var. l.*). p. 63, 28 supra -o (-um *var. l.*) cryptae. p. 180, 2 *corpora*, qui erant in -o sepulta via Numentana. PASS. coron. 9 *sepelivit corpora* in via Lavicana ... cum aliis sanctis in -o. **2 -um,** -ī *n. (sc. vas?) notione incerta*: CIL XIII 10016, 3 (*stilo in poculo scriptum*:) donavit Iovinus -um (*cf. adn.*). **3 -us,** -ī *m.* **a** *is qui harenam vendit* (*sim.*): DIOM. gramm. I 326, 14 *omnis appellatio* a littera terminata ..., acceptis syllabis ri et us significat eum, qui eam rem aut praestat aut vendit aut emit, veluti ... charta chartarius, harena -us. **b** *i. q. venator, gladiator* (*cf. Pollack RE 2, 640.* GLOSS. III 173, 20 paraboli -i [*cf. supra l. 54*]. 240, 45 *οἱ παραβόλοι* -i. V 530, 10 -i luctatores): MAECIAN. dig. 36, 1, 5 qui magna praeditus est dignitate ... -i ... hereditatem restituere cogetur. CALL. dig. 38, 1, 38 pr. -us manumissus. TERT. spect. 22 p. 22, 23 quadrigarios, scaenicos, xysticos, -os illos amantissimos. COD. Iust. 3, 28, 11 (*a. 224*) in harenam non damnato, sed sua sponte -o constituto *eqs.* CAPITOL. Aur. 19, 6 *Commodus* his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scaenicus, nullus -us. COD. Theod. 4, 6, 3 pr. = Iust. 5, 27, 1 pr. (*a. 336*) lenonis vel -i filia (COD. Iust. 5, 5, 7, 2). CHAR. dig. 22, 5, 21, 2 OPTAT. app. 1 p. 194, 19. p. 194, 22 ab -is factus est episcopus. p. 194, 24. 196, 17. SYMM. epist. 5, 59 si lautioribus -is desideratur (*syn.* venatoribus). AVELL. p. 3, 1 cum omnibus periuris et -is. p. 3, 11. NOVELL. Iust. 115, 3, 10 *si* inter -os aut mimos sese filius sociaverit (*κνυηγῶν*). CIL XI 862 *illi* VIvir(o) Foro Semproni, colleg(ii) -orum Romae, negotianti lanario. XIII 3641 (*cf. p. 2531, 52*) genio are⟨na⟩riorum consistentium Col(oniae) Aug(ustae) Tre(verorum). **c** *de mathematicae magistro* (*sc. qui numeros vel figuras in harena pingit, cf. p. 2528, 82 sqq. et vol. I 42, 62 sqq.*): TERT. pall. 6 p. 955, 6 Oe. primus informator litterarum et primus enodator vocis et primus numerorum -us. **d** *i. q. ammodytes anguis* (*cf. p. 2533, 2*): GLOSS. III 376, 41 -us *ἀμμοδύτης*.

harēnātio, -ōnis *f. ab* harena. *i. q. inductio harenae calce cocta et aqua mixtae* (*cf. infra l. 21. 24*): VITR. 7, 3, 9 *tectoria* fundata -is et marmoris soliditate *eqs.*

harēnātum, -ī *n. ab* harena. *i. q. harena calce cocta et aqua mixta* (*cf. p. 2528, 21 sqq.*): CATO agr. 18, 7 caementis minutis et calce -o ... corium struito (*item asynd.: ibid.* de glarea et c. -o primum corium facito. LEX par. fac. Put. CIL X 1781, 18 parietes marginesque ... c. -o lita politaque et calce uda dealbata recte facito). VITR. 7, 3, 5 *parietes* trullissentur, postea ... supra ... deformentur derectiones -i. *ibid.* ex -o derectura. 7, 3, 11 -um et marmor et omne tectorium inducatur. 7, 4, 1 pro -o testa trullissetur et dirigatur (*sim.* 7, 4, 3). PLIN. nat. 31, 49 *in puteis struendis* cum ad aquam ventum est, sine -o opus surgit. 36, 176 *tectorium* ter -o et bis marmorato inductum. 36, 177 -um ... subigunt.

(h)arēnātus, -a, -um. *ab* harena. **a-** *trad.* [*ex corruptione*: GLOSS. V 561, 36 -a secreta. *cf. e. g.* GLOSS.^{L} III Abol. AR 3 arcana secreta.] ISID. orig. 18, 69, 2 inter species pĭlarum sunt trigonaria et -a. trigonaria est, qua inter tres luditur. -a, qua in grege, dum ex circulo adstantium spectantiumque emissa, ultra iustum spatium pilam excipere lusumque inire consueverunt (aronata, arenaria *var. ll. utroque loco*).

harēnifodīna, -ae *f. v. vol. VI 991, 66.*

harēnivagus, -a, -um. *ab* harena *et* vagari. *qui in harena, i. deserto (cf. p. 2529, 33), vagatur*: LVCAN. 9, 941 -um ... Catonem.

(h)arēnōsus, -a, -um *ab* harena. *de scriptura*: ha- *plerumque trad.* (*cf.* harena *p. 2526, 32*). he- VLP. dig. 39, 2, 24, 2 *l. v.* [*nusquam* -onsus]. *pro subst.: n. infra l. 59. 74. p. 2533, 9. (15?). m. p. 2533, 19. comparat. p. 2533, 26. superl. p. 2533, 18. de notione*: DIOM. gramm. I 326, 18 *si* detracta a littera a prima positione ... adieceris o et sus, erit is locus, qui eas res multas habet, ... harena -us. PRISC. gramm. II 138, 22 in sus ... vel o productam habent ante sus et significant plenum esse aliquem eius, quod significatur, ut ... -us plenus harena (ISID. orig. 10, 254. GLOSS.^{L} I Ansil. HA 86). GLOSS. II 480, 7 *ψαμμώδης* -us. NOT. Tir. 113, 72 (*v. p. 2526, 45*). [*val.* arinos, *it. hisp.* arenoso *M.-L.*] *dub.* PLIN. nat. 33, 90 (*cf. q. adn. Mayh.*).

1 *i. q. harenam habens*: **a** *notione propria harenae*: *α i. q. harena mixtus sc. de terra* (*cf. infra l. 65*): CATO agr. 34, 2 terra pulla ..., rudecta, -a (COLVM. arb. 3, 6. PLIN. nat. 17, 44 minutae, -ae). 131 loca rudecta -aque (VLP. dig. 39, 2, 24, 2 palustris loci vel -i. PALLAD. 11, 4 siccis ..., macris, -is. HIER. in Ion. 4, 6 p. 426). VARRO Men. 415 agros colunt -os. SALL. Iug. 48, 3 generibus arborum, quae humi arido atque -o gignuntur (APVL. met. 1, 19 *mortuum* -a humo *contexi.* HIER. in Am. pr. p. 220). VITR. 2, 3, 1 *non* de -o neque calculoso luto *ducendi lateres.* 2, 6, 5 nonnulla *genera terrae* sunt terrena, alia sabulosa, itemque glareosa, aliis locis -a (AMBR. Noe 34, 126 duo genera terrae, unum velut -um et pulverulentum, *aliud fecundum*). 8, 6, 3 *si* terrenum aut -um erit (*sim. n. pro subst.*: PLIN. nat. 18, 134 *lupinum quaerit* sabulosa et sicca atque etiam -a. 18, 243 macra -aque). COLVM. 4, 22, 8 -us ... tofus vel plus iusto ieiunus sabulo (PALLAD. 1, 5, 1). PLIN. nat. 17, 147 *castanea* quaerit solum facile, nec tamen -um (18, 163. 35, 170 PALLAD. 12, 7, 2. 19). *β i. q. harena plenus, coopertus vel fere i. q. ex harena constans, de campis* (*non plane distinguitur a notione praecedente*): SALL. Iug. 79, 3 ager in medio -us una specie. hist. frg. 3, 6 -o ingressu *paeninsula.* VERG. Aen. 4, 257 litus -um (COLVM. 8, 17, 9 MELA 1, 102 PLIN. nat. 26, 84 HEGES. 3, 26, 1. 4, 15, 2 p. 264, 10 Vind. DRAC. Romul. 8, 448 CORIPP. Ioh. 2, 257). PROP. 4, 4, 19 -is Tatium proludere campis (SIL. 6, 677). OV. rem. 596 in -a lassa iacebat humo. met. 14, 82 *Aeneas* -ae fugiens nova moenia terrae (*sc. Libyae.* MANIL. 4, 728 CORIPP. Ioh. 7, 451). SEN. nat. 4, 2, 9 *Nilus* -o atque sitienti solo et aquam inducit et terram (AVIEN. ora 606 *opp.* caespes). PLIN. nat. 5, 52 *Nilum* fluere per -a et squalentia. 6, 46 -as solitudines (MART. CAP. 6, 691). 34, 156 *plumbum album gigni* summa tellure -a et coloris nigri (SIL. 14, 325). 36, 192 regio -a. SIL. 14, 78 -a tollit se mole Pelorus *promunturium.* PLIN. epist. 2, 17, 2 iter aliqua ex parte -um (ITIN. [Silv.] 6, 4 iter heremi -um valde). HYG. mun. castr. 53 si locus petrosus aut -us fuerit (AMPEL. 2, 1 CAEL. AVR. chron. 2, 1, 55 deambulationibus -is in locis). ITIN. [Silv.] 6, 1 totum heremi sunt -ae. AMM. 23, 6, 26 -as angustias. VEG. mil. 3, 10 -a sunt prope omnia. VVLG. Sirach 25, 27 sicut ascensus -us in pedibus veterani *eqs.* (*ἀμμώδης*). CLAVD. 21, 337 in -as aestus zonamque rubentem. *γ inde fere i. q. in harena positus*: PROP. 4, 1, 103 -um Libyae Iovis ...

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

antrum. AVIEN. orb. terr. 317 mugit -is nemus ... lucis. ENNOD. epist. 2, 16 p. 63, 22 -us coluber (*sc. ammodytes. cf. p. 2532, 11*). *tropice* (*cf. p. 2529, 18*): HIL. in psalm. 68, 3 aquae -am domum subluentes. ATHAN. Lucif. epist. 6 p. 324, 17 hoc suo -o fundamento aedificant perversas suas vias. *γ de aquis et aëre: de fluviis*: OV. met. 1, 702 -i ... Ladonis ad amnem. fast. 1, 242 -i Thybridis unda. 3, 737 -o ... ab Hebro. SIL. 3, 465 *Rhodanus* -o ... fundo. 8, 190 -o ... Numicius illam suscepit gremio. *de mari*: COLVM. 8, 16, 8 -i gurgites planos *pisces pascunt*. PLIN. nat. 9, 160 *pectines* in -is proveniunt (*sim. n. pro subst.*: 32, 60 *ostrea* neque in lutosis capta neque in -is, sed solido vado). AVIEN. orb. terr. 158 -ae ... Syrtes. AMBR. hex. 5, 10, 30 fluctus -us. *de vento* (*cf. p. 2527, 18 sq.*): SIL. 9, 502 *Volturnus* vertice -o candentis *torquet globos pulveris*. **b** *translate*: *α i. q. granula harenae similia habens*: CELS. 2, 7, 14 *urina* -a est (7, 26, 3 PLIN. nat. 23, 73). PLIN. nat. 11, 41 *mel ericaeum* -o simile. 19, 34 *tuberum duo* genera: -a dentibus inimica, in altero sincera. 27, 16 improbanda *aloe* nigra et dura, -a. 27, 19 *aloe* lavatur, ut, quod sit -issimum, subsidat. *inde m. pro subst. is, qui urinam -am habet* (*cf. l. 14*): MISC. Tir. p. 48, 14 facientibus fistulis dolores sedat, limosis et -is et calculosis. *β sing. i. q. pulvereus*: AMBR. Nab. 12, 52 acervus divitiarum, cumulo -us (*i. si accumulatus servatur, pulvere coopertus*), speciosus est usu.

2 *i. q. e granulis harenae similibus constans. de lapidibus*: CELS. 7, 26, 3 *vesicae* calculus -us ..., quoniam ... dilabitur (7, 27, 7 molles -ive c.) PLIN. nat. 33, 101 *stibi lapis mas* horridior est ... et -or. 33, 114 *minium* durum et -um. 34, 121 *miseos* -a natura. 36, 155 *pumices* teri faciles nec -i in fricando.

3 *i. q. harenae similis*: CAEL. AVR. chron. 5, 4, 62 *in* urina sedimina ... -a et saxosa (5, 4, 67 mictus cum -o vel capilloso sedimine). CASS. FEL. 45 p. 112, 12 *si* reperta fuerit -a qualitas (arenarum q., arena *var. ll.*) in urinis (46 p. 117, 8 limosa aut -a qualitate ... obtrusa).

harēnula, -ae *f. ab* harenā *deminutive* (DIOM. gramm. I 326, 21). *fere i. q. granulum harenae*: PLIN. nat. 30, 24 -ae, quae inveniuntur in cornibus coclearum (*sim.*: PLIN. med. 1, 13. MARCELL. med. 12, 34 -a. *cf. p. 2531, 34*). *Brandt.*

? **harenulces** *v.* harin-.

(h)āridus *v.* aridus. *ad paronomasiam q. e.* -us — horridus (*v. vol. II 568, 66 sqq.*) *adde Landgraf, De Ciceronis eloc., 1878, 25; Wölfflin, Üb. d. alliterierenden Verbind., 1881, 22 (= Ausgew. Schr. 237).*

(h)ariga *v. vol. II 728, 77 s. v.* arviga (*adde ad l. 79*: pro ariuga *vel* arviga *dubitanter* ariga *Goetz-Schoell*) *et p. 2544, 75 sqq. s.* haruspex.

? **harilaus.** *vox obscura*: SIDON. epist. 5, 5, 2 quasi de -o (*sic codd. opt.*, hilario *dett.*) vetere novus falco (faccho [*L, opt.*], flacco *var. lectt., v. Mohr, ed. Teubn. p. XXVIII. Otto, Sprichw. p. 131* ['*an*: de Charilao vetere ... novus fago*? cf. de Ch. πολυφάγῳ Pape-Benseler s. Χαρίλαος 2'. Heraeus*]) prorumpas. **haringus** *v.* aringus.

? **harinulces.** *vox obscura.* GLOSS.^{L} Corp. H 18 -es repertores aquarum. *v. vol. II 1754, 35 s. v.* barinula (*cf. Walde*^{3} *s. v.*). *Thes. gloss. s. v.* (haren-). **hariola,** -ae *v.* hariolus.

hariolātio, -ōnis *f. ab* hariolari. ENN. scaen. 57 (*Cassandra de se loquitur*) missa sum superstitiosis -bus; namque (neque me *trad.*) Apollo fatis fandis dementem invitam ciet. GELL. 15, 18, 3 Corneli sacerdotis -o. *e coniect.*: FIRM. math. 5, 1, 16 (laboratione *codd.*, -e *Kroll-Skutsch*).

hariolor, -ātus sum, -ārī *ab* hariolus. *scribitur in codd.* har- *et* ar- (*cf. etiam s.* hariolus *p. 2534, 17*). *in vetustissimis* har-: TER. *A* Ad. 202 Phorm. 492. *de formis: 2. pers. sing. ind. praes.* -are: PLAVT. Asin. 579. 924 Cist. 746 Rud. 347 TER. Phorm. 492. CHAR. gramm. p. 479, 17 B. verba quae media appellantur ... halucinor. hortor. hospitor. -or. *de significatione*: CHAR. gramm. p. 465, 5 B. verba activa, quae passiva voce primi ordinis efferuntur ...: -or *μαντεύομαι, ἀποφοιβάζομαι, ματαιολογῶ*; -tus sum. Ps. PLAC. GLOSS.^{L} IV H 7 -tus est divinavit, coniectavit. GLOSS.^{L} I Ansil. HA 89 -atur divinat.

1 *proprie de officio harioli, i. q. vaticinari* (*v. et l. 80*): PLAVT. Rud. 377 capillum promittam optimumst occipiamque -ari. CIC. div. 1, 132 non me sortilegos neque eos, qui quaestus causa -entur, ... agnoscere (*cf. infra l. 75*). APVL. Socr. 18 p. 161 Calchas ... praestabilis -ari, ... alites et altaria et arborem contemplatus. ARNOB. nat. 1, 62 p. 43, 2 Bacis, ... Helenus, Marcius aliique similiter vates -antes. VVLG. I reg. 15, 23 quasi peccatum -andi est repugnare. IV reg. 21, 6 et -tus est et observavit auguria. *adde: per iocum Dossennus, Atellanarum persona, de se quasi de hariolo quodam*: POMPON. Atell. 110, 2 indica qui illud aurum abstulerit. :: non didici -ari grati⟨i⟩s (*ad* gratiis *cf. supra l. 68*).

2 *translate*: **a** *i. q. harioli instar suspicari, divinare*: *α absolute*: PLAVT. Rud. 1141 non feret *res*, nisi vera dicet; nequiquam -bitur (-atur *codd.*) *puella*. CIC. ad Att. 8, 11, 3 *προσθεσπίζω* ... non -ans ut illa (*sc. Cassandra*), cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens *β c. acc.* (*nonnumquam supplendo*): PLAVT. Asin. 579 argenti viginti minas habesne? :: -are. 924 vae mihi. :: vera -are. Cist. 746 hicine tu ergo habitas? :: -are. Mil. 1256 nam odore nasum sentiat, si intus sit. :: -atur. Rud. 347 non rem divinam facitis hic vos neque erus? :: -are. TER. Ad. 202 ego hoc -or *eqs.* (EVGRAPH. *ad l.* quasi divino vel vaticinor [ratem patior *codd.*]; *cf. Knapp, Class. Rev. 21, 1907, 46*). APVL. met. 2, 7 quod naribus iam inde -bar. *γ c. acc. c. inf.* (*fort. huc ref.* IVL. VAL. 2, 6 a quo [*Alexandro*] praesent⟨ar⟩i [*suppl. Kroll*] nobis humanitatem ... -amini): PLAVT. Asin. 316 scapulae ... -ari quae occeperunt, sibi esse in mundo malum.

b *i. q. absurda loqui, nugari*: TER. Phorm. 492 non[dum] mihi credis? :: -are. :: sin fidem do? :: fabulae *eqs.* (*aliter* EVGRAPH. *ad l.*: -are: divinas. hoc enim pertinet ad illud 'non mihi credis?'. *cf. Knapp, Class. Rev. 21, 1907, 46, omnino notionem nugandi ap.* TER. *inveniri negans, contra Langen, Beiträge 260 sq., qui etiam* TER. Ad. 202 [*v. supra l. 1*] *huc revocat [cf. Jachmann, Plaut. u. Att. 62 n.]; equidem propter iuxtaposita*: fabulae, logi, somnia, cantilenam eandem canis, garri modo [*493—496*] *locum huc referendum esse puto*).

deriv.: hariolatio.

hariolus, -ī *m.* [*cf. c.* haru-spex. *J. B. H.*] *scribitur in codd.* har- *et* ar-, *sed saepius* har- *legi videtur. aspiratur in codd. vetustioribus*: TER. Phorm. 708 *cod. A.* FRONTO p. 220, 3 N. PAVL. sent. 5, 21, 3 *cod. M* (*s. VII*). COD. Theod. 9, 16, 4 har- (haur- V^{1}) V^{2} (*s. VI*) H^{a} (*s. VI/VII; cf. Mommsen ad l. et praef. p. 135*). ar- HIER. in Ier. 1, 42, 1 *L (s. VI/VII). de formis: gen. plur.* -um APVL. Socr. 67 p. 135 *G, dett.*; -orum *BM. de notione et etymologia*: DON. TER. Phorm. 708 -us est qui divina mente vaticinatur (*cf.* SCHOL. Ter. Bemb. *ad l.* divinandi peritus), dictus hariolus quasi fariolus a fari; scilicet H pro F, ut F pro H in multis locutionibus mutabantur (*cf.* SCAVR. gramm. VII p. 11, 7 *antiqui* fariolum quem nos hariolum. p. 13, 10. *v. etiam infra l. 44*). SCHOL. Ter. p. 133, 28 ariolus dicitur ab ararum inspectione (*cf.* ISID. orig. 8, 9, 16 arioli vocati, propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, et funesta sacrificia offerunt, iisque celebritatibus daemonum responsa accipiunt. *cf. etiam infra l. 36 sqq.*). *synon.*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 427, 15 B. haruspices. -i. sortilegi. fanatici. augures. coniectores. chaldaei. mathematici. futurarum rerum praescii. EVGRAPH. Ter. Phorm. 709 haruspex ... et -us hoc differunt, quod -us divinat de humanis, haruspex de divinis. PLAC. Gloss.^{L} IV H 3 -i dicuntur insani, qui spiritu nescioquo inflati vaticinantes circa aras et templa discurrunt atque bacchantur (*quasi ab* ara; *cf.* 14 divini qui concepto ante aram spiritu futura praedicunt). GLOSS.^{L} II Philox. HA 35 -s *βωμοσκόπος, φοιβητής* (*quasi ab* ara). III Abstr. AR 10 *et* AV 11 -s qui aras colit, Augur qui aves colit *eqs.* (*quasi ab* ara). HA 9 hareolus (*sic*) iucundus (*quasi a χαίρω*). V Aa AR 1203 -us arrepticius, divinus, spiritus Pythonis (div. spiritu P. *Lindsay*). Abba AR 29 (= III Abstr. FA 65) vates qui et fariolus (*quasi a* fari). Corp. A 825 -i qui in ara coniecturam faciunt (*quasi ab* ara). *al.* NOT. Tir. 55, 73. *legitur inde a* NAEV. ENN. PLAVTO. [*contextu non sano*: APVL. Socr. 20 p. 165. *per coniect.*: ANTH. 682, 9 APON. 3 p. 56.] [*it.* ariolo. *M.-L.*]

1 *generatim i. q. vates, homo qui arte quadam divinandi aut inspiratione divina futura praedicit, occulta detegit* (*ad rem v. Thiele RE Suppl. III 886 sqq.*): **a** *ap. paganos*: NAEV. com. 20 tit. ENN. scaen. 319 superstitiosi vates impudentesque -i, aut inertes aut insani aut quibus egestas imperat, qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam *eqs.* PLAVT. Amph. 1132 -os, haruspices mitte omnes; quae futura et quae facta eloquar multo adeo melius quam illi, quom sum Iuppiter (*ad homoearcton q. e.* -i haruspices *cf. etiam* PLAVT. Poen. 791 [*v. l. 60*]. TER. Phorm. 708 *sq.* [*v. l. 63*]. PAVL. sent. 5, 21, 3 [*p. 2535, 43*]. TERT. apol. 43, 1 [*p. 2535, 7*]. HIER. adv. Iovin. 1, 47. 2, 15 [*p. 2535, 10*]. in Ezech. 6, 20 p. 186^{C} [*p. 2535, 12*]. VVLG. Dan. 2, 27 [*p. 2535, 18*]. COD. Theod. 9, 16, 6 [*p. 2535, 47*]). Men. 76 modo ... leno, modo adulescens, ... rex, parasitus, -us. Poen. 791 eheu quom ... habui -os, haruspices; qui si quid bene promittunt, perspisso evenit, id quod mali promittunt, praesentarium est. Truc. 602 (*v. p. 2535, 2*). TER. Phorm. 708 gallina cecinit, interdixit -us, harispex (haru- ς) vetuit. CATO agr. 5, 4 haruspicem, augurem, -um, Chaldaeum ne quem consuluisse velit (*ad rem v. Wissowa, Rel. u. Kult.*^{2} *547, 7*). RHET. Her. 4, 49, 62 ut in invidiam adducat, hoc modo *imago sumitur*: iste, qui divitias suas iactans, sicut Gallus e Phrygia aut -us quispiam, depressus et oneratus auro clamat et delirat (deierat *vel* degerat *var. l.*, delerat *Marx*). CIC. nat. deor. 1, 55 haruspices, augures, -i, vates, coniectores nobis essent colendi. div. 1, 4 -orum etiam et vatum furibundas praedictiones ... audiendas putaverunt. 2, 9 ad aegros non vates aut -os sed medicos solemus adducere. 2, 10 sunt ... ea mathematicorum non -orum. PHAEDR. 3, 3, 1. 6. CVRT. 7, 7, 8 -os et vates consulere. FRONTO p. 220, 3 N. -i autem laetam ... fortunam portendier somnio interpretati; sed omne contra evenit. GELL. 18, 6, 5 utrum ... Melissus excogitaverit ipse ... an scriptum ab alio quo legerit, -is profecto est opus. APVL. Socr. 17 p. 158 multa sunt ..., de quibus etiam sapientes viri ad -os et oracula curritent. 67 p. 135 cuncta -ūm (*ad formam v. supra l. 22 sq.*) praesagia *eqs.* IVL. VAL. 1, 29 -i pronuntiavere *eqs.* IVST. 1, 4, 3 consulti -es ... responderunt *eqs.* QVEROL. p. 30, 9 isti sunt, qui pro hominibus perorant ante aras atque altaria *eqs.* isti sunt -orum longe fallacissimi, tantum est quod vota hominum interpretantur et vale (male *codd.*) precemque dicunt, sed responsa numquam eliciunt congrua. HIER. chron. a. Abr. 1568 Habaris Hyperboranus -us agno-

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scitur. *nota de gestu furibundi* -i (*cf. etiam supra p. 2434, 68. 70*): PLAVT. Truc. 602 num ... -us⟨t⟩, qui ipsus se verberat?

b *ap. Iudaeos et Christianos* -i *superstitioni paganae obnoxii putantur (sed v. locum singularem infra l. 32 sqq.; de Balaam* -o *v. infra l. 29 sqq.), verbum propius accedit ad notionem magi, incantatoris, sim.*: TERT. apol. 43, 1 quinam ... de sterilitate Christianorum conqueri possint. primi erunt lenones ..., item haruspices, -i, mathematici. ARNOB. nat. 1, 24 haruspices has fabulas, coniectores, -i, vates et numquam non vani concinnavere fanatici *eqs.* HIER. epist. 124, 8 (*ex Origene*). adv. Iovin. 2, 15 omnis coniector et -us et haruspex caeditur. in Ezech. 6, 20 p. 186 C gentium enim est adire Chaldaeos, -os, haruspices, divinos, sortilegos *eqs.* in Ier. 1, 42, 1 haud dubium, quin Baal et idolorum -os significat. VVLG. lev. 19, 31 non declinetis ad magos nec ab -is aliquid sciscitemini (ἐπαοιδοῖς. אֶל־הָאֹבֹת; *cf.* 20, 6. deut. 18, 10 [μαντευόμενος μαντείαν. קֹסֵם]. Is. 19, 3 [ἐγγαστριμύθους. *hebr. ut supra l. 15 l. pr.*]. Dan. 2, 10 sciscitatur ab omni -o *eqs.* [σοφόν. חַרְטֹם]. 2, 27 sapientes, magi, -i, haruspices nequeunt indicare regi *eqs.* [ἐπαοιδῶν. *hebr. ut l. 17*]). I reg. 28, 3 Saul abstulit magos et -os (γνωστάς. *hebr. ut supra l. 15 l. pr.; cf.* 28, 9. IV reg. 23, 24 [γνωριστάς. *hebr. ut supra l. 15 l. pr.*]). prov. 23, 7 in similitudinem -i ... aestimat quod ignorat (*aliter in graec. et hebr.*). Is. 44, 25 (*aliter in graec. et hebr.*). Dan. 1, 20 (σοφιστάς. *hebr. ut supra l. 17*). 2, 2 ut convocarentur -i *eqs.* (ἐπαοιδούς [*cf.* HIER. *ad l.* quos nos -os, ceteri ἐπαοιδούς interpretati sunt, id est incantatores. ergo videntur incantatores esse qui verbis rem peragunt. in Dan. 4, 6]). 4, 4 (ἐπαοιδοί. חַרְטֻמֵּי). 4, 6 Balthassar princeps -orum (*de graec. et hebr. cf. l. 26*). PS. RVFIN. in Os. 4, 5 tu cum prophetis tuis, id est -is, conlabaris. AVG. serm. ed. Mai 97, 8 GREG. M. in Ezech. 1, 1, 3. *nota: de Balaam* -o, *qui pro Iahve vaticinatur*: HIER. epist. 77, 7 Balaam -us. VVLG. num. 22, 5 misit ad Balaam ... (*graec. deest.* פְּתוֹרָה). Ios. 13, 22 (μάντιν. *hebr. ut supra l. 15 l. post.*). SERM. Caspari p. 195, 25 ISID. sent. 3, 73, 3. *singulariter in bonam partem quasi sacerdos aut propheta* (*v. iuxta posita et* VEREC. *l. 37*): Is. 3, 2 *deus auferet* fortem et virum bellatorem, iudicem et prophetam et -um et senem *eqs.* (στοχαστήν. *hebr. ut supra l. 15 l. post.; cf.* VEREC. in cant. 4, 11 *ad hunc loc.* licet in malo ponantur -i, sunt tamen et in bono. hoc in loco non potest de malis agnosci *eqs.*).

c *in iuris dictione*: VLP. coll. 15, 2, 1 extat senatus consultum Pomponio et Rufo conss. (*i. a. 17*) factum, quo cavetur, ut mathematicis, Chaldaeis, -is et ceteris qui simile inceptum fecerunt aqua et igni interdicatur *eqs.* PAVL. sent. 5, 21, 3 qui de salute principis vel summa rei publicae mathematicos, -os, haruspices, vaticinatores consulit, cum eo qui responderit capite punitur. COD. Theod. 9, 16, 4 (*a. 357*) nemo haruspicem consulat aut mathematicum, nemo -um. augurum et vatum prava confessio conticescat *eqs.* (= COD. Iust. 9, 18, 5). 9, 16, 6 (*a. 358*) si quis magus ... aut haruspex aut -us ... fuerit deprehensus, praesidio dignitatis cruciatus et tormenta non fugiat (= COD. Iust. 9, 18, 7).

2 *specialia in translationibus*: **a** *per iocum de hominibus callidis*: PLAVT. Cas. 356 plus artificum est mihi quam rebar: -um hunc habeo domi. Most. 571 hic homo est inanis. :: hic homo est certe -us. Rud. 326 factum est quod suspicabar, ...: -us sum. **b** *i. q. haruspex*: APVL. apol. 41 -is licet iocinera rimari. **c** *notione vaticinandi attenuata*: *α fere i. q. scurra, balatro, circulator, sim.*: HIER. epist. 127, 9 nec mirum si in platea et in foro rerum venalium fictus (pictus *var. l.*) -us (*in Rufinum illudit*) stultorum verberat nates et obtorto fuste dentes mordentium quatiat *eqs.* (adv. Iovin. 2, 36 adv. Rufin. 1, 17). *β fere i. q. pharmacopola, incantator*: GREG. TVR. Iul. 46 **a** -um quendam invocant. ille vero venire non differens, accessit ad aegrotum et artem suam exercere conatur. incantationes inmurmurat, sortes iactat, ligaturas collo suspendit, promittit vivere quem ipse mancipaverat morti (*cf.* Mart. 1, 26 **a** sortilegis et -is ligamenta ei et potiones deferebant).

f. **hariola,** -ae. GLOSS. τερατοσκόπος. χρησμῳδός. [chortes -ae: *v. supra p. 2525, 46*]. *i. q. coniectrix*: PLAVT. Mil. 693 da quod dem quinquatribus praecantrici, coniectrici (conl- *codd.*), -ae atque haruspicae. Rud. 1139 *sq.* quid si ista aut superstitiosa aut -ast atque omnia, quidquid insit, vera dicet? idne (*Lindsay.* in me *codd.*; anne *Valla, Leo*) habebit -a?

deriv.: hariolor.

(h)ar(i)s *v. vol. II 579, 1. 3.* **harluga** *v.* hariga.

harma, ἅρμα. *genus collyrii*: INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 10 Androni harma. SCRIB. LARG. 28 *collyrium* quod, quia ex quattuor rebus ut quadriga equis constat et celeres effectus habet, arma (*i.* ἅρμα, *cf. ad scripturam Latinam Jourdan, Notes de crit. verbale sur Scrib. L., Paris 1919, 95 sqq.*) dicitur *eqs.* (*inde* MARCELL. med. 8, 118 [opla *P s. IX*]).

harmala *v.* armala. *adde*: DIOSC. 3, 48 quam rutam multi armala vocant (*gr.* ἁρμαλά).

harmamaxa *v.* arm-. **?(h)armizātus** [**-gātus** *var. l.*] *v. p. 2538, 33.*

harmogē, (-es) ἁρμογή. *acc.* -en: *p. 2536, 2.* *i. q. harmonia: in musica*: VARRO Men. 351 quam mobilem (nobilem *var. l.*) divum lyram Sol -e (hermoge *vel* aroge *trad.*) quadam gubernans motibus diis veget. *in pictura*: PLIN. nat. 35, 29 commissuras vero colorum et transitus -en (armogen *VRv*) *appellarunt.*

harmonia, -ae *f.*, ἁρμονία. *scribitur litteris Graecis*: CIC. Tim. 27 quae ἁρμ- graece (arm- *codd.*). Tusc. 1, 19 arm- *codd.*, ἁρμ- *editt.* (*inde* LACT. inst. 7, 13, 9, *ubi* harm- *scr. Brandt*, arm- *cod. B* [*s. VI/VII*]). VITR. 5, 4, 3 quod Graeci nominant ἁρμ-. PLIN. nat. 2, 84 (h)armoniam *vel* -an *codd.*, ἁρμ- *Mayhoff.* AVG. civ. 22, 24 p. 614, 24 D. quae ἁρμ- graece dicitur. gen. ad litt. 10, 21 p. 325, 24 armonian *P* (*s. VII/VIII*), ἁρμ- *ed. Zycha.* *aspiratur in codd. saec. VII antiquioribus his locis*: CIC. rep. 1, 16. 2, 69 (*s. IV/V*). RVFIN. Orig. in gen. 1, 14 p. 19, 5 *A s. VI/VII* (*ex silentio editoris*). PRVD. perist. 10, 976 *B s. VII* (*ex silentio edit.*). arm- *inveni*: LACT. inst. 7, 13, 9 (*v. supra l. 5*). *saepe in codd. recentt.* *de formis: gen. sing.* -ai LVCR. 3, 131. *plur.: nom.* LVCR. 4, 1248, *acc.* RVFIN. Basil. hom. 1, 2 p. 1726 A. GLOSS. L III Abstr. AR 35 -a ex multis vocabulis (*pro* vocibus *?*) modulatio aptata. I Ansil. AR 475 ordinatio caeli et terrae. *al.* GLOSS. numeros omnimodos: citharam diversis numeris a veteribus constat esse compositam iuxta -am mundi *eqs.* -a [con]fistulae organi per ordinem copulatae (repulatae *trad., corr. Heraeus*). [*falso trad.*: MART. CAP. 9, 930. 936. *per coniect.*: CENS. 10, 2 PS. CENS. frg. 11, 1 p. 64, 14.]

A *i. q. compositio, concordia, concentus* (*de structura* 'ad -am canere', *sim. v. p. 2537, 25. 28.* *de definitione v. l. 37 sq.*): **1** *proprie*: **a** *generatim*: LVCR. 4, 1248 multum -ae Veneris differre videntur (*i. in conceptione feminae*). CHALC. comm. 304 ordo autem sine -a esse non potest, -a demum analogiae comes est. RVFIN. Orig. in gen. 1, 14 quae a deo facta sunt, coniuncta et compaginata dicuntur *eqs.* et homo dei opus est et non sine -a vel competenti coniunctione (*sc. mare et femina coniunctis*). Clement. 9, 15 cuncta in -a propria et ordinis sui compage custodiat *dei timor* (*cf.* Greg. Naz. orat. 2, 10, 1). EPIST. pontif. 1056 Conc. S IV 2 p. 113, 10 (*c. a. 585*) *totum corpus* afficitur, si pars eius ... laceratur; quidquid ergo est quod aliam pati sentit, in se -a caritatis adtrahit, Paulo adtestante, qui ait (*I Cor. 12, 26*): et si quid patitur unum membrum, compatiuntur cetera membra. BOETH. arithm. 2, 32 p. 126, 16 omnia quae ex contrariis consisterent, -a quadam coniungi atque componi. est enim -a plurimorum adunatio et dissidentium consensio (*cf.* CHALC. comm. 131. *al.*). *nota in geometria*: BOETH. arithm. 2, 49 p. 158, 18 -am autem geometricam cybum dicunt *eqs.*

b *speciatim in musica* (*v. etiam p. 2537, 1 sqq.*): *α i. q. modulatio, concentus* (*v. etiam p. 2537, 30. 41. 44 et s.* harmonicus *p. 2538, 17. de definitione v. l. 49 sqq. 65. nota praecepta l. 62. 64*): APVL. mund. 20 musica, quae de longis et brevibus, acutis et gravioribus sonis constat, tam diversis et dissonis vocibus -am consonam reddit (*cf.* HIER. in Nah. 3, 7 p. 1259 B dissonantes chordas eius in unam -am contrahere et vocalem ... efficere concentum). Plat. 2, 25 *conubiorum* stabilem fidem credit *Plato*, si cum -a musicae dierum consonent numeri. PS. APVL. Ascl. 9 -ae suavitas. LACT. opif. 16, 13 musici enim intentionem concentumque nervorum in integros modos sine ulla offensione consonantium -am appellant (*cf.* CHALC. transl. 47 D -a vero, id est modulatio utpote intentio modificata *eqs.* comm. 7, 3. GLOSS. L III Abstr. AR 35 [*v. supra l. 15*]). CARM. laud. dom. 76 volucres ... et mille examina vocum mortali -a lucis resonare canoris. CHALC. transl. 47 D vocis ... ratio ... ad ... vitae hominum instructionem *datae eqs.* quantumque per vocem utilitatis capitur ex musica ... constat hominum generi propter -am tributum. HIL. in psalm. 65, 1 canticum enim vocis officium est, psalmus autem ex coaptatione quam -am vocant organi comparatur *eqs.* SERV. Verg. ecl. 2, 36 inaequalis. RVFIN. Orig. in num. 26, 2 p. 245, 4 si -a chordarum fuerit consonanter aptata. AVG. civ. 17, 14 p. 235, 24 D. *David* -am musicam non vulgari voluptate sed fideli voluntate dilexerit. MART. CAP. 7, 733 tres symphonias continet -a, id est diapason, hemiolion, diatessaron (*v. l. 42*). 7, 736 totius -ae toni sunt sex *eqs.* (*v. l. 42*). CASSIOD. in psalm. 116 p. 826 B -a, id est musicae virtutis pulchra modulatio. 150, 5 p. 1053 A. var. 1, 31, 4 sub quadam -a citharae. *adde sensu spirituali*: CASSIOD. in psalm. 150, 5 p. 1053 C spirituali -a dulcissimus ille concentus, qui non auribus carneis auditur, sed contemplatione purissimae mentis advertitur. *β genus modulationis*: VITR. 5, 4, 3 genera ... sunt modulationum tria, primum quod Graeci nominant ἁρμονίαν (armoniā *H. opp.* χρῶμα, διάτονον) *eqs.* -ae tetrachordum et tonos et dieses habet binas *eqs.* (*sim.* MART. CAP. 9, 956 *sq.* BOETH. mus. 1, 15). 5, 4, 6. 5, 5, 3. *aliter*: BOETH. arithm. 2, 54 p. 169, 11 de maxima perfectaque -a disserere, quae ... magnam vim obtinet in musici modulaminis temperamentis et in speculatione naturalium quaestionum.

γ i. q. ea pars artis vel doctrinae musicae, quae est de -a (*nonnumquam fere i. q. musica*): CIC. rep. 1, 16 ut *Socrates* ... numeros ... et geometriam et -am studeat Pythagorae more coniungere. FIRM. math. 3, 12, 2 -ae cuiusdam peritos. AMM. 22, 16, 17 nondumque apud eos (*sc. Alexandriae*) exaruit musica, nec -a (harmonica *Eyssenhardt*) conticuit. SERV. ⌊auct.⌋ Verg. ecl. 7, 21 ⌊Libethro ... primus -am tradidit et aram Musis consecravit⌋. Aen. 12, 394 scientiam indicat -ae, ⌊id est musicae⌋ (*cf.* 397). MACR. somn. 1, 19, 20 Ptolomaeus in libris tribus quos de -a composuit.

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *transfertur de musica*: **a** *ad animum corpusque*: Cic. Tusc. 1, 19 ut multo ante veteres, proxime autem Aristoxenus, musicus idemque philosophus, *animum esse* ipsius corporis intentionem quandam, velut in cantu et fidibus, quae -a dicitur: sic ex corporis totius natura et figura varios motus cieri tamquam in cantu sonos *eqs.* (*inde* Lact. inst. 7, 13, 9 opif. 16, 13. *cf.* Cic. Tusc. 1, 24. 41. Lvcr. 3, 100 *animum* habitum ... corporis esse, -am Grai quam dicunt. 3, 118 neque -ā corpus sentire. 3, 131 redde -ai nomen ad organicos (*i.* musicos) alto delatum Heliconi; sive aliunde ... traxere et in illam transtulerunt, proprio quae tum res nomine egebat *eqs.* [*cf.* Lact. opif. 16, 16 *sq.*]). Cens. 12, 5 p. 22, 20 et in corporis et in animi motu est -a. Rvfin. Orig. princ. 2, 10, 5. Avg. civ. 22, 24 p. 614, 24 D. *numeri mensurarum* quibus coaptatio, quae ἁρμονία Graece dicitur, ... totius corporis constat (22, 30 p. 631, 2 D. *cf.* serm. 243, 4, 4 quis enim novit ... quibus numeris coaptata *membra*? unde vocatur etiam -a; quod verbum dictum est de musica *eqs.*). Clavd. Mam. anim. 1, 8 p. 47, 6 corpus ex omnibus elementis ... aeternae illius musicae vix cogitabilibus modis atque -ae ratione permixtum (*cf.* 1, 21 p. 75, 19. Max. Tavr. serm. 86 p. 704^{B} -am viscerum iam silentem in veterem concentum spiritus vivificans animadvertit). *al. adde de duabus naturis, sc. divina et humana, in Christo coniunctis*: Pavl. Nol. carm. 20, 34.

b *ad caelum et mundum* (*in comparatione*: *l. 40; sine notione musicae de -a mundi p. 2536, 30 sq.; notione musicae attenuata infra l. 36. 47 sq.*): Cic. nat. 3, 27 ad -am canere mundum, ut Pythagoras existimat. Tim. 27 animus autem *caeli* oculorum effugit optutum; est autem ... rationis concentionisque, quae ἁρμονία (arm- *codd.*) graece, particeps. Vitr. 6, 1, 6 videtur mundi conceptio tota ... ad -am esse composita. Plin. nat. 2, 84 septem tonis (*i. intervallis siderum sec. Pythagoram*) effici quam diapason -am (-an *FR*) vocant, hoc est universitatem concentus (*cf.* Serv. Verg. Aen. 6, 645 Orpheus ... primus ... deprehendit -am, id est *novem* [*cf.* Mart. Cap. 7, 741] circulorum mundanorum sonum *eqs.*; e quibus summus ... sono caret, item ultimus *eqs.*; reliqui septem ..., unde uti septem fingitur chordis [*cf.* ecl. 7, 21. Gloss. *v. p. 2536, 18*]. Macr. somn. 1, 5, 15 [*v. l. 24*] ad ... caeli -am, id est concinentiam, hunc numerum [*sc. octonarium*] magis aptum esse. 1, 19, 22. Evstath. Bas. hex. 3, 3 p. 893^{A} *motum septem orbium* secundum quos ferri septem stellae ... concentum quemdam et -ae melos reddere dulce confirmant [*cf. etiam infra l. 45*]). Apvl. mund. 29 (*in comparatione*) ut in choris ... vulgus virorum et feminarum mixtis gravibus et acutis clamoribus unam -am resonant, sic divina mens mundanas varietates ad instar unius concentionis relevat (*cf.* Ambr. Noe 23, 82). Ps. Apvl. Ascl. 38 sonis in modum caelestis -ae concinentibus. Ambr. Abr. 2, 8, 54 Origenes ... planetarum stellarum quandam inenarrabilem motu -am esse suavissimi illius soni caelestis adserat. Macr. somn. 1, 6, 38 (*v. l. 24*) quod est inter aquam et aerem, -a dicitur, id est apta et consonans convenientia. 2, 17, 16 -ae superum pandit arcanum *Cicero*. Mart. Cap. 1, 11. Sidon. carm. 15, 71 -am dicens etiam quod quattuor istis sic sedeant elementa modis, ut pondere magnis sit locus inferior *eqs.* Cassiod. var. 2, 40, 15. Gloss.^{L} I Ansil. AR 475 (*v. p. 2536, 16*). *et al.*

c *ad rem publicam*: Cic. rep. 2, 69 (= Avg. civ. 2, 21 p. 80, 5 D.) quae -a a musicis dicitur in cantu, ea est in civitate concordia.

d *ad vitam*: Rvfin. hist. mon. 16 p. 437^{A} fistulas ... abiciens ... artem musicam in spiritualem commutans vitae mentisque -am.

B *singularia*: *i. q. cantus*: Prvd. cath. 3, 90 te ... nostra deus canet (canit *var. l.*) -a. Ps. Aug. serm. 208, 5$^{fin.}$ -a puerperae (*i. Mariae*) concrepet *eqs.* (6$^{in.}$ huic -ae moribus respondeamus). *fere i. q. sonus*: Rvfin. Basil. hom. 1, 2 p. 1726^{A} cithara ... ex inferiore parte aes ... habens resonat ...; psalterium vero -as de superioribus habere fertur aptatas et sonorum causas desuper dare. Prvd. perist. 10, 976 manere salvam vocis -am probe non posse (*i. loquendi facultas*). *cf. Onom.*

harmoniacus, -a, -um. *i. q. harmonicus* (*cf. e. g.* symphoniacus): Ven. Fort. epist. (carm. 3, 4) 9 te mihi Canobo (*i. gubernatore*) ... catus arte -a (arm- *codd.*) tutus inter Symplegadas ... exissem.

***harmonicus,** -a, -um, ἁρμονικός. *aspiratur* Ps. Cens. frg. 11, 1 p. 64, 12 *cod. D* (*s. VII*), ar- *cod. V* (*s.* X); h *saepe deest (nota cod. s. VI l. 79), omnibus fere locis* Chalc. Mart. Cap. (*exceptis* 1, 27. 2, 117. 9, 936). Boeth. [*per coniect.*: Vitr. 5, 4, 1 (*v. p. 2538, 23*). Amm. 22, 16, 17 (*v. p. 2536, 80*).] **1** *i. q. ad harmoniam pertinens*: **a** *generatim*: Varro ling. 10, 64 *analogias* observant in aedificiis et signis faciendis ceterisque rebus artifices, e quis vocantur aliae -ae (arm- *codd.*), sic item aliae nominibus aliis (*ad* iuncturam ‘analogiae -ae’ *cf. infra l. 79*). Plin. nat. 1 ind. 113 -a mundi ratio (nat. 2, 248 -a ratio, quae cogit rerum naturam sibi ipsam congruere *eqs.* *ad iuncturam* ‘-a ratio’ *cf. infra l. 82*). Agenn. grom. p. 65, 5 geometrica analogia aut -a (arm- *codd.* armoniaca *cod. B* [*s. VI*]) aut arithmetica (*cf.* Chalc. comm. 32 disciplinis geometrica, arithmetica, -a [*cf.* Boeth. arithm. 2, 2 p. 80, 7. mus. 1, 15 p. 200, 24 -ae inventionis disciplina]. 48 descriptio ... -a. 55 deque divisione ... iuxta rationes -am, arithmeticam, geometricam facta [267]. 140 secat ... -is et arithmeticis et geometricis medietatibus. Boeth. mus. 5, 2 p. 352, 6 sensus ac ratio facultatis -ae quasi instrumenta sunt. p. 354, 16 -a vis habet duas iudicii partes. 5, 3 p. 354, 25 regula. 5, 6 p. 357, 7 arti. Cassiod. art. 5 p. 1210^{B} tonus est totius constitutionis -ae differentia et quantitas). Mart. Cap. 1, 27 superi autem globi ... suavis cuiusdam melodiae -is tinnitibus concinebant. 2, 107 omniaque mela -orum distributione conquirit *quaternarius numerus*. 2, 117 hydraularum -a ... plenitudo. 9, 906 -is dissultantes motibus. Boeth. arithm. 1, 1 p. 12, 2 -is modulationibus motus ipse celebratur astrorum (*cf.* Cassiod. anim. praef. p. 1280^{D} *sidera* -is delectationibus inaestimabili modulatione volvuntur). Cassiod. anim. 2 p. 1285^{C} anima autem non est -a neque constat ex pluribus. 9 p. 1295^{A} -a dispositio *animalis*. **b** *specialia*: **α** *presse*: Mart. Cap. 9, 994 in -is (enarmonices *pars codd.*) eos superius memoravi (*i. in parte libri quae est de -is*). **β** *c. dat. i. q. concors, analogos*: Fvlg. Virg. cont. p. 91, 19 septenum arithmeticum numerum -um (arm- *codd.; glossa supra* arm-: coniunctum) esse partui.

2 *pro subst. (cf. etiam l. 5. 12) in doctrina musicae*: **a -us,** -ī *m. i. q. vir -ae rationis peritus*: Chalc. comm. 40. Boeth. mus. 5, 3 p. 355, 8 id enim secundum Ptolomaeum -us videtur intendere, ut id quod sensus indicat, ratio quoque perpendat (*cf.* p. 355, 11). **b -a,** -ae *sive* (*sec. gr.* ἁρμονική): **-ē,** -ēs (*v. l. 22 sqq.*: Vitr. 5, 3, 8. 5, 4, 1) *f., sc. ars vel ratio*: Vitr. 5, 3, 8 theatrorum per -en ad augendam vocem ratiocinationes ab antiquis sunt constitutae. 5, 4, 1 -e (*sic Marini, editores.* harmonia *codd.*) autem est musica litteratura obscura et difficilis. Frg. Cens. 11, 1 p. 64, 12 *musicae* partes: -a, organica, rhythmica *eqs.* (*sim.* Isid. orig. 3, 19, 1. 3, 20, 1). p. 64, 14 -a (harmonia *Hultsch*). Mart. Cap. 9, 936 quae ... ad melos pertinent, -a dicuntur, quae ad numeros, rhythmica, quae ad verba, metrica (Isid. orig. 3, 18, 1. *al.*). 937. 938 -a habet partes disputationis septem *eqs.* Boeth. mus. 5, 2 p. 352, 1 (*cf.* 5, 3 p. 354, 27. 355, 6). p. 352, 4 -a est facultas differentias ... sonorum ... perpendens. Isid. orig. 3, 20, 2. *et al.*

?harm⟨on⟩izātus, -a, -um. [*si recte conicitur, ad exempl. vocis gr.* ἁρμονίζω. *J. B. H.*] *si codd. lectio* armizatis *probatur, ex gr.* ἁρμόζω *fictum ad exemplum verborum in -ίζω desinentium (v. Funck, ALL 4, 1887, 319 et G. Stählin, Skandalon, 1930, p. 426).* Gloss. (Steinmeyer-Sievers, Ahd. Gloss. I 417, 3 *ad II reg. 6, 14*) armizatis: preciosis. geziuchaften (*quasi sit* armatis), *sim. coniectura probata i. q. in harmoniam redactus*: Itala II reg. 6, 14 (Sangerm. 7 *et* Corb. 3 et armigatis, Sangerm. 9 armigatis, Legion. [*in marg.*] armizatis; *de codd. v. Sabatier ad l.; Vercellone Var. lect. II 344 sq.*) et David percutiebat in organis (h)arm⟨on⟩izatis (ἀνεπρούετο ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις ἐνώπιον κυρίου. *aliter* Vvlg. *sec. hebr.* saltabat totis viribus ante dominum. *Italae et Vulgatae lectiones coniunctas habet* Ambr. in psalm. 118 serm. 7, 27, 1 vidit eum [*sc. David*] ... saltantem et percutientem in organis (h)arm⟨on⟩izatis [armizatis, armigatis *sim. codd.*].)

harpa, -ae *f.*, [*vox germanica, cf. theod.* Harfe; *v. Walde*^{3} *s.* carpo. *J. B. H.*] *genus lyrae falcis modo incurvum, apud barbaros usitatum*: Mart. Cap. 2, 197 -is (arp- *codd.*) bombisque perterrita ... diffugit. Ven. Fort. carm. praef. 5 barbaros leudos -a (arp- *codd.*) relidens. carm. 7, 8, 63 Romanusque lyra, plaudat tibi barbarus -a (harpa, harpha, pharpha *sim. codd., sed non* arpa).

harpaga, -ae *f.*, ἁρπάγη. *i. q. harpago*: Sisenna hist. 82 falces iniectas comminuunt, pluteos propius conlocatos (-is *trad.*) -is (arpagiis *trad.*) deiciunt. Non. p. 556 falces et -ae (arp- *codd.*), armorum genera murorum oppugnationi apta (*seq. frg. supra l. 52*).

harpagion, ἁρπάγιον. *genus collyrii*: Inscr. ocul. (CIL XIII 10021) 90 *illius* harpag(ion *vel* -ium) ad lipp(itudinem). 93.

1. harpago, -ōnis (*m. his locis*: Itala exod. 38, 23 [Lugd.; *v. p. 2539, 7*]. Veg. mil. 2, 25 [*v. l. 80*]. Gild. Brit. 34 [*v. p. 2539, 12*]). [*ex gr.* ἁρπάγη *vel* *ἁρπαγών. *J. B. H.*]. *scribitur in codd.* harp- *et* arp-; *nota aspirationem*: Plavt. Trin. 239 a *cod. A*. Liv. 30, 10, 16 *cod. P (s. VI/VII) (e silentio edit.)*; arp-: Vlp. dig. 33, 7, 12, 21 *F* (*s. VI/VII*). Itala exod. 38, 23 (Lugd. *s. VI/VII*). num. 4, 14. *sing. excepto unico loco* Plavt. Trin. 239 a (*v. infra p. 2539, 10*) *non invenitur. acc. plur. Graeco more in* -as *desin., v. infra l. 78. 80. p. 2539, 2 (?).* Gloss.^{L} Corp. A 756 awel *vel* clawo (*anglos.*). II Philox. AR 45 χρεάγρα. *legitur inde a* Plavto. [*dub.*: Nepotian. 8, 10 *Hamilcar* in urbem -bus (arp- *cod.*) raptus est (*fort. male intellecto Val. Max. 1, 7 ext. 8* in urbem uinctū pertraxerunt, *v. adn. Kempfii ad l.* Nepotiani). *ex coniect.*: Cvrt. 4, 3, 24.]

i. q. instrumentum aduncum ad capiendas vel extrahendas vel disiciendas res aptum: **A** *proprie*: **1** *de usu bellico* (*syn.*: ‘manus ferrea’ Cvrt. 4, 2, 12 [*v. infra l. 78*], ‘lupus’ Veg. mil. 2, 25 [*l. 81*]; *a* ‘manu f.’ *dist.*: Caes. civ. 1, 57, 2 [*l. 83*]. Plin. nat. 7, 209 [*p. 2539, 1*]). **a** *in pugnis terrestribus ad munitiones sim. disiciendas*: Caes. Gall. 7, 81, 1 magno cratium scalarum, -um (arp- *codd.*) numero effecto ... ad ... munitiones accedunt. Bell. Hisp. 16, 2 extulerunt ... -es ad casas ... diruendas *eqs.* Cvrt. 4, 2, 12 ferreae quoque manus — -as vocant — quas operibus hostium inicerent, corvique ... et alia tuendis urbibus excogitata. Veg. mil. 2, 25 p. 60, 19 ferreos -as (arpationas, arpationes, arpagones *codd.*), quos lupos vocant. **b** *in pugnis navalibus ad naves hostium capiendas*: Caes. civ. 1, 57, 2 hi manus ferreas atque -es paraverant. Liv. 30, 10, 16 asseres ferreo unco praefixi — -es vocant — ex Punicis navibus inici in Romanas coepti.

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLIN. nat. 7, 209 -es et manus Pericles Atheniensis *addidit*. VEG. mil. 4, 44 p. 162, 15 praeter falces et -es (arp- *codd.* -as A_2) aliaque navalia genera telorum. **2** *ad usum domesticum*: **a** *ad extrahendas res ex puteis, sim.*: VLP. dig. 33, 7, 12, 21 canales et -es et ⟨h⟩amas instrumento contineri constat. **b** *ad eximendas ex aheno carnes, i. q. gr.* κρεάγρα: ITALA exod. 38, 23 (Lugd.) fecit omnia vasa arae ... et -es aereos (*gr.* κρεάγρας, *aliter* VVLG.). num. 4, 14. GLOSS. (*v. supra p. 2538, 67*).

B *translate*: **1** *de Amore quasi rapaci et fure* (*cf. c. gr.* ἁρπάζειν): PLAVT. Trin. 239 a blandiloquentulus, -o, mendax. **2** *de unguibus avium rapacium*: GILD. Brit. 34 chron. III p. 45, 22 saevosque rapidi -es accipitris ... vitantem *columbam*.

2. harpago, -āvī, -ātum, -āre. *cf. c.* 1 harpago *et gr.* ἁρπάγη, ἁρπάζω. *nota aspirationem*: PLAVT. Pseud. 139. 957 *cod. A*. *i. q. surripere, clepere*: PLAVT. Aul. 201 aurum mihi intus -tum est. Bacch. 656 improbis cum improbus sit, -et furibus. Pseud. 139 rape, clepe, tene, -a *eqs.* 957 nihil ... -vit praeter cyathum *eqs.* VICT. VIT. 3, 63 ut et animas perderet et substantiam -ret (arp- *cod. a*, vel arriperet *suprascr.*, arriperet *β*).

1. ⟨h⟩arpaston, ἁρπαστόν. *genus collyrii*: INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 153 Nigrini -on ad recent(em) lippitudinem *eqs.* 196 (*?*).

2. harpastum, -ī *n.*, ἁρπαστόν. *genus pilae* (*ad rem v. Schneider, RE VII 2405*): MART. 4, 19, 6 -a manu pulverulenta rapis (*cf.* 7, 32, 10). 7, 67, 4 -o ... subligata ludit *Philaenis*. 14, 48 tit.

harpax (-agis), ἅρπαξ. *scribitur in codd.* harp- *et* arp-, *nota aspirationem* PLAVT. Pseud. 654. 1010 *cod. A*; arp- CIL IX 6089, 1. X 8070, 8. *acc. sing. gr. decl.* -aga PLIN. nat. 37, 37 (*inde* ISID. orig. 16, 8, 7; *v. infra l. 37*). **1** *per iocum de hominibus, i. q. rapax, fur*: PLAVT. Pseud. 654 apage te Harpax ..., ... haud ibis intro, ne quid -x feceris. 1010 tun' es is Harpax? :: ego sum, atque ipse -x quidem. CIL IX 6089, 1 -x (X 8070, 8 [*v. etiam* INSCR. Dessau 8625, 19 *adn.*]; *in tesseris lusoriis*). **2** *de rebus*: **a** *de sulpure*: PLIN. nat. 35, 176 aufert *sulpur* et lichenas faciei ...; -x (harpacticon *vett. edd.*) ita vocatur a celeritate praebendi (*B*; praevelli *vel* -endi *rell. codd.*), avelli enim subinde debet. **b** *de sucino*: PLIN. nat. 37, 37 in Syria quoque feminas verticillos inde (*e sucino*) facere et vocare -aga, quia folia paleasque et vestium fimbrias rapiat (*inde* ISID. orig. 16, 8, 7). **c** *i. q. harpago* (*v. supra l. 3*): ISID. orig. 20, 15, 4 lupus ... ferreus -x (arp- *codd.*), quia si quid in puteum decidit, rapit et extrahit ...; -x (arp- *codd.*) autem dictus quia arripit *eqs.*

harpazomenē CAECIL. com. tit.

harpē, -ēs *f.*, ἅρπη. *scribitur in codd. et* har- *et* ar-. *de declinatione: acc. sing.* -en: OV. met. 5, 69 LVCAN. 9, 662. 663. 676 VAL. FL. 4, 390. 7, 364. *al.* *abl. sing.* -e: OV. met. 5, 176 SIDON. carm. 7, 35. 23, 297 (-ĕ). *de notione, si lectioni codd. fides*: ISID. orig. 20, 15, 4 -e (arpe *codd.*) ... Graece rapere. GLOSS. arpis est falcastrum. aripus gladius falcatus. [*per coniect.*: PLIN. nat. 10, 204 ⟨-e⟩ et triorchis accipiter *inimici* (*vix recte Mayhoff*).] **1** *res falcis modo incurva*: **a** *i. q. falx, culter*: VAL. FL. 7, 364 prima Hecate Stygiis duratam fontibus -en intulit *eqs.* **b** *i. q. ensis ad falcis exemplum curvus, ensis hamatus vel falcatus* (*syn.* falx, *v. vol. VI 206, 42 sqq.*): OV. met. 5, 69 vertit in hunc -en spectatam caede Medusae *Perseus* ... adigitque in pectus. 5, 176 Cyllenide ... -e. LVCAN. 9, 662 *sq.* Cyllenida sustulit -en *Perseus*, -en alterius monstri iam caede rubentem. 9, 676. VAL. FL. 4, 390 celerem ... exigit -en *Mercurius*. SERV. Verg. Aen. 7, 732 falcatus autem ensis est -e, qua usus est Perseus *eqs.* (*cf.* SERV. auct. Verg. Aen. 9, 503 -en, id est curvum gladium in modum falcis, a Perseo inventam multi dixerunt). ADNOT. Lucan. 9, 662 '-en Cyllenida' id est Mercurii gladium, qui graece sic appellatur. SCHOL. Germ. Bas. p. 82, 14 (*de Perseo*) accepta talaria et -en[a] a Mercurio. p. 82, 15 -en adamantinam ... a Volcano ... eum accepisse (*cf. Catast. 22, item* p. 83, 9 caput *Persei sideris* ... et -e[s] singulis stellis ⟨non⟩ nota⟨n⟩tur). SIDON. carm. 7, 35 convenere etiam caelum virtute tenentes ... Perseius -e. 23, 297 Perseia virgo ... luditur -ĕ coniugali. **2** *genus vulturis* (GLOSS.^{L} Corp. A 759 arpa earngeat [*anglos.; cf. Hessels, Gloss. Leid. p. 64 s.* arpa]): PLIN. nat. 10, 204 *inimici sunt* aquaticae brenthos (ventos *codd.*) et gavia et -e (*de sententia seq. v. Mayhoff app. crit. ad l., cf. supra l. 47*). 10, 207 *sunt amici* -e et milvus contra triorchin. *adde nomen animalis incerti*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 9 arpe.

hars *v. vol. II 579, 3.* **haruga** *v.* hariga.

(**harula**) *v. p. 2525, 45.* **harum** *v.* aros.

harundifer, -a, -um *ab* harundo *et* ferre (*cf. Stolz-Leumann*^{5} *p. 248 § 178 C a β*). *i. q. harundines ferens*: OV. fast. 5, 637 Thybris -um medio caput extulit alveo.

harundināceus, -a, -um *ab* harundo. *i. q. ad harundinem pertinens*: PLIN. nat. 18, 58 frumentis folium -um.

harundinālis, -e *ab* harundo. *i. q. ad harundinem pertinens*: SERV. ecl. 5, 48 in -es calamos verti *Calamum* iussit *Iuppiter*. *adde* Ps. DIOSC. Vind. 3, 154 p. 161, 13 *πήγανον ἄγριον ... Ῥωμαῖοι ... ἀρουνδινάλεμ* (*cf. [?] s.* harundo *p. 2540, 83*).

harundinārius, -ī *m. ab* harundo. *i. q. negotiator harundinum* (*v. ad rem Ruggiero, Diz. epigr. s. v.*): CIL VI 2, 9456 A. Aemilius A. L. Nicepor -us.

harundinētum, -ī *n. ab* harundo. *de aspiratione v. s.* harundo *infra l. 54 sqq. adde*: harundinetum VLP. dig. 7, 1, 9, 7 *bis*. 33, 7, 12, 11 F^2. ar- F^1. *in titulo*: CIL VI 4, 29847 har-. CHAR. gramm. p. 457, 57 B. -um *καλαμών* (GLOSS.). *i. q. locus harundinibus consitus* (*notionem metaphor. v. infra l. 15*): **1** *generatim*: LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) 37 circa fontes ... -a tollantur, excidantur *eqs.* VELL. 2, 19, 2 *Marius* extractus -o circa paludem Maricae. PLIN. nat. 10, 23 *homines* ex silvis et -is excitant aves *eqs.* 10, 90 minores *alcyones* in -is canunt. 32, 75. SVET. Nero 48, 3 *Nero* per -i semitam ... evasit. VLP. dig. 7, 1, 9, 7 ne ex eo vendat, nisi forte ... ei ... -i usus fructus sit legatus *eqs.* 33, 7, 12, 11. AMM. 18, 7, 5 inter -a Mesopotamiae et frutecta leones vagantur innumeri. VVLG. Ios. 16, 8 pertransit *terminus* contra mare in vallem -i (*cf.* 17, 9). sap. 3, 7 fulgebunt iusti et tamquam scintillae in -o discurrent. AVIAN. fab. 16 tit. *adde: sensu metaphorico fere i. q. pharetra harundinum (i. sagittarum) plena*: MART. CAP. 9, 917 tenerumque -um nostrum in melos reliquit *Cupido*.

2 *speciatim*: **a** *de natura, locis, cultu*: CATO agr. 6, 3 ibi cacumina populorum serito et -um. 6, 4 convenit -um cum corruda, eo quia foditur *eqs.* salicem Graecam circum -um serito. VARRO rust. 1, 23, 5 idoneus locus eligendus, ubi facias salictum et -um *eqs.* 1, 24, 4. COLVM. 1, 2, 3 campus in ... -a digestus aedificio subiaceat. 4, 32, 2 *sqq.* 11, 2, 19 -a nunc ponere *eqs.* PLIN. nat. 1 ind. 33. 16, 168 *Orchomenia -a.* 17, 144 dilutiore ... solo gaudet. 19, 148. 23, 27. **b** *de usu*: *α ad vinearum iuga et pedamenta*: VARRO rust. 1, 8, 3 secundum *genus iugorum maxime quaerit* -a. 1, 8, 4 tertium genus *pedamenti*, quod horum inopiae subsidio misit -um. COLVM. 4, 30, 2. *β varia* (*cf. etiam supra l. 11*): PLIN. nat. 16, 168. 19, 145 quomodo eas (*asparagos*) iuberet Cato in -is (harundineis *codd.*) seri.

harundineus, -a, -um *ab* harundo. *aspiratur in antiquissimis codd.*: VERG. georg. 4, 265. Aen. 10, 709 (*e sil. edit.*). ar- *sec. ordinem alphab.* CLOAT. (*v. infra l. 48*). **1** *i. q. harundine confectus*: VERG. georg. 4, 265 mellaque -is inferre canalibus. COLVM. 8, 11, 3 -a septa. AVSON. 393, 6 p. 245 P. -is ... pergula tectis. VVLG. apoc. 21, 15 habebat mensuram -am auream (*cf. etiam infra s.* harundo *p. 2544, 34*). CLAVD. carm. min. 49, 22 emicat horror aquis et ... transit -os ... nodos *eqs.* **2** *i. q. harundinibus consitus* (*nota metonymiam l. 43*): VERG. Aen. 10, 709 aper ... silva pastus -a (CARM. de aegr. Perd. 51). STAT. Theb. 6, 274 -ae recubans super aggere ripae. NEMES. cyn. 55 segetes. IVVENC. 2, 529 cur ... voluistis visere ... stramen -um vento vibrante moveri (*cf. infra s.* harundo *p. 2541, 80*). AVSON. 325, 6 p. 110 P. inter -asque comas *eqs.* VEN. FORT. Mart. 3, 7 litus. *adde sensu metonymico*: STAT. Theb. 5, 533 fixus vexit -am centeno vulnere silvam (*i. multitudinem sagittarum*). **3** *i. q. ad -es pertinens* (*nota metonymiam l. 49*): PLIN. nat. 8, 117 *cornua* teneris increscunt ferulis -as in paniculas. 18, 55 *milium* -um culmo. 24, 150 *dracontion* folio maiore ..., radicis -ae. CLOAT. Macr. Sat. 3, 20, 1 *ficus* Africa, albula, -a (har- *codd.*), asinastra. GLOSS. ferula: baculus -us *eqs.* *adde sensu metonymico*: OV. trist. 4, 1, 12 pastor -o carmine mulcet oves.

harundinōsus, -a, -um *ab* harundo. *i. q. harundinibus consitus*: CATVLL. 36, 13 *Venus* quae ... Ancona Gnidumque -am colis.

***harundo,** -inis *f.* [*orig. inc.; si* h *additicium est, fortasse cf. c. gr.* ἄρον 'genus radicis vel calami' (*ut* nebrundines *c. gr.* νεφροί); *v. Fick, GGA 1894, 231. J. B. H.*] *de forma: aspirandum*: CASSIOD. *ex Eutyche* gramm. VII 201, 20. *in titulis aspiratur*: CIL XIV 2382 (*s. I vel II p. Chr. n.*). MENOL. Colot.-Vall. Ian. (CIL I^2 p. 280) salix, -o caeditur. Colot. Febr. -es incendunt(ur). Vall. Febr. -o incendit(ur) (*s. I med. p. Chr. n. sec. Huebner, Exempla nr. 979*). *in codd. tam* har- *quam* ar-, *in antiquissimis plerumque ut vid.* har-: PLAVT. Stich. 289. 347 *A P.* VERG. *codd. s. IV/VI* (*saep. e sil. edit.*) ecl. 6, 8. 7, 12. georg. 2, 414. 3, 15 (ar- *F*). 4, 478. Aen. 4, 73. 5, 525. 544. 7, 499. 8, 34 (ar- *R*). 10, 205. 12, 387. *et al.* VEN. FORT. carm. 2, 2, 19 *Leo (index I s. v.) et L. Mueller (de re metr.*^{2} *391) postulant* har-, *quod hac ratione producatur antecedens syllaba.* *de prosodia*: PRISC. gramm. II 123, 7 nec non omnia in '-do' desinentia, ... paenultimam n habentia producunt eam natura vel positione, ut hirundo, harundo, hirudo (GRAMM. suppl. 111, 14). *de genere*: DVB. NOM. gramm. V 580, 11 -o generis feminini, ut illud evangelii: -em quassatam. *de numero: sing. plerumque invenitur, saepissime sensu collectivo ut* VERG. ecl. 7, 12 georg. 4, 478 MORET. 61 TIB. 2, 5, 31 OV. am. 1, 7, 55 *al.*; *plur. inde a* PLAVTO Rud. 294 *passim (nonnulla exempla ap. Neue-Wagener I*^{3} *p. 614). de notione et etymologia*: ISID. orig. 17, 7, 58 -o dicta, quod cito arescat *eqs.* AGROEC. gramm. VII 122, 18 -o canna est ab ariditate dicta, herundo avis quae tignis adhaeret (ISID. diff. app. 129, *ubi etymologia deest et pro* her- *legitur* hir-). *de synon.*: COMMENT. Lucan. 5, 517 cum omnes -em dicant, hic cannam dixit secutus Varronem (*i. Atacinum? v.* frg. 20^a M.) sicut et Ovidium (*cf.* GLOSS. *p. 2543, 82; falso ut vid.* [*v. Goetz GGA 1908, 823*]: ISID. orig. 17, 7, 57 veteres cannam ...; -em ... Varro). *redditur vocab. gr.* κάλαμος *in* ITALA *et* VVLG. (*cf. etiam* CHAR. gramm. p. 454, 12 B. -o κάλαμος; *v. et infra l. 82*). GLOSS. -o δόναξ, κάλαμος. GLOSS.^{L} I Ansil. HA 102 canna, quod est calamus. *al.* Ps. DIOSC. Vind. 4, 100 p. 256, 13 ποταμογείτων ... ταρουνδουμινους (ἀρουνδινάλις μίνορ *ci. Wellmann*). NOT. Tir. 105, 74.

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legitur inde a PLAVTO, *frequenter ap. poetas* (*deest* TER. CATVLL. LVCR.) *et scriptores artium* (CATO [quater]. VARRO. VITR. CELS. COLVM. PLIN. *al.*), *raro ap. ceteros scriptores* (*singulis locis* CAES. BELL. Afr. VAL. MAX. PLIN. epist. *binis* SEN. epist. MELA. SVET. *trinis* LIV. APVL. 7*ies* DIG. 8*ies* PETRON.; *saepius* ITALA. VVLG. ECCL.; AMM.), *deest* CIC. QVINT. TAC. [*falso trad.*: PLIN. nat. 31, 44 in.. *confunditur nonnumquam cum* hirudo (APVL. apol. 8) *et* hirundo, *e. g.* PLAVT. Bacch. 51 (hir- *FZ*, har- *vel* ar- *cett.*). SER. SAMM. 1083 (har- *A: s. IX*, hir- *B: archetyp. codd. s. IX/X*, er- *e: s. IX*). MISC. TIR. 65, 28 (*ALL 10, 1898, 266*). *cf.* PROB. app. 165 hirundo non -o (*sic Heraeus, ALL 11, 1900, 324, qui formas Romanicas [v. ALL 1, 1884, 243] confert; contra W. A. Baehrens [App. Probi, 1922, p. 7. 53]*, hirundo non herundo [*v. etiam p. 2540,74*] *legit*)].

I ***herbae genus,*** *i. q. arundo donax L. aliaeque species* (*nota exempla usus metaphor. p. 2542, 18 sqq.*):

A *de natura, speciebus, locis, cultu*: **1** *de natura* (*v. imprimis* PLIN. nat. 16, 163 [*cf. l. 23*]): PLIN. nat. 9, 56 -es quamvis in palude prognatae, non tamen sine imbre adolescunt. 12, 124. 13, 122 quaedam *ferulae* vero inanitatem *ligni loco habent*, ut -es. 15, 70. 16, 90 longa *folia* (*cf. etiam l. 24*) -i. 16, 125 quae dividuis in ramo natura est, haec ... -i in geniculo. 16, 126 membranaceus *cortex* -i. 16, 156 *-es* inter ea quae frigidis gaudent et aquaticos frutices dixisse conveniat. 16, 163 -o omnis ex una stirpe numerosa, atque etiam recisa fecundius resurgit. radix natura vivax, geniculata et ipsa. folia Indicis tantum brevia, omnibus vero *eqs.* latera *eqs.* 16, 184. 18, 122. 24, 86. 27, 115. *adde de -is surculis corpori infixis*: CELS. 5, 26, 35 pessima ex surculis -o est, quia aspera est. PLIN. nat. 20, 55. 30, 122.

2 *de speciebus* (*v. imprimis* PLIN. nat. 16, 156 *sqq.* 164 *sqq.* [*cf. infra l. 36*].): VARRO AT. carm. frg. 20 Indica non magna minor arbore crescit -o. illius e lentis premitur radicibus umor, dulcia cui nequeant suco contendere mella (*cf. locos l. 35 sq. p. 2542, 48. 75 sqq. de -e Indica collatos*). MELA 2, 82 *in Gallia apud Salsulae fontem* campus minuta -e gracilique perviridis. PLIN. nat. 16, 158 nostratibus fungosior subest natura, cartilagine bibula ..., fissilis, praeacuta semper acie. 16, 162 -i quidem Indicae arborea amplitudo, quales vulgo in templis videmus. differre mares ac feminas ... Indi tradunt *eqs.* 16, 164 *sqq.* plura autem genera: alia spissior densiorque geniculis, brevibus internodiis, alia rarior maioribus, tenuiorque et ipsa *eqs.* differentias faciunt et folia *eqs.* 16, 167 est et obliqua -o, non in excelsitatem nascens, sed iuxta terram fruticis modo se spargens *eqs.* 24, 86.

2 *de re hausta: fere i. q. liquor, aqua (ea tantum exempla hic collocavi, quae ad B 1 b referri non possunt)*: PLIN. nat. 1, 31, 17 per triduum calentes -us (31, 20 sunt ... in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorum -us triduo fervet). 2, 227 dulcis -us in mari plurimis locis (4, 79. 6, 51 -um ipsius maris dulcem esse *eqs. aliter supra l. 14*). HEGES. 3, 26, 1 p. 233, 20 U. purior -us eius (*lacus*) ac mollior ad usum bibendi. MART. CAP. 1, 92 qualis sit numerus marmoris (*i. maris*) -bus. VEREC. satisfact. 6 palpebris ... cadat dulcis manantibus -us (*de fletu*). *specialia: fere i. q. (maris) aestus*: ITIN. Alex. 51 repente cum flatu violento rèdiens -us Oceani solito vehementior. *de oleo*: STAT. Theb. 6, 575 Palladios non inscius -us incubuit. *i. q. particula (haustae harenae)*: OV. met. 13, 526 tibi ... matris contingent fletus peregrinaeque -us harenae (*cf.* STAT. Theb. 10, 427 angusti puero date pulveris -us). *in imagine (de oculis Oedipodis effossis) fere i. q. inferiae, libatio*: SEN. Phoen. 175 timida *manus* tunc parvo caput libavit -u *et* ... eduxit oculos. *metaphorice quasi de fonte lucis ecclesiae*: INSCR. christ. Diehl 55, 7 (= CE 1394) splendificum ... iubar radianti carperet -u, ex quo vivificus fulgur ubiq(ue) fluit.

B *praevalet notio bibendi vel devorandi* (NON. p. 453 bibere recte dicta omnia quae -us habent, ut animalia et terrae. *singulariter fere i. q. voluptas*: APVL. Plat. 2, 4. *devorandi notione debilitata de frigore aquae* [*cf. p. 2569, 20*]: VAL. MAX. 3, 8 ext. 6): 1 *de liquidis*: a *i. q. actus bibendi (de luna mare 'hauriente'*: PLIN. nat. 2, 213; *de liene*: APVL. Plat. 1, 15): LVCR. 2, 453 papaveris -us itemst facilis quasi (quod *codd.*) aquarum (*ad A 2 [supra l. 20 sqq.] locum refert Bailey, ClRev. 28, 1914, 103, post alios*). OV. fast. 3, 274 saepe, sed exiguis -bus inde bibi (*cf.* VAL. MAX. 2, 6, 8 cupido -u ... traxit potionem. APVL. met. 10, 5 continuo. 10, 16 uno. RVT. NAM. 2, 6 modicis -bus. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 24 potus ... neque maioribus -bus hauriendus. ISID. Goth. 61 chron. II p. 292, 1). VAL. MAX. 3, 6, 6. PHAEDR. 1, 1, 8 a te decurrit ad meos -us liquor (*cf.* IVL. VAL. 2, 24 cum id *poculum* iam -ui admovisset *Alexander*). SEN. nat. 4, 13, 4 hoc quod illa (*natura*) fluere ... omnibus voluit, cuius -um vitae publicum fecit *eqs.* Ps. QVINT. decl. 8, 15 p. 159, 29 experiri potionis -us. OPTAT. 6, 1 p. 143, 15. PRVD. perist. 10, 984 *hominis cui lingua desecta erat* -us ... patentes inspice *eqs.* (*cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 3, 15 partibus quae -um negant, vel ori vel naribus). CLAVD. MAM. epist. p. 205, 9. *accedit ad gustandi vel gustus notionem*: PLIN. nat. 14, 32 *vitem* non tam fecundam sed gratiorem -u (SOL. 14, 1 Hypanis ... purus et -u saluberrimus. *cf.* PLIN. nat. 5, 13 flumen ... marino -u. PROB. Verg. georg. 1, 18 aquam salsi -us). 31, 40 quae sint -u frigidissimae, non perinde et tactu esse (31, 42 quantum Virgo *rivus* tactu praestat, tantum praestet Marcia -u. CLAVD. carm. min. 26, 31. *cf.* FRONTO p. 154, 16 N. idem *fructus vitis* dulce esu, idem -u iucundum. PANEG. 7 (6), 22, 2 *aquae calentis* ... -u et odore sinceritas).

b *de liquoribus qui bibuntur vel devorantur: i. q. potio sim. (fere accedente actionis notione* [*cf. theod. 'Schluck, Trunk'*]): *α proprie*: OV. met. 4, 118 (*de veste*) accipe nunc ... nostri ... sanguinis -us (STAT. Theb. 4, 607. SOL. 15, 16 *al.*). 6, 356 -us aquae mihi nectar erit (LIV. 35, 17, 8 Persas cum aquam terramque ab Lacedaemoniis petierint, gleba terrae et -u aquae eguisse [*cf.* CVRT. 3, 10, 8]. VAL. MAX. 1, 8 ext. 18. PLIN. nat. 2, 191 *Pherecydes* -u aquae e puteo praesensisse ... terrae motum. TAC. hist. 2, 49 med. *et al.*). 7, 450 pro te ... vota publica suscipimus, Bacchi tibi sumimus -us. SEN. Phoen. 221 laticis. benef. 4, 28, 1 fontium. LVCAN. 3, 345 undarum. 4, 311. PLIN. nat. praef. 24 lactis gallinacei (*cf.* 7, 44 lactis. *al.*). SIL. 13, 576. STAT. silv. 3, 1, 26 nectaris. PS. QVINT. decl. 5, 15 p. 103, 1 cibos, -us ... fames fastidit. 8, 20 p. 164, 25 reficiebatur miser -bus (*cf.* SER. SAMM. 649 NEMES. cyn. 221 *al.*). *al.* SVET. frg. 86 p. 95 veneni. *al.* FIRM. math. 8, 9, 4 poculorum. *et saepe. hauriunt inanima*: AMM. 23, 6, 86 *margaritae* pro qualitate -uum figurantur. PRVD. apoth. 682 vice distincta largos lacus accipit -us. PRISC. periheg. 582 lapis *gagates* ardescens -u perfusus aquarum. *β in imagine vel translate: in imagine fontis Musarum sim.*: LVCR. 1, 412 largos -us e fontibus magnis lingua meo suavis diti de pectore fundet. HOR. epist. 1, 3, 10 Pindarici fontis qui non expalluit -us, fastidire ... rivos ausus apertos. STAT. Ach. 1, 8 silv. 1, 4, 27. LACT. inst. 1, 1, 22 mittemus eos ad ipsum doctrinae uberrimum ... fontem, cuius -u atque potu conceptam visceribus sitim sedent. OPT. PORF. epist. ad Constant. 3 Castalii fontis -u versifico (MART. CAP. 6, 654 Libethris poetici -us). AVIEN. orb. terr. 262. PAVL. NOL. carm. 15, 44 roris, Christe, tui vivos precor aridus -us. 22, 159. *translate (sine imagine fontis)*: VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 neque *virtus* -um sui cum aliquo personarum discrimine largum malignumve praebet. PLIN. nat. 31, 7 noscatur ... ministeriorum -us ex illa maiestate ingenii *Ciceronis.* QVINT. inst. 12, 2, 31 hinc ... ille iustitiae -us bibat (*cf.* 12, 10, 70 non ex isdem -bus iram et misericordiam petet). CHALC. comm. 176 bonitatis. SYMM. epist. 9, 88 (83), 3 facundiae. *al.* BOETH. cons. 2, 1, 7. 4, 6, 58 W.

2 *de aliis rebus (plerumque et actum hauriendi et rem haustam significat [cf. theod. 'Schluck, Zug']. de luce solis a luna hausta*: PLIN. nat. 2, 46): a *hauriuntur aer, fumus sim.* (-us *fere i. q. spiritus: infra l. 30 sqq.; de actu respirandi: l. 34*): SEN. Oed. 220 dies (*nom.*) -us ... tutos aetheris puri dabit. Phaedr. 1043 nares *tauri* hiulcis -bus patulae fremunt. nat. 6, 16, 1. CVRT. 5, 5, 19 alium domi esse caeli -um, alium lucis aspectum (*cf.* COD. Theod. 9, 40, 22 [*a. 414*] aurae communis -u et lucis aspectu ... privati sunt). PLIN. nat. 2, 103 tot animalium -us spiritum e sublimi trahit. 26, 30 in singulos -us *fumi* passum gustandum est (*cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 3, 15 -u raptae vaporationes). TERT. anim. 32 p. 353, 12 *al.* MACR. Sat. 7, 5, 20 aerem cuius spiramus -u (somn. 2, 5, 23). VINDIC. med. 17 CAEL. AVR. chron. 3, 2, 42. *et al.* *nota*: VAL. MAX. 1, 8, 10 nimius divini spiritūs -us reddentibus *dei responsa* pestifer existit. *fere i. q. spiritus, aer*: VERG. georg. 4, 220 (*ad rem v. Norden, Komm.² p. 21*) esse apibus partem divinae mentis et -us aetherios. SEN. Oed. 1056 vividos -us ... concipiat. TERT. apol. 22, 5 aer pestilentes -us suos (*i. vaporationes*) obfundit. *de actu respirandi*: PRVD. apoth. 387 quidquid ab arcano vomit ingens spiritus -u. c. Symm. 2, 787.

b *hauriuntur solida (ignis: l. 38. hauriunt oculi pulverem: l. 43)*: LVCR. 5, 1069 *canes* morsu ... petentes suspensis teneros imitantur dentibus -ūs. SEN. dial. 1, 6, 9 -us ignis cursum animae remeantis interscidit (FLOR. epit. 3, 21, 15 Catulus se ignis -u ludibrio hostium exemit). PLIN. nat. 2, 156 *veneni* facillimo -u. 8, 36 serpentes ... alites -u (*cf. p. 2570, 10*) raptas absorbeant (*cf.* SIL. 6, 198). SIL. 14, 254 correptas sorbentem verticis -u ... puppes ... Charybdim. STAT. silv. 5, 3, 223 lumina pulveris -u (hausti *codd.*) obruit. PANEG. 2 (10), 12, 2 si -u terrae devoretur aut ... in devia saxa rapiatur (PS. QVINT. decl. 12, 28 p. 244, 24 dehisce terra et ... civitatem -u aliquo ad inferos conde. *audacius contrario sensu de terra non devorante sed evomente umbras hominum*: p. 245, 16). CYPR. GALL. num. 358 PELAGON. ind. 33 RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 4, 1. *al.* *de actu sugendi polyporum alicui loco adhaerescentium*: PLIN. nat. 9, 85 *polypi* per bracchia velut acetabulis dispersis (*sc. glutinosis*) -u quodam adhaerescunt. *Brink.*

1. haut (haut-) *v.* haud (haud-). **2. haut** *v.* havat.

[VIRG. gramm. epit. 2 p. 10, 14 si ... *'h' praecesserit* mutam 'c' vel 't' vel 'p', suum sonum non amittit ut **'hcorda'** (cofida *frg. Vindob.*), 'htronus', 'hpalanx'. *cf. p. 2391, 25.*]

1. he (*falisc.*) *v. s.* hīc.

2. he *interiectio.* CLEDON. gramm. V 26, 24 quae ex affectu mentis colligenda sunt, id est quod sonum suum vocalibus misceant, ut 'he', 'ohe', 'vae'. PS. ASPER gramm. V 554, 14 interiectio ... indignantis ut 'he'. *cf. Hofmann, Umgangsspr. 21.*

***3. he** *subst. indecl. quinta littera alphabeti Hebraici* (ה): AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 1 p. 82, 7 sequitur quinta littera 'he', quae significat Latine 'est' vel ... 'vivo' (HIER. epist. 30, 5 he: ista). HIER. epist. 20, 3, 3 sciendum ... quia in hoc loco ter dicatur 'anna'; et primum quidem ac secundum eisdem litteris scribitur, aleph, nun, he, tertium vero heth, nun, he. 25, 3 *al.* quaest. hebr. in gen. p. 22, 26. 28, 1 *al.* *H. H.*

hebdomada *v.* hebdomas.

hebdomadālis, -e. *ab* hebdomas. [IREN. 1, 30, 14 *fals. var. l.*] *i. q. ad hebdomadem pertinens*: SIDON. epist. 9, 3, 5 in Lugdunensis ecclesiae dedicatae festis -bus (-madibus *var. l.*).

[IVL. VAL. 3, 16 p. 126, 1 bestiam ... vidimus ..., quam **(h)ebdomadarion** (*P*, ebdomarion *A*) vocant. *de bestiae nomine cogitabant Forcellini et alii, sed rectius Kroll (RhM. 70, 1915, 597) in Graeco exemplo (p. 107, 13 Kr.) εἴδομεν ἑβδομαῖον τὸ θηρίον (δαμεν εὐδομενον ... trad.), i. e. 'septimo die', fuisse suspicatur.*]

hebdomadārius, -ī *m. (? pro adi.: p. 2577, 6).* *ab* hebdomas. *saepius scribitur* eb-. 1 *qui per singulas septimanas ieiunium servat (cf. p. 2579, 16)*: ITIN. [Silv.] 27, 9 maturius fit missa sabbato ... ut citius absolvant hi, quos dicunt hic ⟨heb⟩domadarios. *ibid.* -os ... qui faciunt septimanas. 2 *i. q. monachus qui per unam septimanam aliquo munere fungitur, minister hebdomadis (cf. p. 2579, 36), septimanarius (cf. p. 2577, 4) sim. (cf. p. 2579, 30)*: HIER. reg. Pachom. praef. 2 habent per ... mona-

[Groth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

steria patres et dispensatores et -os ac ministros. reg. Pachom. 13 de -is unius domus non eligentur qui stent in gradu. 14. 24. 64 -us, qui eos *fratres* sequetur, dabit cibos (*cf.* 112 CASSIAN. inst. 4, 20 p. 61, 1. BENED. reg. 38 coquinae -is [*cf. 35 tit.* de septimanariis coquinae]. ISID. reg. monach. 9, 7 -us solus cibos degustet). 129. BENED. reg. 38 tit. de -o lectore (reg. 38 [*v. p. 2576, 77*] frater ... lector [*om. O, del. Wölfflin*] -us). ISID. reg. monach. 20, 2. 20, 3 ad -um pertinet cura ferculorum, ... signum dandi in diurnis officiis *eqs.* 23, 2.

hebdomadicus, (-a, -um), ἑβδομαδικός. *scribitur* ebdomaticus (*cf.* enneaticus *vol. V 2, 601, 33 et v. Liddell-Scott s. v.* ἑβδοματικός). FIRM. math. 4, 20, 3 p. 259, 1 septeni et noveni anni, qui -i a Graecis et enneadici appellantur, gravia pericula hominibus semper indicunt. *al.* (*v. vol. V 2, 601, 35 sqq.*). *Groth.*

***hebdomas,** -adis *f.*, ἑβδομάς *et* **hebdomada,** -ae *f.* (*cf. Stolz-Leumann 261*). *de orig. voc. Graecae:* ISID. orig. 5, 32. *de abbrev.: Lindsay, Notae Lat. 1915 p. 427, 49.* AVELL. p. 619, 4 adn. *de formis: acc. sg.* -a: CIC. (*p. 2580, 6*). IREN. (*infra l. 81*). AMBR. *var. l. (infra l. 58). gen. plur.* -on (*in tit. tantum operis Varr.*): *infra l. 62 sq. primae decl.: inde a* GELL. TERT.; (*?*) *vulgariter acc. pro nom.* -as (*cf. Löfstedt, Synt. II 329 sqq.*): HILARIAN. curs. temp. p. 166, 2 CHRON. ed. Frick 17 p. 322, 28. *cf.* TERT. adv. Iud. 8 p. 716 Oe. *cod. A. audaciora: nom. sg.(?)* -madas: TYCON. 5 p. 59, 5 *RM* (-a *V*); -mades: *infra l. 74. de genere: masc. et neutr.*: HILARIAN. curs. temp. (*v. Frick in Ind. p. 593*). *de re v. W. H. Roscher, Die Hebdomadenlehre d. gr. Philos. u. Ärzte, AbhLpz. XXIV 1906. legitur ap.* VARRONEM CIC. epist. (*p. 2580, 6*). GELL. TERT. *al. de ratione quae intercedit inter* '-s' *et* 'septimana' (*occurrit in schedis inde ab* ITALA Lugd. num. 28, 26 *et* deut. 16, 9 sq. [*Vulg.* -s]. COMM. [*cf. Martin, Commodianea 1917, 85*]. VICTORIN. PETAV. ITIN. [Silv.]. *ceterum v. Hofmann, IF 43, 1926, 86*) *v. s.* septimana; *iuxta leguntur: p. 2578, 61 sqq. 78. 81. 83. 2579, 4. 23.* [*it.* edima, *raet.* emda; *it.* domada, *francog. vet.* domée. *M.-L.*] [*dub. trad.*: HIER. epist. 36, 2, 1 (*ad Vulg. gen. 4, 15*) sobathaim ioccamo; Aquila: ... 'septempliciter ulciscetur'; Symmachus: ... '-das (*vel* -atas *codd.*; hebdomatos *Vallarsi, edd.*) sive septimus vindicabitur' (ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, *Vulg.* septuplum punietur. *cf. Hier. quaest. hebr. in gen. p. 9, 18* Symmachus 'septimum'). *item* 36, 4, 1 (-das *codd.*, hebdomatos *Vallarsi*). *e coni.*: CIL VI 39145 (= CE 2105) ⟨sex tulit hebdoma⟩des, annos pos⟨t desuper octo⟩ *suppl. Armini, Sepulcr. lat. 1916, 43* (*cf. p. 2579, 74*); ⟨ru⟩des annos (*sim.*) *suspic. Heraeus.*]

I *in abstracto: numerus septenarius* (*saepissime opp.* ogdoadi, *sensu mystico: l. 48. 57*): HIL. psalm. instr. 16 p. 14, 3 hoc canticum graduum in quindecim psalmos ex duobus perfectis numeris oportuit convenire, -e ... et ogdoade, id est septimo et octavo numero (HIER. in Mich. 5, 6 p. 1201^{B}. *cf.* AMBR. epist. 44, 5 p. 1138^{A}). 16 p. 14, 5 *lex* in -e est constituta (*cf. ibid. l.* 10 -s legis ... evangeliorum ogdoade [HIER. in Os. 3, 3 p. 843^{C}]. AMBR. epist. 44, 4 p. 1137^{C} -s veteris testamenti ... octava novi [HIER. in Mich. 5, 6 p. 1201^{A} -i; id est veteri ... instrumento]. HIER. in Ezech. 12, 40, 28 patriarchas et prophetas ... apostolos: ... in altero -s, in altero ogdoas sit. *v. et l. 56*). 16 p. 14, 13 -is et ogdoadis numerum (AMBR. Abr. 2, 11, 80 *plur.*). AMBR. epist. 44, 3 p. 1137^{A} haec -s sicut ipsa patris et filii et spiritus sancti venerabilis trinitas *eqs.* 44, 10 p. 1139^{C} celebretur ... -s eo quod per septem aetatum cursus vita hominum usque ad senectutem transcurritur (*cf. p. 2579, 75*). 44, 12 p. 1140^{B} *opp. ogdoas* (*ibid.* 44, 15 p. 1141^{A} *sensu myst. [v. et supra l. 43] ut*: HIER. epist. 53, 2, 1 CASSIAN. inst. 3, 9, 2 p. 43, 21). Noe 13, 44 p. 441, 24 *al.*

II *in concreto: septemplex quiddam: A generatim: variae res septemplices* (*tit. operis Varr.*: GELL. 3, 10, 1 M. Varro in primo librorum qui inscribuntur -es vel de imaginibus. NON. p. 145, 4 -on I [CHAR. gramm. p. 186, 22 B. SYMM. pater Symm. epist. 1, 2, 2 SYMM. epist. 1, 4, 1]. 528, 23 -um sub imagine Demetri. *v. et l. 69*): VARRO frg. Gell. 3, 10, 17 *Varro* ibi addit se ... ad eum diem septuaginta -as librorum conscripsisse. TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 442, 2 totius -is ... expiationem (*antea*: septem maculis capitalium delictorum). CHALC. comm. 37 p. 103, 4 Hippocrates ... in iis *libris* quos de -bus instituit. AVSON. Mos. 307 decimo celebrata volumine Marcei (*Varronis*) -s (*sc. architectorum; v. Ritschl, Opusc. III 512 sq.; cf. l. 60*). AMBR. Noe 12, 39 p. 437, 16 *arcam* inire mundam ... -am (*i. iumentorum mundorum*). PRVD. apoth. 986 *Matthaeus* per sex septena virorum nomina (*i. maiorum Christi*) ... *descendit.* septimus -i (*SPN*, -ae *U*) venit superaddere sextae hunc numerum Christus. APRING. in apoc. 1, 4 -es (*v. supra l. 23*) h⟨a⟩ec (*sc. septem Asiae ecclesiarum*) ... praesentis saeculi signat statum (*antea: quia* sex ... diebus fecit deus coelum et terram et in VII° requievit. *cf.* 1, 12 in ista -a mundi [1, 20. 4 praef. 5, 2. 21, 16]. 1, 16 ab exordio huius mundi et -a qua [quam *trad.*] mundus constat [4, 8 *al.*]. *cf. infra l. 82*). *significantur varia in Gnosticorum doctrina* (*fere nominis proprii vi*): TERT. adv. Val. 20 p. 198, 20 *sedes Demiurgi* (23 p. 200, 13. 31 p. 207, 9). IREN. 1, 5, 2 p. 61 -a vocant *Demiurgum*, matrem autem Achamoth Ogdoada (ἑβδομάδα). 1, 14, 6 in -e (*i. mundo. cf. supra l. 77 sq.*). 1, 30, 4 (*apud Ophitas*) *Ialdabaoth et generatio eius* (1, 30, 9). 1, 30, 14 (*v. p. 2576, 69*). *al.*

B *speciatim: spatia temporis septemfariam divisa:* **1** *septem dies* (*acced. gen.* dierum [*cf. p. 2579, 54*]: *infra l. 13. 34.* AVG. c. Faust. 32, 3 p. 762, 22. *al.*): **a** *dies coniunguntur sine relatione ad quendam diem fixum:* ITALA Dan. 10, 2. 3 (Tert. ieiun. 9 p. 284, 28. 30) eram lugens (*Gel.*, legens *B*) per tres -as (VVLG. trium -arum diebus); panem ... non edi ... donec consummarentur tres -es (VVLG. trium -arum dies). TERT. anim. 48 p. 380, 1 Daniel ... trium -um statione caruit victu. HIER. epist. 37, 1, 3 post tres -as. VVLG. Tob. 8, 23 ut duas -as moraretur apud se. RVFIN. hist. mon. 9 p. 423^{B} *Mutius* unam apud *presbyteros* exigens -am, rursus pergit ad eremum atque ibi per septem continuos annos ... degens *eqs.* PS. ORIG. in Iob 3 p. 502^{C} isti viri sederunt apud *Iob* septem diebus et septem noctibus, -a dierum ei assederunt (AVG. c. Faust. 30, 2 p. 749, 7 *plur.* HESYCH. in lev. 8, 31 p. 888^{D}. *v. et supra l. 2*), ex qua -a hoc consummatur saeculum (*cf. p. 2577, 77*). AVELL. p. 642, 27 ante duas -as (MVTIAN. Chrysost. hom. 4, 1 p. 262$^{Bn.}$). CASS. FEL. 76 p. 184, 5 secundo interiecta una vel duabus -is (-as *c*, -bus *p*) ... ventrem purgabis. SIDON. epist. 1, 7, 12 iudicio vix per -am duplicem comperendinato. *et al.*

b *dies coniuncti referuntur: α ad lunae cursus momenta:* GELL. 15, 2, 3 in conviviis iuvenum agitare Athenis -bus lunae sollemne nobis fuit (AVG. epist. 55, 3, 5 p. 175, 4 tertia -e l. pascha celebratur [55, 5, 9. 55, 13, 23]. COMPVT. cod. Col. prol. 8 p. 233). MACR. somn. 1, 6, 60 conversio mensis per lunam ita fit, ut prima sit -as humida, deinde calida *eqs.*

β ad eventum quendam vitae humanae: VARRO frg. Gell. 3, 10, 7 *post conceptionem* primis septem diebus ..., post deinde quarta -e ..., septima ... -e, id est nono et quadragesimo die, totus homo in utero absolvitur (*ibid.* 8 CENS. 11, 8 p. 20, 22. 23 MACR. somn. 1, 6, 65). TERT. anim. 39 p. 366, 23 *post partum* per totam -em (*A*, -am *B*) Iunoni mensa proponitur (VVLG. lev. 12, 5 mulier ... si pepererit masculum, immunda erit septem diebus ..., sin autem feminam ..., duabus -bus). HIER. epist. 108, 29, 3 *post mortem S. Paulae* psalmi in ordine personabant, non solum triduo ..., sed per omnem -am. VVLG. gen. 29, 27 imple -am dierum huius copulae (*sc. Liae*) et hanc quoque (*sc. Rachel*) dabo tibi (συντέλεσον ... τὰ ἑβδομα ταύτης. 29, 28).

γ ad diem statutum consuetudine et moribus hominum: Ⓘ *apud Iudaeos: spatium septem dierum quod nascitur recursu sabbatorum* (*festa: v. l. 50*): TERT. anim. 37 p. 364, 1 (*alleg.*) cum septimo mense nativitas plena est facilius quam octavo, honorem sabbati agnoscam ...; concessum est properare nativitati et tamen idonee occurrere in -em (*i. vitam*), in auspicia resurrectionis et requietis et regni (*sc. diei octavi, -e exacta*). AMBR. epist. 74, 5 (*cf. Vulg. exod. 31, 15*) sabbati ... ferias uno die in -e celebrare iussi sunt. *al.* HIER. epist. 64, 9, 1 duodecim panes per singulas -as mensae impositos (VVLG. II par. 23, 8. *v. et infra l. 77*). *al.* AVG. gen. ad litt. 4, 18, 33 p. 116, 16 *octavus dies* primus est, ad quem reditur, a quo rursus -is series ordiatur (*cf.* 4, 27, 44 p. 126, 15 cursu et recursu [pecc. orig. 2, 31, 36 p. 195, 14 *plur.*]. PS. AVG. quaest. test. I 84, 2 p. 144, 16 curriculis). *et al. significantur et finiuntur festa Iudaeorum:* HILARIAN. pasch. 6 p. 1109^{C} voluit ... dominus -am paschae a quarta decima plena ad vesperum habere initium, ut illucescente die paschae qui primus est -is eiusdem *eqs.* VVLG. exod. 34, 22 solemnitatem -arum (ἑορτὴν ἑβδομάδων) facies tibi *eqs.* (*sic de pentecoste:* deut. 16, 16 II par. 8, 13. *cf.* HIER. in Is. 2, 3, 3 p. 60^{A} septem -arum ... id est pentecostes ... festivitas. VVLG. lev. 23, 15. 16 num. 28, 26 deut. 16, 9. 16, 10 diem festum. *et al.*). Ⓘⓘ *apud Christianos: spatium septem dierum quod nascitur recursu dierum dominicarum, i. q. septimana* ('*Woche*'): Ⓐ *generalia:* AMBR. epist. 23, 12 in alteram -am celebritas paschae est differenda. *al.* PS. AMBR. serm. 15, 2 p. 633^{B} quadragesima ... sex septimanas habet, cui addidit Telesphorus pontifex septimam -am ...; deinde ab aliis addita est octava septimana ..., postmodum vero addita est nona -a. *al.* AMBROSIAST. in I Tim. 3, 13 p. 471^{B} omni ... -a offerendum est, etiam si non cotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in -a (HIER. reg. Pachom. praef. 5. *cf.* DIDASC. apost. 26, 15 frequenter ... nec semel. GREG. M. epist. 13, 30 p. 394, 33 semel aut bis). HIER. epist. 120, 4, 1 'una sabbati' dies dominica intellegenda est, quia omnis -a (-as, -atas *varr. ll.*) in sabbatum et in primam et secundam ... sabbati dividitur, quam ethnici idolorum et elementorum nominibus appellant (*cf.* ISID. nat. 3, 1 septem feriis constat). AVG. in epist. Ioh. prol. p. 1977$^{init.}$ cum ... cogitarem quid ... per hanc -am vobiscum de scripturis agerem (CASSIAN. conl. 3, 1, 1 per totam [VITAE patr. 7, 42, 4. *at* 5, 15, 11 tota -a *et 3, 199* per totam septimanam]. LIB. pontif. p. 85, 9 per omnem [ISID. reg. monach. 9, 4]. GREG. M. dial. 3, 26 p. 281^{A}. *cf.* CANON. Migne 56 p. 409^{A} per tres. ISID. reg. monach. 11, 1 per singulas [*v. et supra l. 45*]). CASSIAN. inst. 3, 11 -is venturae ieiunia (*antea*: totius septimanae ... observantiam). *al.* LIB. pontif. p. 172, 1 omnem -am sabbato die exeat laetania (*cf.* GREG. M. epist. 11, 31 p. 301, 18 omni -a [BENED. reg. 18 p. 39, 42. *cf. ibid. l. 48* septimanā]). SACR. Leon. 416 hac -e nobis mensis decimi sunt recensenda ieiunia (VITAE patr. 5, 15, 11 [*at 7, 42, 4* septimana hac]. *cf. ibid.* istā [*at 3, 199* hac tota ... septimana *et* 7, 42, 4 hac tota -a]. EVGIPP. Sev. 27, 3 in eadem -e). CASSIOD. var. 3, 51, 7

[Mehmel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

septem metis certamen omne (*sc. circense*) peragitur in similitudinem -is reciprocae. *et al.* Ⓑ *significantur anni ecclesiastici tempora: quadragesima*: ITIN. [Silv.] 27, 2 singuli ... dies singularum -arum aguntur sic *eqs.* (*cf. 1* ita ... octo septimanae attenduntur ante pascha). 45, 2 inchoantur octo -ae. HIER. epist. 24, 4, 2 omnes -as ... coniungens (*sc. sine intermissione ieiunans*). -as maior: AMBR. epist. 20, 6 sanctis diebus -is ultimae (23, 13. AVG. epist. 54, 5, 6 quintam feriam u. -is quadragesimae. VICT. TONN. chron. II p. 186, 22 ieiuniorum). SERM. Migne 13 p. 650B haec ... -a ... maior dicitur (RVSTIC. Conc.S I 4 p. 171, 18 AVELL. p. 683, 18). HIER. epist. 98, 25, 4 -am salutaris paschae (VITAE patr. 5, 4, 69). 100, 17, 1 -am dominicae passionis. AVELL. p. 619, 4 secunda feria -is authenticae (PRAEDEST. 82 p. 615C a -a paschae). *septem septimanae inter pascha et pentecosten*: HIER. epist. 98, 25, 4 -as sanctae pentecostes (100, 17, 1). PAVL. NOL. carm. 27, 61. Ⓒ *spatia temporis ieiuniis vel similibus exercitiis religiosis destinata* (*cf. p. 2576, 78.* '-as facere' *i. q. ieiunare: l. 23*): TERT. pudic. 20 p. 268, 6 *oportet* de domo hominis nostri in tempore -is (*sc. tempore praeparationis et ieiuniorum ante baptismum*) auferri omnia impedimenta (*explic. alleg. Vulg. lev. 14, 36*). ieiun. 15 p. 293, 18 duas in anno -as xerophagiarum ... offerimus deo. coron. 3 p. 421 Oe. *post baptismum* lavacro quotidiano per totam -em abstinemus. ITIN. [Silv.] 28, 1 non *manducant* per tota septimana ... hi qui faciunt -as (*27, 9 et 28, 3* f. septimanas). HIER. epist. 22, 7, 3 -arum inedia. CASSIAN. inst. 5, 5, 2 -bus protelare ieiunia. *al.* VITAE patr. 5, 5, 38 p. 885A ieiuna tres -as continuas (*seq. acc.*: 5, 10, 44. 109). 5, 10, 109 p. 932B -as eo ordine levando abstinentiam servant. *al.* GREG. TVR. Mart. 3, 56 p. 646, 4 ut per singulos menses una -a ad sanctum templum debeat deservire. *ibid. l.* 6 intermissa unius mensis -a. Ⓓ *spatium temporis ministeriis vel muneribus in coenobio fungendis destinatum* (*cf. p. 2576, 81. fere i. q. ipsum ministerium: l. 37*): HIER. epist. 22, 35, 4 *mensis* per singulas -as vicissim ministrant (reg. Pachom. praef. 6 reg. Pachom. 21. 27. *cf.* CASSIAN. inst. 4, 19, 1). reg. Pachom. praef. 2 *fratres* in -arum ministerio sibi succedant per ordinem (CASSIAN. inst. 4, 19, 2 -is. *cf.* HIER. reg. Pachom. 12 ministrat -i [15]. 25 minister -is [124]). reg. Pachom. 14 *domus* quae in maiori servit -e; altera est ... minor -s, quae per singulas domos a paucioribus exhibetur. 15 non licebit in alterius -e de alia venire domo (*cf.* VEN. FORT. vita Radeg. 23, 57 extra suam). 25 finita -e (66 completa. ISID. reg. Monach. 20, 2 expleta). 27. 66. CASSIAN. inst. 4, 22 -arum mutua vicissitudo. LIB. pontif. p. 112, 10 hic constituit ad sanctum Petrum apostolum ... -as ut presbyteri manerent propter baptismum et penitentia petentibus. BENED. reg. 38. Ⓔ *feriae ruri in societate amicorum sim. peractae*: SIDON. epist. 2, 9, 10 nos quam primum -is exactae (*ruri apud amicos*) spatia completa votivae restituant esuritioni. BOETH. subst. bon. praef. p. 168, 1 postulas ut ex -bus nostris eius quaestionis obscuritatem ... digeram et paulo evidentius monstrem (*ibid. l.* 7 -as vero ego mihi ipse commentor. *Boethium disputationes cum amicis per septimanam habitas significare opinatur Hildebrand, Boeth. u. s. Stellung z. Christentume 1885, 289 sqq.; quae opinio probabilior videtur quam altera Martiani Rotae [Migne 63 p. 546med.] qui designari putat -um nomine opus quoddam Boethii nobis ignotum et perditum*).

2 *septem anni* (*accedit gen.* annorum [*cf. p. 2578, 2*]: *infra l. 56. 69.* MACR. somn. 1, 6, 72. *al.*): **a** *in universum*: VARRO frg. Gell. 3, 10, 17 *Varro* ibi addit se quoque iam duodecimam annorum -am ingressum esse. ITALA Dan. 9, 24 (Tert. adv. Iud. 8 p. 715 Oe.) LXX -ae (ἑβδομάδες, VVLG. -es) breviatae sunt super plebem tuam (9, 25 [*ibid.* p. 716] intelleges a profectione sermonis ... usque ad Christum ducem -as [*Acd*, -es *rell.*] ... LXII et dimidiam [ἑβδομάδες, VVLG. -es]. 9, 26. 27 [*ibid.*]. *inde*: TERT. adv. Iud. 8 p. 716 sqq. Ps. CYPR. pasch. 13 sqq. HILARIAN. curs. temp. p. 166, 2 HIER. vir. ill. 52 AVG. epist. 197, 1. 5 SVLP. SEV. chron. 2, 11, 9. *et al.*). COMM. apol. 834 prophetabit Helias tempore partito, medio -is axe (*ex Vulg. apoc. 11, 3* prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta). FIRM. err. 25, 3 post multa tempora novissimis temporum spatiis, id est novissima paene saeculorum -e, verbum dei se miscuit carni (*cf. l. 59*). AVSON. 258, 5 Claudius -am (-em *G*, ebdomam *T*) duplicem trahit (*cf. l. 71*). VVLG. lev. 25, 8 numerabis ... tibi septem -as annorum (*sim. de anno iubileo*: HIER. in Is. 2, 3, 3 p. 60A GREG. M. moral. 1, 18 p. 535A). PAVL. PELL. 13 altera ab undecima annorum currente meorum. ORIBAS. syn. 5, 14 a quarto decimo anno usque tres -as expedit pueris ut discant studere philosophiam (*v. infra l. 75 sqq.*). CIL VI 16916 (= CE 1227, 2) qui tulit heb⟨domadem et⟩ mensem un⟨um⟩ (*Mommsen. cf. p. 2577, 39*). **b** *speciatim: in definiendis ordinibus vel gradibus aetatis humanae* (*cf. Solonis frg. 19 D. v. et p. 2577, 55*): VARRO frg. Cens. 14, 6 Etruscis ... libris fatalibus aetatem hominis duodecim -bus discribi (*cf.* FAV. EVL. p. 10, 4 in quinque redigatur -as). CENS. 14, 5 Solonis decem -as. 14, 7 -bus humanam vitam emensi sunt ...; *Solon* ait enim in prima -e dentes homini cadere, in secunda *eqs.* (*cf. ibid.* 14, 9 CHALC. comm. 37 p. 102, 17. 19. 20 AMBR. epist. 44, 11 p. 1146A MACR. somn. 1, 6, 72 MART. CAP. 7, 739). AMBR. epist. 44, 12 p. 1140B ISID. diff. 2, 74 sqq.

III *quod numero septenario, re septemplici efficitur; dies terminantes spatium dierum septem*: **A** *dies κρίσιμοι*: VARRO frg. Gell. 3, 10, 14 discrimina ... periculorum in morbis maiore vi fieri putat *Varro* in diebus, qui conficiuntur ex numero septenario, eosque dies omnium maxime, ita ut medici appellant, κρισίμους videri: primam -am et secundam et tertiam. CIC. epist. 16, 9, 3 symphoniam Lysonis vellem vitasses, ne in quartam -a (*M*, -am *G*) incideres. **B** *dies septimus septimanae Iudaeorum* (*v. p. 2578, 38*): *i. q. sabbatum* (*cf. Stephanus, Thes. Gr. ling. III 17A; Niese, Ioseph. Ind. p. 71. huc non spectat* CASSIAN. inst. 3, 9, 2 [*v. p. 2577, 58*]): HEGES. 4, 4, 3 cum supersit -is sacrae dies (*Ios. bell. Iud. 4, 3, 99* ἑβδομὰς ... ἦν). AVG. quaest. hept. 2, 129 p. 173, 28 -is est in eius (*sc. sacerdotii*) inchoatione festivitas.

deriv.: hebdomadalis, hebdomadarius. *Mehmel.*

hebdomaticus *v.* -adicus. (*?*) **hebdomatos** *v. p. 2577, 35. 38.*

hebefactus, (-a, -um). [*ab* hebes *et* facere, *cf.* stupefacio *sim. J. B. H.*] *i. q. hebes factus, stupefactus* (*cf. p. 2582, 32*): VITA Sim. (Migne 73) 16 p. 332B intellexi quia *sanctus* requievit in domino. et -us planxi amarissime (*cf. p. 332A. 332C* pavefactus).

heben- *v.* eben-.

✖**hebeo,** (-uī, *v. infra l. 25*), -ēre. [*cf.* hebes. *J. B. H.*] *scribitur in codd. hic illic* heu-, eb-, aeb-. *de formis*: MACR. exc. gramm. V 650, 31 sunt quae (*sc. inchoativa*) habent principalis sui personam tertiam, cum prima non exstet: hebesco ⟨a verbo⟩ est -et, -o autem latinum non est (*sim.*: 654, 24. *at v. infra l. 57*). *formae stirpis perf. omnes ad v. q. e.* 'hebesco' *pertinere videntur* (*cf. p. 2583, 44*). *de notione*: GLOSS.L III Abol. HE 7 -et: tremit, deficit, stupet (*al.*). V Aa H 83 -ens: stupidus, insipiens, obtusus. I Ansil. HE 8 -et: hebescit et languidior fit. *al.* *inde a* VERG., LIV.

[*dub. trad. vel emend.*: FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2 superiorem partem avium ... qui edint, eos palatum ⟨non *suppl. edd. vett.* [*cf. Malcovati II p. 149*], hebetatum *vel* hebes *Hosius, al. al.*⟩ habere (eis p. -ere *coni. Gronov*). PRVD. perist. 7, 78 vis ... nominis *dei*, quam (qua *U*) gentilis habet (-et *var. l.*) stupor (qua ... -et *edd. vett.*, quam ... -et *Bergman*; quam ... habet *Dressel*). *confunditur saepe c.* habeo.]

i. q. obtusum esse: **1** *sensu proprio de acie ferri: i. q. retunsum esse*: LIV. 23, 45, 9 (*verba Hannibalis milites increpantis*) ferrum nunc -et? an dextrae torpent?

2 *sensu translato*: *i. q. torpere, languere, deficere, stupere sim.*: **a** *de hominibus*: *α de corpore eiusque partibus* (*de acie oculorum: infra l. 43*): VERG. Aen. 5, 396 gelidus tardante senecta sanguis -et frigentque effetae in corpore vires (STAT. Theb. 1, 463 luctu). VAL. FL. 4, 41 corpus -et somno (APVL. Socr. 17 p. 158). CHALC. transl. 45D p. 53, 2 -et (*gr.* ἀποτέτμηται) *lumen oculi* (*cf.* CASSIAN. conl. 23, 6, 1). *β languent mens, sensus, motus animi sim.* (*per translationem de sideribus: infra l. 48*): VAL. FL. 1, 53 olim annis ille ardor -et (7, 156). STAT. Theb. 11, 386 irae. PAVL. NOL. carm. 31, 206 sensus. BOETH. cons. 1 carm. 2, 2 mens. *transfertur ad sidera* (*aliter infra l. 58*): MANIL. 2, 386 nulla est haerentibus ... signis gratia; nam consensus -et (habet *trad.*), quia visus ademptus ('*vicina inter se signa mutuis affectibus carent*' *Housman*). *γ de hominibus ipsis* (*fere i. q. inertem esse: infra l. 53; stupefactum: infra l. 54; consilii inopem: infra l. 57*): TAC. Germ. 15 ipsi *viri* (*opp.* feminis) -ent (*cf. antea*: per otium transigunt *eqs.*; nihil agens). AVSON. 69, 7 p. 340 P. quid stolidi ad speciem notae novitatis -etis? (*cf.* VEN. FORT. Mart. 2, 293 *diaboli* ad aspectum sanctus -et [*cf. Sulp. Sev. Mart.: p. 2584, 80*]. 3, 38). CARM. de aegr. Perd. 174 (*verba Hippocratis medici*) medicinae munera cessant. hic animi labor est: -o.

b *respicitur splendor* (*cf. infra l. 63*) *vel efficacia* (*cf. supra l. 51*) *stellarum* (*aliter supra l. 48*): LVCAN. 1, 662 Iuppiter occasu premitur, Veneris ... salubre sidus -et (*cf.* 2, 722 Plias. VAL. FL. 5, 370 Arcas). FIRM. math. 6, 21 -ent (habent *trad.*) hexagona viribus, si tropicis ... signis dividantur.

c *singulariter de face* (*cf. supra l. 58*): STAT. Theb. 11, 93 (*verba Tisiphones*) -et infera caelo taxus (*sc. fax*).

[**heber** *v.* eber.]

✖**hebes,** -etis (*acc.* -bem: *l. 74*) *adi.* [*orig. inc.; sunt qui comparent gr.* κηφήν 'fucus', κωφός 'mutus, surdus' *sim. J. B. H.*] *scribitur in codd. hic illic*: eb-, haeb-, aeb-, (h)ab- (*saepe*); *saepius* i *pro* e *in 2a syllaba.* *de formis*: CHAR. gramm. p. 168, 11 B. -s -is, ut militis, segetis. PRISC. gramm. II 240, 13 *inter nomina, quae* 'e' *servant in genet.*: 'hic' et 'haec' et 'hoc -s -is'. *formae breviores: nom.* hebs: GRAMM. suppl. 108, 2 nominativus singularis casus reperitur duplex ...: -s -is et hebs -is, preces precis et prex precis (*v. adn. et cf.* VIRG. gramm. epist. 1 p. 111, 8 H.). *acc.* -bem: ENN. ann. 426 (*testatur Charisius*). CAECIL. *p. 2581, 8 (metro prob.).* *sing. abl.* (*cf.* PRISC. gramm. II 342, 13 '-s' ab '-e' vel '-i'): -i *inde a* CIC. *semper praeter* CELS. (*p. 2583, 11*). TERT. anim. 25 p. 342, 3. *plur. nom. acc.* -ia: *p. 2581, 15. 2583, 10.* CVRT. 9, 3, 10. *gen.* -um: *p. 2582, 3.* *compar.* -ior: *inde a* CIC.; *superl.*: *p. 2581, 59 (adv. p. 2583, 40).* *inter communia*: PRISC. gramm. II 156, 14 -s tam de mare quam de femina dicitur. *v. et l. 71.* *pro subst. v. p. 2581, 25. 80* (*masc.*). NOT. Tir. 91, 63. *de notione*: PAVL. FEST. p. 100 -s retunsi acuminis. NON. p. 86 crassum positum pro -i et stulto. p. 121 -s positum pro obscuro aut obtuso. SYNON. Cic. Char.

[Groth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gramm. p. 436 B. adn. obtusus. -s. brutus. frigidus. stupidus. stultus. stolidus. p. 443, 20 fatuus. morosus. insipiens. excors. -s. obtusus. PRISC. gramm. II 156, 14 -s ... significat ... tardus et tarda. GLOSS.^{L} II Abav. EU 11 -s: stultus, stupidus (III Abstr. HE 2 *et* 7 amens, morio. *al.*). Philox. HA 19 -s: ἀμβλύς. III Abol. EU 21 -s: gurdus. I Ansil. HE 14 -iores: rusticiores. *al.* *inde ab* ENN., PLAVT., CAECIL. (*singg. locc.: v. p. 2580, 74. infra l. 8. 13.* [*dub. interpr.*: CAECIL. com. 81 subito res reddent hebem (*at cf. infra l. 71*). *conicitur*: *v. p. 2580, 31.* *confunditur c.* habeo (*saepius*), hebeo *sim.*]

I *proprie de rebus corporeis: i. q. retunsus, non satis acutus*: **A** *de armis, instrumentis sim.* (*in imagine: v. infra l. 14. 17.* *audacius de ipso ictu: v. infra l. 21 sqq.*): PLAVT. Mil. 53 quingentos ..., ni -s machaera foret, uno ictu occideras. CIC. har. resp. 2 (*v. supra l. 11*) ea tela quae coniecerit inimicus, quam ea quae collega patris emisit, ... -iora esse (CVRT. 4, 16, 18 -ia. *al.*). LVCR. 5, 1274 mucrone (OV. met. 12, 485). OV. ars 3, 589 (*v. supra l. 11*) ponite ... gladios -es, *puellae*: pugnetur acutis. SEN. Herc. O. 152 ferrum (IVV. 11, 140. *cf.* COLVM. 9, 13, 12 ferramentum [*opp.* acutissimo]). COLVM. 4, 24, 21 obtusa ... et -s et mollis falx (*opp.* acutissimis. PLIN. nat. 17, 227). IVV. 8, 137 TERT. anim. 25 p. 342, 3. *nota* (*v. supra l. 12*): OV. met. 12, 85 *Achilles* nil ... profecit acumine *hastae* (*i. nullum vulnus infligentis*) ... utque -i pectus tantummodo contudit ictu (MART. 7, 32, 8 nudi stipitis ictus *rudis* [*cf. Friedlaender, Sittengesch. II*^{9} *69*]). **B** *de rebus naturae* (*de cornibus lunae: infra l. 27.* *in imag.: infra l. 30.* *neutr. pl. pro subst.: infra l. 32*): CIC. ac. frg. 6 cuius (*i. lunae*) et nascentis et insenescentis alias -iora alias acutiora ... cornua. CELS. 8, 1, 16 *ossa* quo latiora ... sunt, hoc -iora (*aliter p. 2583, 10*). PLIN. nat. 8, 8 *elephanti dentis* mucroni parcunt, ne sit proeliis -s. 11, 100 aculei (CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 188, 6 [*v. supra l. 25*] -em facere [*gr. I 1, 4 p. 16, 16* ἀπαμβλῦναι ... τὸ κέντρον] ... aculeum diabolicae malignitatis). QVINT. inst. 2, 12, 8 (*v. supra l. 25*) detrahere doctrinam aliquid, ut limam rudibus et cotes -bus. *aliter infra l. 58.* *t. t. agrimensorum*: GROM. p. 303, 7 L. si certi ordines *olivarum* sibi convenerint, non est rigor finalis: nam hi duo rigores -es sunt appellati, [quia sine lapidibus sunt] ([L] *interpol.?*]. LIB. col. II grom. p. 254, 3). **C** *sensu mathematico*: BALB. grom. p. 100, 5 genera angulorum ... rectum, -s, acutum (NIPS. grom. p. 296, 1). 101, 2 -s angulus est plus normalis, hoc est excedens recti anguli positionem (*cf.* NIPS. grom. p. 296, 3 maior ... recto [PS. CENS. frg. 6, 3]). *saepius* (*v. Lachmann, Grom. II p. 497*).

II *translate: fere i. q. obtusus, infirmus, languidus, torpens, vigore naturali carens sim.*: **A** *de hominibus (de bestiis: l. 55. p. 2582, 7. 13. 24. 27. 48. 72. 2583, 1) deque rebus ad homines pertinentibus*: **1** *de hominibus (deis: p. 2582, 11) ipsis* (*de exercitu: p. 2582, 9; de infantia [pro 'infantes']: infra l. 79. pro subst.: infra l. 80 sqq.* *v. et supra l. 8*): **a** *i. q. stultus, stolidus, tardus, rudis, non satis eruditus sim.* (*transfertur ad rem corpoream: infra l. 58.* *syn.*: obtunsus: *infra l. 58. 75*; rudis: *infra l. 62*; impolitus: *infra l. 65*; tardus: *infra l. 67 al.*; stultus: *l. 68. p. 2582, 3*; ineptus: *infra l. 68. p. 2582, 1. et al.* *opp.*: prudens: *infra l. 57*; eruditus: *infra l. 64*; acutus: *infra l. 69. 80. p. 2582, 2. et al.* -s linguā: *infra l. 73.* *nota structuram 'non tam -es, ut ...' [sim.]: infra l. 65 sqq.*): ACC. praetext. 32 vide, ne quem tu esse -em deputes aeque ac pecus, is sapientia munitum pectus ... gerat (COMM. apol. 33 quid -es [qui deb- *M*] morimur *eqs.* si nihil inquiras, hoc est beluarum adesse [*opp.* prudentes]. ARNOB. nat. 2, 22 p. 66, 12 omni pecore ligno saxo [*v. supra l. 49*] obtunsior atque -ior. PRVD. c. Symm. 2, 325. *cf.* PLIN. nat. 9, 90 tanta sollertia animalium -issimis quoque est [*agitur de polypis*]. APVL. met. 10, 15 *asini*. VAL. CEM. hom. 6, 5 p. 711^{D} feras). CIC. de orat. 1, 248 in communi vita et vulgari hominum consuetudine non -em nec rudem *esse* (div. 2, 103 Epicurum quem -em et rudem dicere solent Stoici. *cf.* de orat. 2, 72 *syn.* inexercitato. 2, 133 genus ... eorum, qui sibi eruditi videntur: -s atque impolitum). Tusc. 1, 12 non sum ita -s, ut istud dicam (*cf.* SEN. nat. 2, 42, 2 non ... tam -es ..., ut crederent [TAC. ann. 14, 11]. 7, 1, 1 nemo usque eo tardus et -s ... est, ut *eqs.* epist. 45, 8 [*syn.* stultus, ineptus]. QVINT. inst. 4, 2, 66. *al.*; *adde*: LIV. 32, 20, 6 cum ... nemo tam -s sit, qui ignorare possit [*cf. p. 2582, 14*]). fat. 9 acuti -esne, valentes imbecilline simus. Att. 9, 17, 2 tu ... cogita, quid deinde; nam me -em molestiae reddiderunt (*an ad b?*). CAEL. Cic. epist. 8, 13, 1 -s ad id, quod melius sit, intellegendum. PS. SALL. rep. 2, 9, 1 *M. Bibulus* -s linguā (*postea: 2* lingua vana, *3* ingenium ... loquax). OV. met. 13, 135 *Aiax* (*opp.* ingenium *Ulixis*). SEN. epist. 95, 36 illis ... -bus et obtusis aut mala consuetudine obsessis. CVRT. 7, 4, 10 in suo quisque negotio -ior est quam in alieno. PLIN. nat. 7, 76 Euthymenis filium ... sensu -em (*aliter p. 2582, 20*). *et al.*; *nota* (*v. supra l. 46*): TERT. anim. 19 p. 332, 2 *Christus* nec pueritiam nec infantiam -es pronuntiavit (*antea*: non habens animum ... intellectum).

masc. pro subst.: CIC. Tusc. 4, 32 inter acutos ... et inter -es interest, quod ingeniosi ... in morbum ... incidunt tardius ..., -es non item (GREG. M. moral. 6, 12 p. 735^{C}. *ibid.* p. 736^{A}). nat. deor. 2, 6 visae formae deorum quemvis ... non -em ... deos praesentes esse confiteri coegerunt. PLIN. nat. 2, 141. QVINT. inst. 1, 1, 2 (*syn.* indociles). GELL. 18, 4, 10 *app.* ineptos. TERT. anim. 20 p. 332, 17 Thebis -es et brutos nasci (*opp.* Athenis sapiendi dicendique acutissimos. *cf.* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 241). IREN. 4, 19, 1 p. 620 St. stultorum et -um. *al.*

b *i. q. lassus, iners, non satis ad agendum promptus, segnis sim.* (*de deis [in doctr. Epicur.]: infra l. 11*): CIC. Brut. 246 *M. Pontidius non* -s in causis, vel dicam plus etiam quam non -s, sed effervescens in dicendo stomacho (COLVM. 6, 36, 3 *admissarius* -s in voluptate, rarissime sollicitatur ad venerem). SALL. Iug. 54, 3 exercitum ... -em infirmumque (*cf.* TAC. hist. 2, 99 ad sustinendum laborem miles; *opp.* promptior). SEN. benef. 7, 31, 3 (*Epic. frg. 364 p. 243, 10 U.*) *aliis deos* ... ignavos -esque sine luce, sine ullo opere destituit (*sim.* TERT. adv. Marc. 5, 19 p. 645, 12). TERT. pall. 3 p. 927 Oe. *chamaeleon* -s, fessus (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 9, 3 p. 958^{B} asini [*gr.* νωθής]). MVTIAN. Chrysost. hom. 32, 2 p. 437/8 nullus ... tam -s (*antea*: neglegens ... et segne; *gr. p. 220* νωθής) erat ..., qui ... non esset ... in superiora sublatus (*cf. p. 2581, 69*). *de animo, mente* (*aliter v. infra l. 36*): PS. SALL. rep. 1, 8, 2 *animo conviviis vexato* nequiquam ... -i atque claudo pro exercito uti volunt. PRVD. c. Symm. 2, 103 vim ... mentis (*aliter infra l. 54*).

c *respiciuntur vitia sensuum* (*oculorum: infra l. 23 sq. fere i. q. mutus: infra l. 28; sensus expers [sim.]: infra l. 26*): CIC. ac. frg. 18 mihi ... non modo ad sapientiam caeci videmur, sed ad ea ipsa, quae aliqua ex parte cerni videantur, -es et obtunsi (*cf.* PLIN. nat. 11, 94 *cicadae* oculis ... -es [APVL. apol. 43 Thallus]). GELL. 4, 19, 1 (*ex Varronis logistor.*) pueros impubes ..., si plurimo cibo ... uterentur, -iores fieri ad veterni usque aut eluci tarditatem (*cf.* CHIRON 287 *iumentum* -s fiet, non suae mentis erit [294]). VEN. FORT. Mart. 4, 30 genitam ... ex utero mutam ... sex geminos graviter -em sine voce per annos. *huc traham*: ANTH. 148, 8 cunnum (*v. app. crit.*; turdum *Bachrens*) ... caballae atterit assiduo pene fututor -s (*cf. infra l. 75*).

d *i. q. stupefactus, attonitus*: ITALA Marc. 16, 5 (cod. k) *mulieres* -es factae sunt ([ἐξεθαμβήθησαν, *Vulg.* obstupuerunt]. RVRIC. epist. 2, 65 p. 442, 7 metu. *cf.* GREG. TVR. Franc. 2, 23 p. 86, 12 coepi -s effectus titubare prae metu [10, 24 p. 436, 14]).

2 *de animo sim.* (*v. et supra l. 16*): **a** *spectatur facultas intellegendi (cf. p. 2581, 47. reminiscendi: infra l. 41) vel (singulariter) sentiendi* (*infra l. 51* [*vertitur gr.* ἀνάλγητος]): CIC. Phil. 10, 17 (*ironice*) *Pansa* -i ... ingenio est (Tusc. 5, 45 *app.* nullo. nat. deor. 2, 17 [*plur.*]. SEN. epist. 94, 30 alium ... ingenii mobilis et erecti, alium tardi et -is. *al.*). de orat. 2, 357 (*v. supra l. 37*) tam -i *memoria* (*opp.* acri. *cf.* APVL. apol. 43 *divinatio* nulla oblivione saucia et -s). LVCR. 4, 44 (= 5, 882) quamvis -i cognoscere corde (VAL. MAX. 6, 9, 1 Manlius Torquatus *adulescens* ... -is atque obtusi cordis ... existimatus [*cf. infra l. 46*]. HIER. epist. 27, 1, 2 *syn.* crassae rusticitatis. *al.*). SEN. benef. 3, 37, 4 ob adulescentiam brutam et -em *Manlii Torquati* (*cf. supra l. 44*). dial. 7, 5, 2 homines, quos in numerum pecorum (*cf. p. 2581, 44*) ... redegit -s natura et ignoratio sui (HIL. trin. 1, 22 p. 39^{C}). epist. 71, 14 mens (RVFIN. Orig. princ. 1, 1, 5 p. 20, 16 K. *syn.* obtusior). GELL. 1, 26, 10 (*ex Tauro philosopho*) aliud ... esse non iracundum, aliud ἀνάλγητον et ἀναίσθητον, id est -em et stupentem *animum* (*v. supra l. 38. aliter*: AVG. gen. ad litt. 8, 1 p. 231, 9. *al.*). APVL. met. 8, 23 in -i pigritia ferocem *asinum*. HIL. trin. 10, 53 p. 385^{C} stupor -is desipientiae (*cf.* PRVD. ham. 61 vim mentis -s stupor obsidet [*aliter supra l. 19*]). *al.* **b** *de modo dicendi, scribendi, ratiocinandi*: CIC. fin. 2, 17 *rhetorica forensis*, quam necesse est, cum populariter loquatur, esse interdum paulo -iorem. 4, 50 illud ... minime consectarium, sed in primis -s *est* (*cf.* PLIN. nat. 2, 119 veteres quattuor ... servavere *ventos* ... -i ... ratione). QVINT. inst. 8, 3, 49 (*de elocutione*) quaedam -s (habet *trad.*), sordida, ... vilis oratio est (*opp.* acuto). HIER. hom. Orig. in Luc. prol. p. 1, 5 R. *commentarius* sensibus -s ... et verbis. AVG. catech. rud. 2, 3 p. 18 Ch. languidior fit ... sermo et -ior. epist. 237, 3 p. 527, 16 expositione. **c** *singulariter de affectu*: CIC. Att. 8, 3, 4 nullus apertus privatorum dolor (*fere i. q. cura*), bonorum autem ... aliquis, sed -s.

3 *de sensibus* (*syn.*: infirmus: *infra l. 79*; obscurus: *p. 2583, 5*; obtunsus: *infra l. 72*; tardus: *infra l. 71. 73.* *opp.*: acer *infra l. 79. p. 2583, 5*; acutus: *p. 2583, 5*; subtilior: *infra l. 73*): **a** *varia* (*de gustu: infra l. 76*): CIC. rep. 6, 19 (*cf. p. 2583, 3*) aures hominum obsurduerunt; nec est ullus -ior sensus in vobis (ac. 1, 31 sensus ... omnes -es et tardos esse arbitrabantur *philosophi* [SEN. epist. 124, 4 sensus obtunsa res et -s et in homine quam in aliis animalibus tardior]. PLIN. nat. 31, 15 fontem ... quo *sensus* -es fiant [*opp.* subtiliores]. BOETH. cons. 5 carm. 5, 9). OV. ars 3, 799 infelix, cui torpet -s locus ille, puellast, quo pariter debent femina virque frui (*cf. supra l. 30*). Pont. 1, 10, 7 os -s est, positaeque movent fastidia mensae. **b** *de oculis* (*hebetatur acies: infra l. 78 sqq.* [*in imag.: infra l. 80*]): CIC. fin. 4, 65 -s acies est cuipiam oculorum, corpore alius senescit (SEN. nat. 1, 3, 7 [*syn.* infirma]. 7, 11, 3 acrior ... aut -ior. SVET. Dom. 18, 1. *cf.* CIC. Tusc. 3, 33 *ratio* -em aciem ad miserias contemplandas facit). LIV. 5, 18, 4 sensus oculorum atque aurium (*cf. p. 2583, 3*) -es. SEN. Herc. f. 653 torpet acies luminum -esque visus vix diem insuetum ferunt (epist. 90, 28 ad spectacula tam magna. EVSTATH. Bas. hex. 8, 1, p. 945^{C} [*gr.* ὁρῶσιν ἀμβλύ]). COLVM.

[Groth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 6, 1 oculi (PLIN. nat. 8, 87 *serpentis.* 10, 34 *nocturnarum avium* interdiu. 11, 144 *Neronis* [SVET. Nero 51]. *al.*). APVL. flor. 2 p. 7 obtutum (Socr. 4 p. 128). PRVD. apoth. 20. **c** *de auribus*: CIC. Planc. 66 sensi populi Romani aures -iores, oculos autem esse acres atque acutos. MACR. Sat. 7, 9, 5 -ior auditus, visus obscurior. *v. et p. 2582, 69. 81.*

4 *de corpore eiusque partibus*: CELS. 2, 1, 5 gracile corpus infirmum, obesum -s est (*i. remissum. cf.* 2, 1, 11 auster ... totum c. efficit -s, ... languidum. 2, 14, 2 [*inde*: ORIBAS. syn. 1, 4 p. 805 *syn.* demissum]). 6, 15, 4 gingivarum ... ossa ... -ia (*i. invalida. aliter p. 2581, 28*). 7, 3, 2 carne -e nec firma (*sic de carne aegra, supercrescente sim.* [*cf. Anke, Philologus 32, 1873, 403 sq.*]: 7, 6, 2. 7, 13, 1). 7, 29, 6 *infantis emortui* -i corpusculo (*i. putrescente*). APVL. met. 2, 30 -es artus et membra frigida (*i. torpentes*). HIL. trin. 10, 14 p. 352[A].

B *de aliis rebus*:

1 *ad sensus pervenientibus*: **a** *spectatur sonus*: CIC. orat. 216 spondius ... quod est e longis duabus, -ior videtur et tardior. QVINT. inst. 1, 11, 4 quasdam *litteras* velut acriores parum efficimus et aliis ... quasi -ioribus permutamus. **b** *color, splendor*: OV. fast. 5, 365 nec flos est -i nec flamma colore (PLIN. nat. 37, 76 *berylli* [*v. app. crit.*]). PLIN. nat. 37, 98 *carbunculos lapides* -iores, in aceto maceratos ..., nitescere (*cf.* 37, 134 fieri ... -es ceraunias [*syn.* relanguescat]. PRVD. psych. 857 chalcedon. *v. et* PLIN. *l. 20*). STAT. Ach. 2, 3. AVIEN. Arat. 252 -s ollis (*sideribus*) ignis et obtunso marcent incendia crine (*sic de stellis*: 455 lux [1749]. 939 species. *al.*). **c** *calor*: SEN. nat. 1, 11, 2 *radii* (*i. parhelia*) nihil habent ardoris, -es et languidi. AVIEN. orb. terr. 62 ardor Titanius (*i. solis*). **d** *sapor*: COLVM. 3, 2, 24 gustu[s] non ... -s (habilis *trad.*) *vinum* (*cf. vol. I 1814, 74*). **e** *odor*: PLIN. nat. 21, 67 orsini utraque genera, unum -s, alterum odoratum.

2 *singulariter*: HIL. trin. 6, 12 p. 166[C] materies -es (*cf. antea* nihil corporale ..., nihil inanimum; *opp.* virtus, vita ..., spiritus) natura illa *dei* non recipit.

structurae: in (*c. abl.*): *p. 2581, 76. 2582, 6.* ad: *p. 2581, 72. 2582, 9. 80. 83.* *abl. (resp.): ex. gr. p. 2581, 77. 2582, 24. 61.* -em facio: *p. 2581, 30. 2582, 80*; efficio: *supra l. 9*; reddo: *p. 2581, 8. 71.* -s fio (*sim.*): *p. 2582, 26. 27. 33. supra l. 22.*

deriv.: hebefactus, hebeo, hebesco, hebetesco, hebeto, hebetudo, hebetus, hebitas.

adv. superl. **hebetissimē.** *i. q. stultissime*: IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 5, 25 p. 1462 -e *calumniari.*

***hebēsco,** -uī (*v. infra l. 44*), -ere. *ab* hebeo. *scribitur in codd. hic illic* eb-, (h)ab-, haeb-; i *saepe in 2ª syllaba.* *de formis*: MACR. exc. gramm. (*v. p. 2580, 22*). *formae stirpis perf. (cf. p. 2580, 25): infra l. 66. 67. 83. addc*: GLOSS. V 286, 57. CHAR. gramm. p. 468, 14 B. *inter* verba quae voce tantum activa proferuntur latine, apud Graecos autem passivam significationem habent. *de notione*: CHAR. gramm. p. 403, 7 B. -it et hebetescit. -it qui natura obstupescit, hebetescit qui amittit aciem (*al.* GLOSS.). GLOSS.[L] II Philox. HA 11 -ere: *ἀμβλύνεσθαι* (*al.*). V Aa H 67 -it: obtundit⟨ur⟩, percutit⟨ur⟩ (*al.*). Corp. H 55 -bat: stultus factus ⟨est⟩. *al.* *inde a* CIC., LVCR. [*dub.* GLOSS. I 247 ebesco: *ἀγοράζω.* '*fort. contaminatum* (emo *sim.*)' *Iler.*]

i. q. hebetem fieri, hebere incipere (*nota structuram* '-ere ... coepit' *p. 2584, 2; aliter v. l. 76*):

A *sensu proprio de re corporea: i. q. aciem amittere, retundi*: AMM. 16, 12, 54 acumina *gladiorum* densis ictibus -bant.

B *sensu translato (propria vigente notione de acie: v. infra l. 72. 73. 75. 81): fere i. q. torpescere, languescere sim.*: **1** *de hominibus deque rebus ad homines pertinentibus*: **a** *de hominibus ipsis* (*de humana infirmitate: infra l. 68*): *α i. q. lassum, inertem, pigrum fieri*: CIC. ac. 2, 6 *in otio nostro* non modo nosmet ipsos -ere et languere nolumus, sed ... enitimur. TAC. hist. 2, 77 *victos* ultionis cupiditas ad virtutem accendit; illi *victores* per fastidium ... -unt. ann. 3, 69. *β i. q. stupescere* (*accedit* de: *infra l. 70*): HIL. c. Const. 14 p. 593[A] haec audiens -ui neque credidi. CLAVD. DON. Aen. 12, 160 p. 573, 18 *Iuturna* sic vulneratione mentis -uerat, ut ... consilii substantiam perdidisset. AVG. serm. 291, 2 p. 1317[in.] -it humana infirmitas. coll. Morin (1930) p. 329, 14 util. cred. 16, 34 p. 44, 14. OROS. hist. 2, 11, 8 de quo nunc -imus *numero.* 4, 4, 5. **b** *de mente, animo sim.* (*de auctoritate: infra l. 72; virtute: infra l. 75*): CIC. Catil. 1, 4 patimur -ere aciem horum (*i. senatūs*) auctoritatis. Tusc. 1, 73 *solem intuentes aspectum amittunt*; sic mentis acies se ipsa intuens ... -it (*cf.* phil. frg. V 97 M. intelligentiam, quae est mentis acies. VAL. MAX. 9, 12 ext. 10). SALL. Catil. 12, 1 -ere virtus, paupertas probro haberi ... coepit (*v. supra l. 55*). RVFIN. hist. 10, 11 p. 975, 28 EVSTATH. Bas. hex. 8, 7 p. 953[B]. **c** *de sensibus (de oculis: infra l. 81), membris sim.*: PLIN. nat. 7, 168 -unt sensus, membra torpent (EVG. TOLET. carm. 14, 14). SIL. 8, 20 *Celtae* maerebant caede sine ulla ... bella geri *et* ... -ere dextras. SVET. Tib. 68, 2 *oculi Tiberii* -bant (*cf.* NOVATIAN. trin. 2 p. 890[B] oculorum acies). CLAVD. DON. Aen. 12, 905 p. 636, 24 quemadmodum in Turno omnia -uissent, ... ictus ... monstrabat (12, 910 p. 637, 6). HIER. in Is. 24, 19 sq. p. 286[C] nervis. EVSTATH. Bas. hex. 3, 3 p. 893[B] auditus.

2 *de aliis rebus*: LVCR. 4, 359 cogit -ere eum (*ictum*) crebris offensibus aer. SIL. 12, 653 (*cf. p. 2583, 54*) fulgor -ere caeli ... coepit (*cf.* TAC. ann. 1, 30 adversus impios -ere sidera [*cf. p. 2580, 58*]). AVIEN. Arat. 37 ut -at terra gelu.

hebetātio, -ōnis *f.* *ab* hebeto. *i. q. imbecillitas, infirmitas, languor (cf. infra l. 8), segnitia (infra l. 12) sim.*: SEN. dial. 9, 17, 5 nascitur ex assiduitate laborum animorum -o quaedam et languor. PLIN. nat. 28, 58 *venus* medetur ... oculorum -i (habi- *E*). ITALA deut. 28, 28 (Monac.) percutiet te d(o)m(inu)s apoplexi et c⟨aec⟩itate ⟨et⟩ heb⟨e⟩tatio⟨ne⟩ s⟨en⟩sus (*Lugd.* amentia s.; *gr. ἔκστάσει διανοίας, Vulg.* furore mentis). OROS. hist. 4, 23, 10 cur *Romani* Christianis temporibus imputant -em ac robiginem suam, qua foris crassi, intus exesi sunt.

PLIN. nat. 2, 57 umbra illa **hebetātrīx** (*antea*: umbrā terrae lunam hebetari).

hebetātus, -ūs *m.* *ab* hebeto. *i. q. actus hebetandi*: PACIAN. sim. carn. p. 123, 27 *specialitas novissimi Adae ab auctore tractata* sit ... neque calida neque frigida: nam nec exsuperavit vaporis accentu nec compressa est rigoris -u (*corr. ex* habeatu *P*, habetatu *M*).

hebetēsco, -ere. *ab* hebes (*cf. Svennung, Unters. zu Palladius [liber adhuc sub prelo est] 539*). *scrib.* eve-: DIOSC. *infra l. 27* (*cf.* GLOSS. V 570, 1). *de notione: v. p. 2583, 48.* **1** *intrans.: i. q. debilitari, hebescere*: CELS. 6, 6, 37[A] *pupillae* acies ... -it (hebescit *J*). SCRIB. LARG. 56 donec -at ... dolor (*cf. Marcell. med. 12, 3* adimatur). **2** *transit. (cf. Svennung l. c. 447): i. q. infirmare, hebetare*: DIOSC. 3, 67 p. 406, 13 semen *coriandri* ... sensu⟨m⟩ hominis -it aut citius inferet necem (*gr. 3, 63 κινεῖ τὴν διάνοιαν ἐπικινδύνως*).

***hebeto,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* hebes (*cf. Norden ad Verg. Aen. 6, 732*). *scrib. in codd. hic illic* eb-, (h)ab-, hev- *sim.*; i *saepe in 2ª syllaba.* CHAR. gramm. p. 472, 35 B. *inter verba act. coni. I[ae].* NOT. Tir. 91, 64[u] -at. *de notione*: GLOSS.[L] III Abstr. HE 3 -tus: obtunsus. V Aa H 86 -tus: stupefactus (*cf. infra l. 80*). *al.* GLOSS. -at: hebetis facit. *inde a* VERG. (*infra l. 65. p. 2585, 14*), OV., LIV. [*e coni. p. 2580, 31.*]

I *transit.* ('*hebetem reddere*'): **A** *sensu proprio* (*i. q retundere*): **1** *de armis, instrumentis sim.* (*de caestu: infra l. 46*): LIV. 8, 10, 3 cum ... hastas aut praefregissent aut -assent. 30, 35, 8 vulneribus (*cf. infra l. 42*) suis ferrum hostile (VVLG. eccles. 10, 10 [*syn.* retusum]. *cf. l. 43*). 37, 41, 3 gladios aut pila (PLIN. paneg. 18, 3 incuria -ari retundique. SIDON. epist. 3, 3, 5. *cf.* OCTAVIA 525 enses ... vulneribus [*cf. l. 39*]. *v. et infra l. 44*). CELS. 8, 3, 3 aciem ferramenti (PLIN. nat. 13, 142 ferri. 28, 79 in cultris tonsorum [hebetescere *R*]. 37, 192 securium. RVFIN. hist. 8, 9, 4 gladii [*gr. ἀμβλύνεσθαι*]). SIL. 16, 105 iam campi ... madent (*sc. sanguine*), -taque tela *sunt* (STAT. Theb. 9, 904. *al.*). STAT. Theb. 6, 764 caestus -ant ... terendo. **2** *de dentibus (audacius de ipsa bestia: infra l. 51), aculeis (in imag.: infra l. 52) sim.*: PLIN. nat. 8, 41 *leones ingrediuntur* condito in corporis vaginas unguium mucrone, ne refringantur -enturve. 8, 107 *dens corocottae* (SOL. 25, 3. *aliter p. 2585, 69*). AMM. 30, 1, 16 (*v. supra l. 47*) ut -tae primo appetitu venenatae serpentes (*opp.* exacuēre). *in imagine* (*cf. supra l. 48*): PLIN. epist. 3, 15, 4 aculei iudicii mei (*cf. p. 2585, 23*) ... -entur ... et paulum retundantur (AMBR. epist. 4, 5 mortis).

B *sensu translato (notione propria vigente de acie: v. p. 2585, 19 sq. 27. 81, acumine: v. p. 2585, 39; cf. etiam supra l. 53. p. 2585, 58. 84): fere i. q. vigore naturali privare, infirmare, debilitare, minuere, tardare sim.* (*i. q. obscurare: p. 2585, 41.* *acced.* ad: *v. p. 2585, 11. 27. 35. cf. et II*): **1** *de hominibus (de bestiis: v. infra l. 64. p. 2585, 12. 17) deque rebus ad homines pertinentibus*: **a** *de hominibus ipsis* (*cf. et p. 2585, 23.* genus: *infra l. 69*; gentes: *infra l. 74.* *ad intellegendum: infra l. 76.* *fere i. q. stupefacere: infra l. 80*): VERG. Aen. 6, 732 igneus est ollis vigor et caelestis origo seminibus (*i. hominibus pecudumque generi*), quantum non noxia corpora tardant, terrenique -ant artus. OPT. PORPH. carm. 23, 7 neu ... femina ... Graecum ... caris -et telis (*i. amoris armis*). FIRM. math. 6, 34, 4 *Saturnus* pigra homines conversatione faciet ... -ari, ut in omnibus actibus ... deficiant. PRISCILL. tract. 6, 97 p. 73, 8 natura corporis ... genus hominum muscipulis terrenae habitationis -vit. AMM. 17, 10, 2 *homines* fulmine mox tangendos adeo -ari, ut nec tonitruum nec maiores possint audire fragores (*cf. p. 2585, 20*). 19, 7, 4 catafracti -ti et cedentes animos auxere nostrorum (*cf.* 27, 2, 6 quibus *Germanis* -tis parumper reparatisque confestim). 28, 6, 4 *agrestes* inopinus -verat pavor (*cf.* OROS. hist. 5, 5, 15). 31, 10, 18 *clades* gentes -vit. AMBROSIAST. in Rom. 1, 28 p. 61[C] ut magis ac magis -ti (*v. supra l. 62*) ad omnia mala admittenda fierent promptiores (*cf.* PS. AVG. quaest. test. I 53 p. 99, 3 nemo sic poterit -ari, ut neget omnia facere deum cum ratione. II nov. 9 p. 434, 24 *satanas* mirabatur ... stupore [*cf. p. 2586, 12*] -tus quod mysterium inesset). SVLP. SEV. Mart. 24, 5 (*v. supra l. 63*) cum primo aspectu *diaboli* ... fuisset -tus (*cf. Ven. Fort. Mart.: p. 2580, 55*). *al.*

b *de corpore eiusque partibus* (*de nervis [in imag.]: p. 2585, 6*): VAL. MAX. 3, 8 ext. 6 obstupefactis nervis ac torpore -tis artubus. SEN. suas. 2, 1 -ta ... senio aut vulneribus corpora (CELS. 1, 1, 1

[Groth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ignavia corpus -at, labor firmat. *cf. infra l. 30*). SEN. epist. 78, 9 dolor ... interquiescit, cum illa, quae torquebat, -vit. PLIN. nat. 20, 196 *cinis aneti* oculos (*cf. infra l. 17*) et genituram (*cf.* MART. 13, 67, 1 inguina ... tardant -antque palumbi). APVL. met. 7, 4 manus (OROS. hist. 5, 21, 9). AMM. 31, 2, 2 pilorum vigor. MACR. Sat. 7, 4, 21. *in imagine* (*de nervis*): VAL. MAX. 2, 6, 1 *Lacedaemonii* tenacissimos patriae nervos externarum deliciarum contagione solvi et -ari noluerunt (7, 2, 3 prisci roboris).

c *de sensibus* (*aliter infra l. 35*): *α generatim*: PLIN. nat. 18, 118 *faba* -are sensus existimata. APVL. Plat. 1, 16. AMM. 14, 11, 12 (*syn.* obtundi). 28, 2, 13. HIER. epist. 128, 1, 2 (ad). CLAVD. 22, 133 *luxuries* caligine. ENNOD. opusc. 9, 1 p. 416, 2 cum ceteris animalibus -ta caligantium crassitudo sit sensuum. *β de oculis* (*in imag.: infra l. 19*): VERG. Aen. 2, 605 quae *nubes* ... tuenti mortales -at visus tibi (SEN. Herc. f. 1043 maeror [marcor *Wilamowitz, v. vol. VIII 41, 61*]. PLIN. nat. 37, 101. SOL. 1, 62 caligine. *al.*). PLIN. nat. 8, 129 oculi *ursorum* ..., -antur (20, 57 *al.* SVET. frg. p. 133, 2 [*opp.* reficiat]. *al. cf.* AMBR. obit. Valent. 3 p. 1359^{A} oculi mei non solum corporis sed etiam mentis [*v. l. 13*] -ti sunt). 20, 47 oculorum aciem (32, 70. *cf.* AMM. 19, 4, 7). *et sim.* *γ de auribus*: SEN. contr. 1 praef. 2 *senectus* aurium sensum -verit (*syn.* retuderit, fatigaverit). CELS. 2, 1, 11 auster aures (*syn.* tardat).

d *de mente, animo sim.* (*ingenia [fere i. q. homines]: infra l. 31. cf. etiam p. 2584, 53*): OV. Pont. 4, 1, 17 -antem pectora Lethen (SEN. Thy. 920 longis -ta malis). CELS. 2, 1, 11 calor mentem (AMM. 20, 11, 11 *aries* clausorum ... mentes. *al. cf.* LACT. inst. 7, 1, 12 p. 583, 12 acies *mentis* [HIL. in Matth. 4, 7 p. 933^{A} ad conspectum dei]). SEN. dial. 12, 18, 9 longo ... situ obsoleto et -to animo (epist. 24, 16 -bitur *animus* ... et minus habebit vigoris. SVET. Claud. 2, 1 *Claudii morbis conflictati* animo simul et corpore [*cf. p. 2584, 84 sq.*] -to. *al.*). PLIN. paneg. 70, 5 (*v. supra l. 23*) sincera rectaque ingenia, etsi non detorquebat, -bat tamen ... reputatio: *eqs.* (epist. 8, 14, 9 *malis* -ta, fracta, contusa sunt). MIN. FEL. 23, 9 (22, 1 *Waltzing*) opinio (*cf. infra l. 36*) et mens (*cf. l. 25*) imperitorum ... argenti nitore ... ... -atur. HIL. trin. 2, 6 p. 55^{B} *ad deum* investigandum sensus (AMBR. epist. 2, 15 avaritia ... sensus -at humanos et pervertit opiniones [*cf. supra l. 33*]. GILD. Brit. 35 chron. III p. 46, 16 *syn.* tardatur. BOETH. cons. 1, 4, 28 W. maeror. *aliter supra l. 9*). PHYSIOGN. 12 p. 21, 1 sanguis ... intellectūs ... acumen constringit et -at. *al.*

2 *de aliis rebus* (*deest obi.: infra l. 68*): a *de rebus hominum sensus tangentibus*: *α oculos; fere i. q. obscurare, splendore privare sim.* (*nota* -tus *c. acc. gr.: infra l. 48*): OV. am. 2, 6, 21 tu, *psittace*, poteras ... pinnis -are zmaragdos (PLIN. nat. 37, 69 [*opp.* refulgere]. *cf.* 37, 96 *carbunculos* inclinatione -ari. 37, 106 *sardae* umore. PRVD. c. Symm. 1, 421). met. 5, 444 dies -arat sidera (*sic de sideribus*: SIL. 12, 249 Cythereius ignis. TAC. Germ. 45. HIL. in psalm. 146, 8 p. 850, 16 stellarum lumen. BOETH. cons. 2 carm. 3, 3 pallet albentes -ta vultus ... stella [*v. supra l. 42; cf. Bednarz, De synt. Boeth. I, Progr. Striegau 1892, 15*]. *de sole*: GERM. 493 sol ... gelidas hiemes -to lumine portat [SEN. nat. 1, 17, 2]. PLIN. nat. 2, 80 radios. *de luna*: PLIN. nat. 2, 47 *terrae* umbrā sidus [*i. lunam*] -ari [2, 57 AVIEN. Arat. 1462]. AMM. 20, 3, 9 luna obscuratur penitus -to candore). GERM. frg. 4, 29. PLIN. nat. 7, 64 speculorum fulgor aspectu ipso *mulierum profluvio laborantium* -atur (11, 170 speculi nitorem. 28, 82 specula). 33, 93 *aurum* aerosum ... -atur (*cf.* ENNOD. dict. 7, 6 p. 444, 22). *al.* *β ceteros sensus*: PLIN. nat. 7, 70 *dentes* mollientes ... aut -antes verba (*cf.* APVL. flor. 17 p. 79 ut gladius ... situ robiginat, ita vox in vagina silentii condita diutino torpore -atur. ENNOD. epist. 3, 24, 4 p. 89, 23 linguam). 21, 35 quorundam odor suavior e longinquo, propius admotus -atur, ut violae (21, 36 *rosae*). 23, 80 *oleum* venena omnia -at (23, 147. *cf.* AMBR. in psalm. 37, 8, 1 p. 142, 2 veneni vis). 24, 105 amaritudines.

b *de variis corporeis* (*in imag.: infra l. 72*): *α generalia*: OV. met. 7, 210 vos *dei* mihi *Medeae* taurorum flammas -astis (AMBR. epist. 63, 67 [*appos.*: exstinxerunt, obtuderunt]). COLVM. 3, 11, 2 virus et cariem illam vetustatis, quibus -ta quasi aliquibus venenis humus torpeat (torr- *SA*). PLIN. nat. 17, 116 (*v. supra l. 40*) omnis adustio -at. SIL. 8, 497 vipereum ... herbis -are et carmine dentem (*aliter p. 2584, 50*). VIR. ill. 53, 1 arcus ... pluviā (*cf. Liv. 37, 41, 4* emollierat; *Flor. epit. 2, 8, 17* corruperat; *Ps. Frontin. strat. 4, 7, 30* inhabiles factos). EPIST. pontif. 342 Migne 20, 676^{B} firma et nullis -ta motibus ... fundamenta *sedis apostolicae*. *β de ramis, herbis sim.*: PLIN. nat. 16, 125 ramorum aliqui caeci, qui non germinant; quod ... poena *fit*, cum deputatos cicatrix -vit. 17, 158 *ne surculi* vento aut frigore -entur (17, 191). 18, 258 ne herbae vellantur obtrituque -entur. AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 8, 3 p. 256, 10. COD. Theod. 13, 11, 1 (= COD. Iust. 11, 58 [57], 2; *a. 381*) si quis sacrilega vitem falce succiderit aut feracium ramorum fetus -verit (*ἐκκόπτῃ Bas.; vix ad A*).

c *de variis incorporeis*: SEN. clem. 1, 11, 2 *clementia vera est* -are aciem imperii sui. dial. 7, 15, 3 qui ... virtutis voluptatisque societatem facit ..., fragilitate alterius boni quidquid in altero vigoris est -at (*cf.* FIRM. math. 1, 4, 2 vis *divinitatis* ... atque substantia [IVST. 6, 8, 2 *Epaminonda*, velut mucrone teli, ablato duce ... rei ... publicae vires -tae sunt]). PLIN. nat. 23, 38 *vino* tristitia ... -atur. FIRM. math. 1, 2, 4 (*nota syn.*) nec Hispanorum iactantiam ... poterit Saturni lumen -are (*sic de efficacia stellarum*: 6, 15, 11. 6, 35, 2). AMM. 17, 5, 1 formido barbaricos ... excursus. 21, 11, 1 ni *Iulianus* ... haec *ausa* (*sc. seditionem militum*) ... -asset. *al.*

II *intransit.* ('*hebere*'): *de hominibus eorumque mente: i. q. languere, deficere* (*fere de facultate intellegendi [i. q. errare: l. 10; cf. Prud. c. Symm. 2, 2]. acced.* de: *infra l. 11*; ad: *infra l. 12*): CYPR. GALL. deut. 187 si mens -at, patrem *deum* precare, qui te ... totum docebit. COMM. instr. 1, 22, 1 doleo, cives, sic vos -are (*sic Dombart in schedis*; -ari *var. l., edd.*) de mundo. AMBROSIAST. in Rom. 1, 20 p. 57^{C} stupore (*cf. p. 2584, 79*) ...-asse *homines* ad honorandum deum (*cf. Souter, Study of Ambr. 1905, 109*).

part. perf. pass. pro adi.: p. 2584, 45. 2585, 30 al. *compar.*: FRONTO p. 162, 3 N. | omnis personet tibia sonora | si possit, ut **hebetatiorem** | linguam sonantiorem ⟨re⟩d|das (*sic Hauler per litteras*).

deriv.: hebetatio, hebetatrix, hebetatus.

hebetūdo, -inis *f.* *ab* hebes. *in codd. hic illic* eb- *vel* -bit- (-bet- *probatur in acrostichide*: COMM. instr. 1, 22). NOT. Tir. 95, 51. GLOSS.^{L} I Ansil. HE 17 -o: [i]stupiditas, fatuitas (III Abol. EV 14. *al.*). *inde a* COMM. SACERD. HIL.

i. q. status eius qui (quod) hebes est: 1 *spectat ad homines* (*ad bestias: v. infra l. 37. 38. 61.*): a *i. q. animi languor, socordia* (*fere i. q. pigritia, segnities sim.: v. infra l. 44 53), stultitia* (*nota*: -is ... stultitiam *infra l. 31), fatuitas sim.* (cordis, mentis *sim.: v. infra l. 35. 41. 49*; saeculi: *v. infra l. 29*, impietatis: *v. infra l. 30*; infantilis: *v. infra l. 46. philosophice: infra l. 51*): COMM. instr. 1, 22 tit. (*v. supra l. 27*) -o saeculi (*cf.* HIL. trin. 1, 34 p. 47^{B} *quaestio* saecularis sapientiae -e invalescens). HIL. trin. 10, 30 p. 368^{B} impietatis tuae. 12, 44 p. 461^{A} sapientiae dictis impiae -is tuae disce stultitiam (*cf.* OPTAT. 6, 6 p. 155, 6 manifesta est vestra -o. haec vos stulte fecisse *eqs.* AMBROSIAST. in Rom. 1, 23 p. 58^{C} quanta -o, quanta stultitia.). ad Const. 1, 7 p. 186, 16 quae obtunsio intellegentiae est? quae cordis -o (GAVDENT. serm. 8 p. 893^{B} c. -e obtusus. HIER. epist. 147, 3 p. 316, 15 RVRIC. epist. 1, 5 p. 358, 27. *al.*). in psalm. 118 vau 1 p. 411, 16 pecudeae -is (*cf.* ENNOD. opusc. 2, 27 p. 296, 7 beluarum. *al. cf. p. 2581, 44*). SACERD. gramm. VI 502, 2 imperitissimi et omni arte metrica separati -e quadam decepti. AMBROSIAST. in Gal. 1, 6 p. 341^{A} -em illorum, qui in securitate positi, labori se subiecerunt inani. 3, 20 p. 357^{B} mentis (GILD. Brit. 23 chron. III p. 38, 16. *aliter infra l. 56*). RVFIN. Orig. in gen. 13, 4 p. 119, 11 B. mulier ... mundavit domum sordibus ..., quas longi temporis ignavia et -o congesserat. AVG. conf. 5, 8, 14 p. 87, 12 Sk. multa iniuriosa faciunt mirā -e. civ. 13, 3 p. 559, 27 D. ad infantilem -em et infirmitatem animi et corporis. serm. rev. Bénéd. 21 p. 131, 38 simplicitati animum, non -i, accomodare (*cf.* p. 131, 52 fac nos ... sine -e bonos). IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 6, 9 p. 1515$^{in.}$ convincenda ... est sensus vestri -o (GREG. M. moral. 6, 12 p. 736^{A} *al.; aliter infra l. 60*). PS. AVG. categ. 18 p. 1438 *Peripatetici* inter versutiam et -em prudentiam posuerunt (*cf. Arist. Eth. Eud. 1221 a 12 εὐήθεια. Divis. Arist. p. 48, 6 Mutschm. ἀφροσύνης*). GREG. M. moral. 2, 78 p. 593^{B} *animus* in rebus imis ... -e pigrescit. *et al.*

b *i. q. torpor, obtusio, ἀναισθησία sim.* (*fere i. q. stupor: infra l. 58*): *α hominum eorumque mentis*: CLAVD. DON. Aen. 3, 47 sq. p. 269, 16 'obstipui steteruntque comae' *eqs.* ... ut mens omnis in -em versa sit (*cf.* CAEL. AVR. chron. 4, 7, 92 mentis). PS. AVG. quaest. test. I 27, 2 p. 55, 1 tanta -e (*cf. supra l. 54*) demens effectus est Saul (*cf. Vulg. I reg. 28, 5* expavit cor eius nimis). CAEL. AVR. acut. 3, 2, 9 -o plurima. chron. 5, 3, 57 -o ... et articulorum frigus. *β sensuum, corporis sim.*: MACR. somn. 1, 14, 12 *memoria animalium* -em sensuum quinque comitatur (CAEL. AVR. acut. 2, 3, 13 intelligimus lethargum ex ... -e s. 2, 10, 69 s. torpor atque -o [2, 10, 73]. *al. cf.* PETR. CHRYS. serm. 111 p. 505^{B}). CAEL. AVR. chron. 3, 4, 58 cum cicatrices ... -e torpentes tamquam mortuae vim nullam medicaminum accipiant. 4, 7, 99. ORIBAS. syn. 5, 3 corporis.

2 *singulariter de colore gemmae* (*cf. p. 2583, 21*): ISID. orig. 16, 7, 5 *beryllus* politur ... in sexangulas formas, ut -o coloris repercussu angulorum excitetur.

hebetus, (-a, -um). GLOSS. II 282, 2 *δύσνους* ... hebes -us. SYNON. Cic. gloss. I 83, 54 insipiens ... demens aebeius (*corr. Heraeus*). 86, 155 duricordius hevitus (*cf. vol. V 1, 2289, 33*). [*e coni. dub.*: HIL. myst. 1, 21, 2.] *Groth.*

hebionim *hebr.* (אֶבְיוֹנִים). HIER. in Ier. 2, 6, 3 p. 78, 15 -m (-em *var. l.*) ... proprie 'pauperes', non 'viduas' sonat. *Brandt.*

hebisc- *v.* hibisc-.

hebitās, -ātis *f.* [*ab* hebes, *cf.* sospitas *sim. J. B. H.*] *fere i. q. stupor* (*cf. supra l. 54*): GREG. TVR. Iul. 2 p. 565, 8 cum starent in -e mentis attoniti (*cf. antea*: stupor mentes ... invadit). *v. Bonnet, Le lat. de G. 196. 458.* *Groth.*

hebris *v.* febris *vol. VI 1, 408, 45.* *cf. Walde-Hofmann 471.*

[**hebrius** *sim. v.* ebrius *sim.*] **hebs** *v. p. 2580, 72.*

(h)ecaergas (*cf. vol. V 2, 23, 38*) *v. Onom. s.* Hecaergos.

hecatebeletes *v. Onom.*

[H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hecatombē, -ēn *f.*, ἑκατόμβη. *abl. pl.* -is: *infra l. 8.* -cāt-: PRVD. perist. 10, 1051. VARRO (Men. tit.) Non. p. 466 Varro hecatombe (*saepius litt. gr.*: p. 213. 521 *al.*). *i. q. sacrificium centum animalium* (*cf. vol. III 825, 72*): VARRO Men. 98 mea . . . -e pura ac puta. 100 habes quī et cuius rei causa fecerim -en (CAPITOL. Max. Balb. 11, 4 Maximin. 24, 7 HYG. fab. 118 p. 102, 24). IVV. 12, 101 exsistunt qui promittant -en (VOPISC. Tac. 12, 1 SCHOL. Iuv. 12, 101). TREB. Gall. 9, 4 celebratis . . . -i[i]s. *describitur*: CAPITOL. Max. Balb. 11, 5 -e . . . tale sacrificium est: centum arae . . . exstruuntur et ad eas centum sues . . . mactantur. HYG. fab. 118 p. 102, 23 (*interpol.?*). PRVD. perist. 10, 1051.

hecatombeon *v. Onom.*

hecatombion *n.* [*aut deminutum* *ἑκατόμβιον *aut* ἑκατόμβοιον *pronuntiatione alteratum. Heraeus.*] *i. q. hecatombe*: SIDON. carm. 9, 203 Hammon . . . vix se post -n (-onb- *TP*, -onby- *CF*) litatum suetus promere Syrtium barathro. *v. et l. 8.*

hecatompolis, ἑκατόμπολις (*cf. Hom. B 649 Κρήτην ἑκατόμπολιν*). *i. q. centum urbes habens*: SERV. Aen. 3, 106 *Creta* primo . . . centum habuit civitates: unde -s (-thop- *codd. plerr.*) dicta est (ISID. orig. 14, 6, 15).

hecatompylos (-us), ἑκατόμπυλος (*Hom. I 383 Θήβας Αἰγυπτίας . . . αἳ θ' ἑκατόμπυλοί εἰσι*). *scrib. nonnisi* -onp-. *i. q. centum portas habens*: AMM. 17, 4, 2 urbem . . . portarum centum . . . aditibus celebrem -os Thebas institutores . . . cognominarunt (*sic de Thebis Aegyptiorum urbe* [*v. Kees, RE V A 1556, 20*]: 22, 16. 2 -os . . . Thebas. *cf.* HYG. fab. 275 p. 151, 11 in India Thebas . . ., quae -ae appellantur ideo quod centum portas habent). *cf. Onom.*

hecatontamachus, -ī *m.*, ἑκατοντάμαχος. CASSIOD. Ios. antiq. 13, 19 p. 384 (ed. Bas. a. 1524) habens octo milia pugnatorum, quos -os (*gr. 13, 339* ἑκατονταμάχους) vocabat, id est contra centum pugnantes.

hecatontarchus, -ī *m.*, ἑκατόνταρχος. *qui praeest centum militibus, centenarius* (*cf. vol. III 814, 3 et v. Grosse, Röm. Militärgeschichte 1920, 117 sq.*): PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 5 p. 712 (ed. Bas. a. 1524) eos . . . sequebantur de singulis -is (*gr. 3, 117* ἀφ' ἑκάστης ἑκατονταρχίας. *'an* -i⟨i⟩s?' *Leumann*). 3, 5 p. 713 quidam -us, disciplinae atque ordinis custos (*gr. 3, 124* ἑκατόνταρχος [-χης *var. l.*]). 5, 13 p. 769 convocatis . . . -is et chiliarchis (*gr. 4, 636* ἑκατοντάρχας [-ους *var. l.*]). 7, 3 p. 808 -us (*gr. 6, 81* ἑκατοντάρχης).

hecatontas, -adis *f.*, ἑκατοντάς. *dat. pl.* -asin: *infra l. 44; abl. pl.* -adibus: *infra l. 48.* *i. q. centenarius numerus*: IREN. 1, 15, 2 p. 183 St. *alphabetum* Graecorum habere monadas octo et decadas VIII et -as VIII (ἑκατοντάδας). 5, 30, 1 p. 799 sexcentos . . . et sexaginta et sex; hoc est decadas aequales -asin et -as aequales monasin (PS. ORIG. tract. 18 p. 196, 10). HIER. in Am. 5, 3 p. 1038[B] tertia *beatitudo* in tertio *numero*, id est in -e *eqs.* -s ex decem decadibus struitur. quartus numerus, qui millenario continetur, de decem constat -bus. MART. CAP. 7, 734 item -s a decade quaternario cumulatur, id est decem, viginti, triginta, quadraginta, qui sunt centum. 7, 745. 7, 746 *bis.*

hecatostylum (*sim.*) *v. Onom.*

heccedecasyllabus, (-a), -um, ἑκκαιδεκασύλλαβος (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 172, 7 ἑκκαιδεκασύλλαβα Sapphica). *i. q. sedecim syllabas habens*: **1** *masc.* -us (*plur.: infra l. 57*): FORTVN. gramm. VI 302, 6 'Tu ne quaesieris . . . tibi' -us Sapphicus (MAR. VICTORIN. gramm. VI 181, 6). MAR. VICTORIN. gramm. VI 181, 11 hactenus de -is. **2** *neutr.* (metrum) -um (-on *infra l. 59. 60*): DIOM. gramm. I 501, 25 alia *metra* a numero syllabarum, ut est Sapphicum hendecasyllabum et -um (505, 16 -on. 522, 4. MAR. VICTORIN. gramm. VI 167, 25 -on).

hecios (*Diosc. gr. 4, 27* ἔχιον, *Diosc. lat. 4, 26* acion; *cf.* ecion *vol. V 2, 46, 62*) quod capiti viperino semen ipsius sit simile PS. DIOSC. herb. fem. 40 ([= 39 K.]. *ibid. l.* 9 [*om. L*[1]]. *cf. Küstner, Krit. u. Exeg. zu Ps.-D. 41*). *v. s.* acion *et* echion.

***hecticus,** -a, um, ἑκτικός. *de scriptura v. infra passim: l. 71. 72. 75. 78.* [*dub.*: SEN. contr. 2, 4, 8 Albucius hecticos (het- *D*[2]) . . . dixit (= ἑκτικῶς *'commode', 'scienter'?*; ethicos *edd. recc., cf. vol. V 2, 923, 38*).] *in arte medica: i. q. ad pthisim pertinens*: **1** *qui tabe vel febri hectica laborat, pthisicus*: SORAN. p. 76, 1 ut *mulieres* sint tenues et macilentae et pthisicae vel -ae (aectico *l* [*cf. infra l. 75*]). ALEX. TRALL. 3, 58 sqq. *saepe* (*respondet gr.* [*I p. 361 sqq. P.*] ἑκτικός. *scribitur non nisi* ethic- [*cf. infra l. 78*]): *e. g.* 3, 64 poma . . . quia humectant . . . -is sunt acceptabilis cibus. **2** -a febris: ORIBAS. syn. 6, 21 sq. p. 108—10 *et* syn. 2 add. p. 843 *passim* (*respondet gr.* ἑκτικὸς πυρετός. *scribitur* hict-, ict-, ect-, aect- [*cf. supra l. 71*], eict-): *e. g.* syn. 6, 21 p. 109 duplex . . . -ae febris species est. ALEX. TRALL. 3, 46 sqq. *passim* (*respondet gr.* [*I p. 349 sqq. P.*] ἑκτικὸς πυρετός. *scribitur non nisi* ethic- [*cf. supra l. 72*]): *e. g.* 3, 46 tit. de -is febribus. *cf. Onom.*

hecyra *v. Onom.*

***hedera,** -ae *f.* [*orig. inc.; cf. Walde-Hofmann s. v. et Thurneysen, KZ 63, 1936, 116. J. B. H.*] *de orig.*: PAVL. FEST. p. 100 -a dicta, quod haereat, sive quod edita petat, vel quia id, cui adhaeserit, edat (PHILARG. Verg. ecl. 3, 39 aedera [ed- *var. l.; de script. cf.* GLOSS.], id est ab aerendo arboribus, sine adspiratione dici debet. ISID. orig. 17, 9, 22 quod arboribus reptando adhaereat *eqs.* [*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. HE 55]. alii -am aiunt vocatam quod haedis supra lactis abundantiam in escam a veteribus praebebatur). *de aspirat.*: PAVL. FEST. p. 82 (*sub E*). 100 (*sub H*). TER. MAVR. 218 (h-). CASSIOD. (*ex Eutyche*) gramm. VII 200, 24 (h-). PHILARG. *p. 2587, 83.* h- *in titulis: p. 2589, 10. 73.* ed- *in codd. e. g.*: VERG. *saepe* (*v. Ribbeck, Proleg. p. 421*). DIG. *infra l. 38.* PALLAD. (*ubique*). GLOSS. *litt. gr.* ἕδερα, ἕδεραμ: PS. DIOSC. Vind. 2, 179. 4, 125. *de genere*: CHAR. gramm. p. 454, 13 B. *plur. inde a* VERG. (*cf. etiam p. 2589, 26*); *de plur. poet. v. Maas, ALL 12, 1902, 550 Schink, De Rom. plur. poet. 1911, 63 Löfstedt, Synt. I 41.* NOT. Tir. 105, 70 hedra (-dera *var. l.*). *legitur inde a* (*de [?] Fab. Pict. v. p. 2589, 27; de Laevio p. 2589, 26*) LABER. VARRONE CIC. CATVLL. CAES. [*val.* iederă, *it.* edera, *francog.* lierre, *hisp.* hiedra. *M.-L.*]

nomen fruticis: **I** *i. q.* **χισσός** (*cf.* GLOSS. *ad rem v. Olck, RE V 2826 sqq.*): **A** *de natura, generibus, specie, virtute sim.* (*fusius*: PLIN. nat. 16, 144 sqq. [*sec. Theophr.*]): VERG. georg. 2, 258 sceleratum exquirere frigus difficilest: . . . interdum . . . -ae pandunt vestigia nigrae (*cf.* ISID. orig. 17, 9, 23). VITR. 8, 1, 3 harundo, -a aliaque . . . non possunt nasci per se sine umore (*sic inter aquarum notas*: PLIN. nat. 31, 44 augurio fallaci. PALLAD. 9, 8, 4). COLVM. 11, 2, 30 -as ab Idibus Februariis . . . poni oportere. PLIN. nat. 8, 117 capti . . . iam sunt *cervi* -a in cornibus viridante (*cf.* MARCELL. med. 2, 20 in capite statuae). 12, 74 oesypum hircorum barbis . . . villosis inhaerens, . . . -ae flore deroso, pastibus matutinis. 15, 100 plurimum . . . differunt -ae sabucique acini. 16, 79 non decidunt *folia* . . . -ae. 16, 85 foliorum unitas in suo cuique genere permanet praeterquam populo, -ae *eqs.* 16, 144 -a iam dicitur in Asia nasci. 16, 145 duo genera prima, . . . mas atque femina. maior traditur mas et corpore et folio *eqs.* species horum generum tres: est . . . candida aut nigra -a, tertiaque vocatur helix. etiamnum haec species dividuntur in alias, quoniam est aliqua fructu tantum candida, alia et folio (*cf.* 1, 16, 62 genera . . . XX. SERV. ecl. 7, 38 nigra . . . vel alba -a non ex foliis, sed ex ligno cognoscitur. DIOSC. 1, 107. *al.; cf. p. 2590, 16. 22*). 16, 152 est et rigens -a, quae sine adminiculo stat. 18, 245 cavetur, ne fabis florentibus attingatur -a; id . . . noxium . . . ei est tempus. VLP. dig. 47, 7, 3, 1 -ae . . . arbores non male dicentur. TERT. anim. 19 p. 330, 29 video . . . -as . . . statim ad superna conari et . . . suspendi, quod malint parietibus inrepi textili silva quam humi teri. coron. 7 p. 433, 2 Oe. (*p. 2590, 53. cf.* ISID. orig. 17, 9, 23). *et saepe.* *implicantur arbores* (*fruges: l. 45*): CVLEX 141 -ae . . . ligantes *populorum* bracchia . . . excedunt ad summa cacumina. PLIN. nat. 16, 151 arbores . . . necat candida -*a* (16, 243. 17, 239. *cf.* PAVL. FEST. p. 331 *fruges. v. etiam l. 54*). 16, 208 -ae modo arborem scandens. PLIN. epist. 5, 6, 32 *platani* -a vestiuntur *eqs.* -a truncum et ramos pererrat. PS. SORAN. epit. 38. *v. et p. 2587, 82 sqq.* *saepe in comparatione*: CATVLL. 61, 34 mentem amore revinciens ut tenax -a . . . arborem implicat (*sic in sermone amatorio*: HOR. epod. 15, 5 artius atque -a procera adstringitur ilex. carm. 1, 36, 20 nec Damalis novo divelletur adultero, lascivis -is ambitiosior. TREB. Gall. 11, 8 [= ANTH. 711] bracchia non -ae . . . vincant. CLAVD. 14, 19. *cf.* AVG. serm. 304, 3, 2 p. 1396 lilia virginum et coniugatorum -as). LABER. mim. 122 ut -a serpens vires arboreas necat, ita me vetustas amplexu annorum enecat (*cf. l. 44*). OV. met. 4, 365. AMM. 15, 2, 9 *potioribus* tamquam -ae celsis arboribus adhaerentes.

B *de usu*: **1** *in arte medica* (*cf. p. 2589, 3. 7. de bestiis sibi medentibus: l. 70*): CELS. 2, 33, 4 *simul et reprimunt et refrigerant* verbenarum contusa cum teneris caulibus folia; cuius generis . . . laurus, -a. 3, 20, 4 *imponenda* -a cum rosa et aceto. 5, 28, 4[E] *proficere* potest nigra -a ex vino austero cocta. 6, 9, 6 si dolor eximi *dentem* . . . cogit, . . . baca -ae coniecta in . . . foramen dentem findit (SCRIB. LARG. 2. 129 PLIN. nat. 25, 175). 8, 10, 7[K] aqua . . . in qua myrtus, -a . . . decoctae sint. COLVM. 6, 31, 2 ex aequo miscentur radices agrestis -ae (herbae *trad.; corr. Schneider ex Hippiatr. gr. I p. 276, 8*) sulfurque et pix liquida cum alumine. SCRIB. LARG. 7 per nares . . . purgatur caput his rebus infusis . . . . -ae suco per se vel betae suco *eqs.* (PLIN. nat. 21, 78 malvae suco aut foliorum -ae perungui salutare est *contra apes* vel percussos eas bibere [*cf.* CAEL. AVR. acut. 1, 16, 158 -a cum bibitur]). PLIN. nat. 8, 98 -a apri in morbis sibi medentur. 24, 75 sqq. (*fusius. cf.* 1, 24, 47). 24, 80 cummim etiam in -a quaerunt, quam ex aceto utilissimam dentibus promittunt. 28, 78 rutam et -am res medicatissimas. *et saepe.* **2** -*a alimentum: pecudum*: COLVM. 7, 6, 7 *haedis* super lactis abundantiam . . . -a praebenda *est* (*inde*: PALLAD. 12, 13, 8 ISID. *supra l. 2*). SCRIB. LARG. 132 (MARCELL. med. 23, 6) infantibus lienosis dare . . . lac caprinum capra tantummodo -a pasta (*sim.*: PLIN. nat. 28, 130). CALP. ecl. 5, 110. PLIN. nat. 12, 74 (*v. supra l. 26*). *apium*: COLVM. 9, 4, 2 -ae . . . non propter bonitatem recipiuntur, sed quia praebent plurimum mellis. PALLAD. 1, 37, 2. **3** *de materia hederacia*: SEN. nat. 2, 22, 1 *ad eliciendum ignem* duo ligna inter se . . . fricta sunt; non omnis hoc . . . materia praestabit, sed idonea eliciendis ignibus, sicut laurus, -ae (*cf.* PLIN. nat. 16, 207. 16, 208). PLIN. nat. 16, 155 (*cf. p. 2590, 37*) -ae mira proditur natura ad ex-

[H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perienda vina, si vas fiat e ligno eius, vina transfluere ac remanere aquam, si qua fuerit mixta (*cf.* 24, 79 *-ae* ligni vaso splenicos bibentes sanari invenio [*sic in arte medica*: SER. SAMM. 404 pocula]. AMPEL. 8, 15 scyphus. MACR. Sat. 5, 21, 11 poculum [*cf.* 5, 21, 13]). 17, 101 limen. **4** *de coronis hederaciis* (*cf. infra l. 30 sqq.*): PLIN. nat. 21, 52 folio coronantium milaces et -ae corymbique earum optinent principatum. 21, 55. SER. SAMM. 354 (*in arte medica*). **5** *in arte factis*: VERG. ecl. 3, 39 (*in poculo*) vitis diffusos -a vestit pallente corymbos. OV. met. 6, 128 (*in tela*). *-ae folia punctorum loco incisa* (*cf. Olck l. c. 2838, 68*): CIL VIII 6982 -ae distinguentes incoctiles ('*de auro incocto -is illis*' *Mo.*) n(umero) X.

C *loci generales*: **1** *varia* (*in imagine: l. 20*): CIC. ad Q. fr. 3, 1, 5 *topiarius* ita omnia convestivit -a, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis, ut denique illi palliati (*i. statuae*) topiarium facere videantur et -am vendere. CAES. civ. 3, 96, 1 in castris Pompei videre licuit ... tabernacula protecta -a. VERG. ecl. 4, 19 tibi *puero* ... errantes -as ... tellus ... fundet. 7, 38 Galatea ... -a formonsior alba (FIRM. err. 7, 2). georg. 4, 124 nec ... tacuissem ... pallentes ... -as (*cf.* CVLEX 405 -ae ... nitor pallente corymbo). HOR. carm. 1, 25, 17 (*v. l. 12*) pubes (*sc. amator*) -a virenti *gaudet* ... pulla magis atque myrto, aridas frondes ... *dedicat* Euro. 4, 11, 4 est -ae vis multa, qua crines religata fulges. PROP. 1, 2, 10 veniant -ae sponte sua melius. 4, 7, 79 pelle -am tumulo, mihi quae pugnante corymbo ... contortis alligat ossa comis (*cf.* PLIN. nat. 16, 144). OV. met. 10, 99 flexipedes -ae (*cf.* SERV. ecl. 4, 19 antiqui lyrici dixerunt 'f. -as' [*Laevio attrib. Norden, NJbb. 1925, 38 sq.; cf. Morel p. 63*]). GELL. 10, 15, 12 (*ex [?] Fab. Pict., cf. Peter I² p. 114*) -am ... neque tangere Diali mos est neque nominare (*sim.*: PAVL. FEST. p. 82). CLAVD. rapt. Pros. 2, 111.

2 *-a insigne*: **a** *Bacchi (Osiris: infra l. 52) eiusque cultorum* (*v. et infra l. 59. cf.* VARRO frg. Serv. auct. ecl. 8, 12 PAVL. FEST. p. 100 PLIN. nat. 16, 9 MACR. Sat. 1, 19, 2): VARRO ling. 6, 14 Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi anūs -a coronatae (*cf.* OV. fast. 3, 767 *Liberalibus* cur -a cincta est [*sc. anus Bacchi sacerdos*]? -a est gratissima Baccho. *adde*: STAT. Theb. 7, 653 [*de Eunaeo Bacchi sacerdote*]. TAC. hist. 5, 5 [*de sacerdotibus Iudaeorum*]). LYGD. 6, 2 Liber ades: ...-a tempora vincta feras (*sic de ipso Baccho*: OV fast. 6, 483 SEN. Oed. 414 VERS. metr. [Bass. gramm. VI 256, 3] 2, 6 AVIEN. orb. terr. 1129 CLAVD. rapt. Pros. 1, 17. *cf.* VELL. 2, 82, 4 *Antonius* redimitus -is ... velut Liber Pater vectus *est* ... Alexandriae [PETRON. 41, 6 puer ... -is ... redimitus ... Bromium ... confessus *sc. significans*]). PROP. 3, 3, 35 *Musa* -as legit in thyrsos (ELEG. in Maecen. 1, 64 PLIN. nat. 16, 144 STAT. Theb. 12, 623. *cf.* MACR. Sat. 1, 19, 2). OV. met. 3, 664 (*cf. Hom. hym. 7, 40*) impediunt -ae remos *nautarum Tyrrhenorum* (SEN. Oed. 455 HYG. fab. 134 p. 114, 14 CLAVD. 24, 366. *cf.* OV. met. 4, 395). 6, 599 raptae *Philomelae* ... insignia Bacchi induit et vultus -arum frondibus abdit *Procne* (*sic de Bacchi cultoribus* [*de sacerdotibus v. supra l. 34*]: CVRT. 8, 10, 15 [*de Alexandri militibus ut*: PLIN. nat. 16, 144 IVST. 12, 7, 7]. VAL. FL. 2, 268 STAT. Ach. 1, 610. TAC. ann. 11, 31 *Messalina* thyrsum quatiens, iuxtaque Silius -a vinctus. APVL. met. 11, 27 [*spectat ad Osirim*]. VVLG. II Macc. 6, 7 *Iudaei* cogebantur -a coronati Libero circuire [-am habentes *vel* -ae h. coronas (*sim.*) *codd. apud De Bruyne-Sodar, Les anc. trad. lat. des Machabées 1932 p. 146/7; cf.* Lucif. non parc. 35 p. 282, 24. *gr.* κισσοὺς ἔχοντες]. CLAVD. 8, 609). CVRT. 7, 9, 15 transierant ... Liberi Patris terminos, quorum monumenta ... erant ... arbores ..., quarum stipites -a contexerat (*cf.* 8, 10, 13). *et al.* **b** *poetarum, Musarum (infra l. 74) sim.* (*Apollinis: infra l. 84. a Baccho tributa: l. 69. opponitur* laurus [*i. imperatoris insigne*]: *l. 64*; cupressus *sim. [i. mortis signum]: infra l. 81. cf.* VARRO frg. Serv. auct. ecl. 8, 12 SERV. ecl. 7, 25. 8, 12 PROB. Verg. georg. 3, 43 SCHOL. Pers. prol. 6): VERG. ecl. 7, 25 pastores, -a crescentem ornate poetam. 8, 13 hanc sine tempora circum inter victrices -am (-as *Char.*) tibi *Pollioni* serpere lauros (*v. l. 60. sim.*: MART. 8, 82, 8 MEROB. carm. 4, 8. *cf.* DRAC. Romul. 5, 319). HOR. carm. 1, 1, 29 me doctarum -ae praemia frontium dis miscent superis (epist. 1, 3, 25 [*v. Kiessling-Heinze ad l.*]). PROP. 2, 5, 26. 4, 1, 62 (*opp.: Ennii* hirsuta ... corona) mi folia ex -a porrige, Bacche, tua (*v. l. 59. cf.* OV. trist. 5, 3, 15 *et v. infra l. 71. 78*). OV. am. 3, 9, 61. ars 3, 411 nunc -ae sine honore iacent (*cf.* MART. 1, 76, 7 quid possunt -ae Bacchi dare? CIL VI 1724, 11 [*a. 435*] illi *Flavio Merobaudi poetae* cessit in praemium non ... otiosa -a, honor capitis Heliconius, sed imago aere formata. *v. et l. 80*). OV. met. 5, 338 immissos -a collecta capillos Calliope (*sic de Musis*: fast. 5, 79. STAT. silv. 1, 5, 13 procax vittis -isque soluta, fronde verecunda, Clio [-isque, soluta f. v. *Vollmer (cf. BphW. 1895, 168), Klotz*]. 2, 7, 11). OV. trist. 1, 7, 2 siquis habes nostris similes in imagine vultus, deme meis -as, Bacchica serta, comis (*paulo aliter*: PERS. prol. 6 quorum imagines lambunt -ae sequaces [IVV. 7, 29 ut dignus venias -is et imagine macra]). PLIN. nat. 16, 147 STAT. silv. 1, 2, 249. 5, 3, 8 funestam ... -is inrepere taxum extimui *poeta mortem patris deplorans* (*cf.* 5, 5, 30 hilares ... -as plorata cupressus excludit). MART. CAP. 1, 10 (*v. supra l. 59*) alibi (*antea*: in Helicona) ... arentes ... -as ... reppererunt. ENNOD. carm. 2, 66, 7.

spectantur carmina: PRVD. cath. 3, 26 sperne, camena, leves -as ..., sertaque mystica dactylico texere docta liga strophio. SIDON. epist. 8, 11, 3 vers. 6 (*cf. § 3* metatoriam paginam quasi cum Musa praevia misi) rugas tibi *Thaliae* syrmatis profundi succingant -ae expeditiores.

II ***singulariter: vertitur hebr.*** ciceion (*vol. III 1048, 41. cf.* HIER. in Ion. 4, 6 p. 1147ᴮ—49ᴮ [*vol. III l. c.*]. epist. 112, 22 RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 35 p. 614ᴬ. AVG. epist. 82, 35 illud apud Ionam virgultum si in Hebraeo nec -a est nec cucurbita sed nescio quid aliud, quod trunco suo nixum nullis sustentandum adminiculis erigatur, mallem iam in omnibus Latinis cucurbitam legi; non enim frustra hoc puto septuaginta posuisse, nisi quia et huic simile sciebant. *v. et Rönsch, Itala u. Vulg. 9*): VVLG. Ion. 4, 6 praeparavit ... deus -am et ascendit super caput Ionae (*et quater* [*ibid.* 4, 6—10]. *Itala Wirc.* cucurbita [*al.: v. vol. IV 1283, 70—75 et Rönsch l. c.*]; *gr.* κολοκύνθη).

epitheta selecta: agrestis: *p. 2588, 65.* alba (*cf. p. 2588, 32*): *p. 2589, 18.* PLIN. nat. 16, 152. 24, 76 MARCELL. med. 1, 23. Bacchica: PLIN. nat. 16, 147. bacifera: SEN. Oed. 414. communis: MARCELL. med. 36, 73. crinalis: CLAVD. rapt. Pros. 1, 17. errantes: *p. 2589, 17.* flexipedes: *p. 2589, 25.* lascivae: *p. 2588. 51.* lēvis: CALP. ecl. 5, 110. nexiles: OV. met. 6, 128. nigra (*cf. et p. 2588, 32*): *p. 2588, 20. 61.* SCRIB. LARG. 129 PLIN. nat. 16, 151. 24, 78 MARCELL. med. 1, 38. 23, 60 PS. APVL. herb. 99 l. 1 sqq. H.-S. MISC. Tir. p. 59, 2 CAEL. AVR. chron. 2, 4, 82 GLOSS. Nysia: PLIN. nat. 16, 147. pallens: *p. 2589, 9. 19.* STAT. Theb. 7, 653. sequaces: *p. 2589, 79.* serpens: *p. 2588, 54.* ELEG. in Maecen. 1, 64 (*pl.*). silvatica: MARCELL. med. 23, 60. tenax: *p. 2588, 49.* terrestris (*sim.*): VEG. mulom. 2, 20, 1. 2 GLOSS. victrix: HOR. epist. 1, 3, 25 CLAVD. 8, 609. virens: *p. 2589, 20.* PLIN. nat. 16, 149. viridis: ENNOD. carm. 2, 66, 7.

hederāceus *et* (*saepius*) **hederācius**, -a, -um. *ab* hedera. *sine* h: VOPISC. Aurelian. 49, 7 (*P*). *traditur* -eus (*quantum ex edd. adnott. perspici potest*): CATO agr. 111 (*altero loco*). COLVM. 8, 10, 4 (hereciae *S*). PLIN. nat. 16, 92. 16, 153. *v. et l. 40.*

1 *i. q. hederae proprius (l. 36) vel ex hedera confectus* (*l. 39*): CATO agr. 54, 2 *bubus* frondem ...-am dato (*cf.* 111 vasculum facito de materia -a [*ad experienda vina. cf. p. 2588, 84*]. COLVM. 8, 10, 4 bacae. PLIN. nat. 16, 92 [*ex Catone*] *folia*). 111 (*cf. l. 37*) non continet vinum vas -um (*cf.* PLIN. med. 2, 13 p. 56, 6 -is [-iis *g*, -eis *d b*] vasis [*cf. Plin. nat. 24, 79 et v. Niedermann, RhM. 71, 1916, 145*; ericaeis *Rose*]). **2** *i. q. hederae similis* (*de colore: l. 43*): PLIN. nat. 16, 153 *smilax* folio -o (*cf.* 24, 178 *graminis* folia ... -a specie). VOPISC. Aurelian. 49, 7 (*v. l. 41*) calceos. *i. q. hedera ornatus*: TREB. Claud. 17, 5 patenam argenteam -am. CIL VI 13756 (= Dessau 8107) fecit se vivo sibi arca -a, in quo se poni iubet.

GLOSS. III 537, 30 crisomitas (*v. vol. IV 1206, 83*) id est **(h)ederaga.** [ἑδεραλίς *v. s.* inferialis (*lνφεριάλις*).]

hederātus, -a, -um. [*ab* hedera, *cf.* laureatus *sim. J. B. H.*] *sine* h: TERT. *A.* [*de* TREB. Claud. 17, 5 *v. supra l. 44.*] *i. q. hedera ornatus* (*c. abl.: l. 55*): **1** *ornantur Bacchus eiusque cultores* (*fere i. q. Bacchicus: l. 56*): TERT. coron. 7 p. 433, 1 Oe. Liberum ... Harpocration industria -um argumentatur, quod hederae natura sit cerebrum ab heluco defensare (*cf.* NEMES. ecl. 3, 18 *Bacchus* gravidis -a fronte corymbis). PAVL. NOL. carm. 19, 278 (*v. l. 52*) lascivos ... choros -is ducere pompis. **2** *ornatur poeta*: SIDON. carm. 9, 295 (*cf. p. 2589, 60*) Quintianus ... in castris -e laureatis (*Chatelain*, hedera ter laureatus *codd.*).

hederiger, -a, -um. [*ab* hedera *et* gerere, *cf. gr.* κισσοφόρος. *J. B. H.*] *i. q. hederam gerens*: CATVLL. 63, 23 capita Maenades vi iaciunt -ae (ei derigere [*sim.*] *trad.*). *cf. Norden, NJbb. 1925, 38.*

hederōsus, -a, -um. *ab* hedera. *i. q. hedera plenus*: PROP. 4, 4, 3 lucus erat felix -o conditus antro.

[**hedium** (GLOSS.) *v.* heredium.] *H. H.*

[**hēdonicus** (CIL VI 25392 = Dessau 8527. *cf. Forcellini s. v.*) *v. Onom.*] *O. Prinz.*

hedra, -ae *f.*, ἕδρα. *scribitur* ed- *praeter* CAEL. AVR. chron. 4, 3, 45. *occurrunt formae* (*trad. vel ed.*): -a (*nom.*); -ae (*gen.*); -an, -am (*acc.*); -ā (*abl.*). **1** *i. q.* πυγή, *anus, podex, sedes* (*cf. vol. II 200, 48—50. vox gr.*: CAEL. AVR. chron. 4, 6, 87): HIPPOCR. aer. 3 p. 7, 2 G. emorroidas ⌊in -a⌋ (⌊ ⌋ *del. m.²*; *gr.* ἐν τῇ ἕδρῃ). DIOSC. 1, 34 p. 71, 2 ad tumores -ae (*gr. 1, 32 p. 37, 12* ἐν ἕδρᾳ). CAEL. AVR. chron. 4, 3, 45 sessioni, quam Graeci -am vocant (*cf.* CASS. FEL. 74 p. 178, 5 in sessu, quem G. -an [-am *p*, edaot *c*; *deficit g*] v.). **2** GLOSS.ᴸ Corp. E 562—3 **exedra**: exterior sedes ubi sedet plebs; -a dicitur interior sedes ubi Papa sedet cum communionem dat ad populum.

hedricos *adi.*, ἑδρικός. *aspiratur: l. 82. i. q. ad anum, sedem pertinens* (*nonnisi de medicamento sedi commodo. cf.* sessorius *l. 83*; podicalis *Cass. Fel. 74 p. 178, 15. pro subst.: l. 82*): GARG. MART. med. 42 p. 184, 17 nobile medicamentum quod Graece hedrice (*r b*, aedrice *g l*, edrice *v*) dicitur (*sc.* ἔμπλαστρος). CASS. FEL. 74 p. 178, 9 cataplasma edricon appones, quod Latini sessorium dicunt. *ibid.* p. 178, 22 aliud medicamentum edricon.

[H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hēdus *v.* haedus. **hēdybium** *v.* edubium.

hēdyc(h)rum, -ī *n.*, *ἡδύχροον* (*sc. μύρον*). *de script. v. infra.* [VARRO Men. 511 (Non. p. 226) hedycus *trad.*; -um *corr. Forcellini et Lindsay post Passerat, ἡδύχους Buecheler-Heraeus, alia alii* (*v. Riese ad l.*).] *significat genus quoddam unguenti* (*cf. Pohlenz ad Cic. Tusc. 3, 46*): CIC. Tusc. 3, 46 (*v. app. crit.*) psaltriam adducamus, demus hedycrum, ⟨odorum⟩ incendamus scutellam? (hedryc(r)um, aedricrum *codd.*). DIOSC. 1, 64 p. 80, 2 de ydicrou qui menpiu appellatur (*gr. 1, 58, 3 p. 54, 12 τὸ καλούμενον . . . ἡδύχροον*). 1, 64 p. 80, 3 oleu dicrou conficis sic. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 113 hedichrum vel murram cum ture.

hēdyosmus (-os), -ī *m. ἡδύοσμος et* **-mum** (-on), *n.*, *ἡδύοσμον*. *scribitur* (*de* GLOSS. *v. Goetz, Thes. gloss. em. s.* menta — mentastrum): ed-: *ubique praeter* PLIN. IREN. ORIBAS. *v. et infra l. 20. 34.* hid-: *infra l. 36 sq.* hyd-: *infra l. 36.* -dio-: PS. APVL. DIOSC. *infra l. 35* (-y- *infra l. 39*). MISC. Tir. ORIBAS. *de formis* (*de* GLOSS. *v. et Goetz l. c.*): -us *saepe: infra l. 20. 29. 33. 37. 39.* -os: GLOSS. *v. et infra l. 39.* -um: *infra l. 37.* -on: *infra l. 36.* GLOSS. *gen.* -i: PLIN. *l. 26* MARCELL. *l. 28. abl.* -o: *l. 32.* [*var. l.*: PS. APVL. herb. 121 l. 6 H.-S. (herba hediosmus *β*, herba menta *α γ*).]

i. q. menta (PLIN. nat. 19, 159 mentae nomen suavitas odoris apud Graecos mutavit, cum alioqui mintha vocaretur, unde veteres nostri nomen declinaverunt; nunc autem coepit dici *ἡδύοσμον*. *cf. Olck, RE VII 791; Steier, ibid. XV 2020 sq.*): PLIN. nat. 35, 181 utuntur . . . ad quartanas bituminis drachma et -i pari pondere cum murrae obolo subacti (*in arte medica ut* [*cf. Ps. Apul. herb. 121 Diosc. 3, 36 Oribas. eup. 2, 1 H 1*]): MARCELL. med. 30, 62 -i aut erucae ramulos. PS. APVL. app. 121 p. 296 l. 3 H.-S. herba -us . . . te precor. MISC. Tir. p. 52, 4 [*cf. infra l. 33*] herba menta, quod Graece daedios⟨. . .⟩[da- *obscurum*]). IREN. 2, 24, 3 p. 369 St. (*ad Vulg. exod. 30, 34 sq.*) incensum . . . de stacte et ungula et galbano et -o et thure. PS. APVL. herb. 121 l. 7 H.-S. *menta* a Graecis dicitur -us ([odiosmu *Ca*, ociosmon *Ha V*, hediosmus *β*]. *cf.* DIOSC. 3, 36 p. 393, 7 [*gr. 3, 34 p. 45, 6 ἡδύοσμον*] de ediosmu [-dyo- *G*]. ediosmu [-us *G*] aut m. dicunt. ORIBAS. eup. 2, 1 H 1 [hydiosmon *Aa*, hidiosmon *Ab*, hidiosmum *La; gr. 2, 1 H 1 ἡδύοσμος*]. GLOSS. -us [-os, -on]: m. [*sim.*]. *v. et supra l. 30*). DIOSC. 3, 36 p. 393, 18 (*gr. 3, 34 p. 46, 10 ἡδύοσμον*) est et agrestis -us (-os *G*).

APVL. apol. 39 Ennius **hēdyphagētica** (hedsphagitica *trad.*; -cis *coni. Scriver.* [**ἡδυφαγητικά*]) [a] versibus scripsit (*inde* '-a' *tit. ad Enn. frg. var. 34 sqq.; cf. Vahlen p. CCXVII sq. Skutsch, RE V 2602, 16 Schanz-Hosius I 95*).

hēdypnois, -ida (*acc.*), -ide (*abl.*) *f.*, *ἡδυπνοΐς* (*v. Liddell-Scott*). *nomen herbae* (*cf. Olck, RE III 2540*): PLIN. nat. 1, 20, 31 *medicinae ex* -e IIII. 20, 75 est et silvestre genus alterum *intubi* — -a vocant —, latioris folii.

[PLIN. nat. 33, 156 **hedys** (*B*, haedis *a*, iedis *RV*, laedus *h*; *seq.* Thracides) *del. post Furtwängler (FlJb. 113, 508) Mayh.; at v Onom.* Hedys.]

hēdysaron *n.*, *ἡδύσαρον*. *nomen herbae* (*cf. Berendes, Diosk. Arzneimittellehre 349*): DIOSC. 3, 140 p. 434, 15 (*v. Stadler ad l.*) ⟨e⟩disaron a pimentariis dicitur *pelecinos* (*gr. 3, 130 ἡδύσαρον*).

hēdysma, *pl.* -mata *n.*, *ἥδυσμα*. PLIN. nat. 13, 7 ratio faciendi *unguentum* duplex, sucus et corpus: ille olei generibus . . . constat, hoc odorum; haec stymmata vocant, illa -ta (haedis- *FE*, edis- *a*).

[VARRO ling. 5, 112 item Graecis singillatim **heę** ovum bulbum (heleosinum b. *A. Spengel*; zeae ovum *Fay* [*AJPh. 35, 1914, 158*]; haec: o. b. *Heraeus in plag.*).]

heeliotropius *v.* hel-.

hēgemōn, -ona (*acc.*) *m.*, *ἡγεμών*. *t. t. metricorum: i. q. pyrrhichius*: DIOM. gramm. I 475, 10 primus pes dibrachys, bibrevis, pyrrichius vel pariambus vel -n Graece dicitur. PS. BASS. gramm. VI 307, 3 hunc alii -ona appellaverunt. *cf.* SERV. gramm. IV 458, 2 cod. Paris. 7530 (SERG. gramm. IV 480, 22). *litt. gr.*: TER. MAVR. 1359 (MAR. VICTORIN. gramm. VI 44, 20).

hēgemonicon *n.*, *ἡγεμονικόν*. *editur graece ubique praeter l. 82. 83. 84. scribitur in codd. plerumque* eg-. *t. t. philos. (maxime Stoicorum) quo principatus quidam significatur (de re scripsit post alios Schindler, Die stoische Lehre von den Seelenteilen eqs., Diss. München 1934): latine redditur per 'principale' (v.* TERT. *infra l. 77. 80), 'principatus'* (CIC. PS. SORAN.) *sim.* (*cf. Hauschild, Grundsätze . . . der Wortbildung bei Tert., Progr. F'furt 1881, 8 sqq.*): CIC. nat. deor. 2, 29 principatum . . . id dico quod Graeci -on vocant, quo nihil in quoque genere . . . potest . . . esse praestantius. TERT. anim. 14 p. 318, 29 *Posidonius* a duobus exorsus titulis, principali, quod aiunt -on, et a rationali, quod aiunt logicon, in decem et septem (quattuor *fort.*) *partes* exinde prosecuit *animam* (*sic de grad. vel parte animae*: 15 p. 319, 29 -on . . . id est principale. resurr. 15 p. 44, 25 principalitas sensuum . . . quod -on appellatur. CHALC. comm. 213 ut domicilium esset *caput* partis animae principalis, quod -on a philosophis dicitur, id est ratio. AVG. anim. 4, 5, 6 p. 387, 3. PS. SORAN. quaest. med. 70 quid est -on [-on species *trad.*]? animae principatus *eqs.* [*cf. Gal. ὅροι 113*]. 73).

GLOSS. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie, Musée Belge 26 p. 264, 40 **hegla** capra (aegida *Thomas, Musée Belge 27 p. 310* [*cf. Loewe, Prodr. gloss. p. 159*]; aega [*sc. αἶγα*] *Heraeus* [*in plag.*]; aegia [*sc. αἰγεία*]: capr⟨in⟩a [*sc. caro*] *Niedermann* [*in plag.*]).

hēgūmenus, -ī *m.*, *ἡγούμενος* (*cf. Liddell-Scott s. v. ἡγέομαι II 3*). *scribitur* eg-: LIBERAT. *qui praeest monasterio, archimandrita (cf. infra l. 10), abbas*: VICT. TONN. chron. II p. 203, 553, 1 Felix Gillensis monasterii provinciae Africae -us (p. 204, 557, 2 [eug- *U*]). LIBERAT. 12 Conc.^{s} II 5 p. 117, 11 Barsumam -um ([-min- *REI*]. *cf. Conc.^{s} II 3, 1 p. 46, 8* archimandritam B.). 17 *ibid.* p. 131, 29 Iohannem episcopum -um (-min- *REIT*) monasterii Diolcon (*cf. ibid. p. 131, 28* Nefalii abbatis. *p. 131, 30* monasterio abbatis Amonis). *H. H.*

hehae *interiectio ridentis; cf. Hofmann, Umgangsspr. 12.* ENN. scaen. 417 (Varro ling. 7, 93) hehae ipse clipeus cecidit. *v.* habae.

hehes *vox magica.* CIL XIII 11069, 12. 11070, 9 *v. vol. V 2, 230, 43.*

hēheu *v.* eheu (*vol. V 2, 297, 28* [*ubi addas* CIL VIII 25006 = CE 1331, 5]) *et* heu.

hei *v.* ei. **hēiul-** *v.* eiul-. *Rubenbauer.*

(h)el, *hebr.* אֵל (*v. et* el). HIER. epist. 25, 2 primum dei nomen est -l (*ex* el K^{2}, eli *L*), quod Septuaginta 'deum', Aquila *ἑτυμολογίαν* eius exprimens *ἰσχυρόν*, id est 'fortem', interpretatur. VIRG. gramm. epit. 4 p. 21, 21 (*v. p. 2594, 79*). *cf.* helain, heli.

(h)elain, *aram.* אֱלָהִין. HIER. in Dan. 4, 6 p. 514^{B} *pro* 'deorum sanctorum' lingua Chaldaica . . . legimus 'elain cadisin', quod 'deos sanctos' . . . significat. *inde* GLOSS.^{L} I Ansil. HE 70 -n cadisin: Chaldaeo sermone, quod Latine dicitur 'deorum sanctorum'. *cf.* hel, heli.

helam *v.* aelam. *Groth.*

helcia, -ae *f.* [*cf.* helcium. *J. B. H.*] *i. q. funis* (*ad alqd. trahendum adhibitus*): SYNON. Cic. Char. gramm. p. 442, 25 B. rudentes, restes, lineae, funes, tomices, -ae (hal- *trad.*). (*?*) *e coni.: v. vol. III 1007, 83.*

helciārius, -ī *m.* [*ab* helcia (helcium). *J. B. H.*] *qui funibus navem trahit adverso amne* (*cf. Daremberg-Saglio s. v.*): MART. 4, 64, 22 *somnum* nec rumpere nauticum celeuma nec clamor valet -orum. SIDON. epist. 2, 10, 4 vers. 25 curvorum . . . chorus -orum (elchi- *F*).

helcine. PS. APVL. herb. 82 l. 6 H.-S. adn. *inter synon. codd. interpol. ex Ps. Diosc. Vind. 4, 85* (*ἑλκίνα*).

helcio, -āre. *v. Svennung, Wortstud. 84 sqq. i. q. σπαράσσω*: ORIBAS. syn. 9, 10 p. 285 (rec. La) quidam . . . nausiam patientes nihil vomunt, sed solum elciantur (*rec. Aa* perurguntur; *gr. 9, 10, 7 σπαράττονται*).

1 *i. q. dimidia (altera) pars capitis* (*plur. v. l. 32. 41*): PLIN. med. 1, 1 p. 11, 20 peucedano ...-ae (*sic b* [*Rose*], -a *gd*) unguuntur. AMBR. Noe 6, 14 p. 423, 11 (*ad Vulg. [Itala] gen. 6, 14*) nidus est -um, nidus est membrana illa, quae cerebrum fovet. MARCELL. med. 2, 1 ad dolorem -ii sedandum (7, 20 temporum vel -ii [PLIN. VAL. 1, 8]. *al.* ANON. med. ed. Piechotta 200 PS. THEOD. PRISC. add. p. 314, 30 PLIN. VAL. 1, 8. CASS. FEL. 29 p. 57, 10 totius capitis vel -ii. ORIBAS. syn. 1, 35 [rec. Aa. *v. infra l. 58*]. *al. cf.* MARCELL. med. 2, 10 -um vel tempora quae dolebunt [*al.*]). VINDIC. epist. ad Valent. 8 comburi ... -um. PS. APVL. app. 55 p. 292 H.-S. capiti inducito vel -is. *et al.* 2 *i. q. dimidii capitis dolor* (*plur. v. l. 44. 47*): SER. SAMM. 2 tit. (*v. app. crit. p. 3*) -o medendo (*cf. Vollmer l. c.*). MARCELL. med. 2, 4 -um ... curant vermes terreni (*cf.* ANTIDOT. Brux. app. 213). 2, 14 heterocrania sive -a discutit haec compositio (2, 20). PS. APVL. herb. 53 l. 5 H.-S. ad -um vel capitis dolorem (PLIN. VAL. 1, 2. 1, 8 tit. temporiš). THEOD. PRISC. log. 44 p. 143, 13 -is (-nicis *var. l.*) haec sunt adiutoria adhibenda. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 4 dolor ... capitis totius aut dimidii quem ... -am vocant (*sim.*: CASS. FEL. 1 p. 2, 3). *et al.*

hēmicrānicus, -a, -um, *ἡμικρανικός. scribitur*: em- *ubique*; -igr- *praeter* ORIBAS. syn. 8, 20 (*bis*). *i. q. ad hemicranium (ubique, ut vid., eo sensu qui est sub 2) pertinens*: ORIBAS. eup. 4, 3 -is adiutoriis (*gr. 4, 3, 2 βοηθήμασι ... ἡμικρανικοῖς. cf.* syn. 3, 106 trociscus [*gr. 3, 106 τροχίσκος ἡμικρανικός. ibid.* 8, 20]. 8, 20 *infra l. 65*). ALEX. TRALL. 1, 48 -as passiones (*gr. I p. 503 P. ἡμικρανίαν. cf. ibid.* 1, 51 -i dolores. ORIBAS. syn. 1, 35 [rec. La] ad scyaticos et -os et scotomaticos *dolores* [*an 'hemicranio laborantes'? cf. ibid. rec. Aa* ad s. et emigranii dolores et ad s.; *gr. 1, 35, 2 ἐπ' ἰσχιάδος καὶ ἡμικρανίας eqs.*]). *? is qui -o dolore laborat: v. l. 57. de* THEOD. PRISC. log. 44 p. 143, 13 *v. l. 47.*

hēmicrānius, -a, -um. *cf.* hemicrania, hemicranium. *scribitur* em-: ORIBAS. ALEX.; -igr-: ORIBAS. ALEX.; -eus (*sim.*): ALEX. *i. q. hemicranicus, ad hemicranium pertinens*: ORIBAS. syn. 8, 20 (rec. La) quae vocantur -a medicamenta (*rec. Aa* hemicranicis ... medicaminibus. *gr. 8, 19, 1 ἡμικρανικοῖς φαρμάκοις*). ALEX. TRALL. 1, 45 tit. (*gr. I p. 499 P. περὶ ἡμικρανίας*) de -o dolore (1, 50 tit. *cf. var. l.* ORIBAS. syn. 8, 20 tit. [*Ab*]. *adde*: ALEX. TRALL. 1, 51 tit. passiones). -us *pro subst.* (*de orig. et re v. Sofer, Lat. u. Rom. aus d. Etym. d. Isid.* [= *Glotta 16, 1928*] *14 sq.*): ISID. orig. 12, 5, 12 vermes carnium: -us, lumbricus *eqs.* (12, 5, 13 -us vermis capitis vocatur).

hēmicyclium (-on: *p. 2602, 27*), -ī *n.*, *ἡμικύκλιον. in libris saepe* em-. *gen.* -lī *ubique praeter p. 2602, 10. 26.* [*traditur* -lum, -lorum: *l. 76. p. 2602, 15. 21.*]

i. q. dimidius circulus, semicirculus (PS. CENS. frg. 7, 2 -um [-lum *DV*] circuli dimidium *est.* MART. CAP. 6, 711 -um est figura, quae diametro et peripheria media, quam eadem diametros distinguit, continetur): 1 *generalia*: VITR. 5, 1, 8 (*de struct. cf. Wistrand, Vitruvius-Studier 1933, 93*) tribunal ...-i (-lyi *S*) schematis minoris curvatura formatum; eius ...-i in fronte est intervallum pedes XLVI (*in architectura ut: ibid.* -um. 5, 7, 1 in cornibus -i centra signantur. PLIN. epist. 5, 6, 33 rectus ... hippodromi limes in extrema parte -o frangitur. SIDON. epist. 2, 2, 4 solii [*i. alvei; cf. Blümner, Privataltert. 424, 13*] capacis -o). 9, 7, 3 per centrum perducendum, ut aequa duo -a sint divisa (*sic in descriptione horologii solarii* [*ad rem v. Bilfinger, Zeitmesser d. ant. Völker, Stuttgart 1886, 23 sqq.*]: 9, 7, 5 describantur -a, quorum unum erit aestivum, alterum hibernum [9, 7, 6 *bis. cf. infra l. 10*]. CET. FAV. 29 p. 282, 13 K. [sem- *vp*]). CHALC. comm. 326 p. 350, 13 triangulorum, quadratorum, -i, circuli. PS. AVG. categ. 21 p. 1440. MART. CAP. 6, 638 lunata ... et quodam -o in promunturium ... circumfertur Italia. *terrae, caeli sim.*: SERV. georg. 1, 100 p. 156, 10 annus olim in duas tantum partes dividebatur ..., in duo hemisphaeria: ... *autumnale et hiemale tempus* pro uno habebantur secundum -ii (-li *var. l.*) rationem, ut diximus (*cf. supra l. 3*). 4, 64 -is caeli, quibus cingitur terra (AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 20, 1). HYG. astr. 1 praef. p. 21, 5 quare non essent in sphaera superiora inferioribus -i⟨is⟩ (*cf. Kauffmann, De Hyg. mem. XLIII*) aequalia. MART. CAP. 6, 603 terra duas sibi partes -orum (-lorum *C*) quadam diversitate dispescit, ... supernatem ... et .. infernatem.

2 *specialia*: a *i. q. sellae semicirculi formam habentes* (*ad rem v. Schneider, RE VIII 243*): CIC. Lael. 2 *Scaevolam* domi in -o sedentem. *in foro positae* (*i. q. 'exedra'?*): SVET. gramm. 17 *Verrius Flaccus* statuam habet Praeneste in inferiore fori parte circa (contra *var. l.; cf. Schanz-Hosius II 362*) -um (-lum *L*), in quo fastos a se ordinatos et marmoreo parieti incisos publicarat. b *genus horologii solarii* (*ad rem v. Schneider l. c.; Rehm, ibid. 2419; Diels, Antike Technik*^{2} *168*): VITR. 9, 8, 1 -um excavatum ex quadrato ad enclimaque succisum Berosus ... dicitur invenisse. CET. FAV. 29 p. 281, 12 K. multa ... genera sunt horologiorum, sed ...-ii magis aperta ... ratio videtur. *ibid.* p. 282, 2 horologium quod -on appellatur.

hēmicyclius, -a, -um (-on), *ἡμικύκλιος. i. q. semicirculi formam habens*: CET. FAV. 29 p. 282, 7 K. (*cf. supra l. 1 sqq.*) quae *rotunditas* cavata introrsus -o⟨n⟩ (sem- *p*) faciat schema (*an* [*subst.*] hemicyli[o]*?; cf. p. 2601, 79*). *comp.*: GROM. p. 344, 16 terminos -iores (emicic- *trad.*) vocavimus hos quos in capitibus centuriarum sub terra posuimus.

[**hēmicyclus,** -ī *m. v. varr. ll. et gen. p. 2601, 73 sq.*]

[VITR. 9 praef. 14 Archytas **hēmicylindrōrum** descriptionibus *explicavit. sic edd. ante Krohn* (*cf. Eutoc. ad Archim. sph. cycl. 2 p. 90, 6 H.*); cylindrorum *codd., Krohn* (*v. et vol. IV 1586, 44*):]

hēmidexius, -a, -um, *ἡμιδέξιος. neutr. pro subst. (sc. metrum): l. 42 sqq.* [*falso trad.*: SACERD. gramm. VI 515, 3. 6.] *t. t. metr.*: SACERD. gramm. VI 502, 11 dactylicum metrum ... dividitur in species XVII: ... trimetras quattuor, -am, glyconiam, Pherecratiam, tertiam trochaicam. 514, 28 de -o trimetro acatalecto dactylico (514, 28. 515, 2 -um t. d. schemata habet octo. 544, 15 *metro q. e. Archebulium hemiepes* addita syllaba faciet -um t.).

hēmiepes, *abl.* -ī (*l. 48*) *n.*, *ἡμιεπές. litt. gr.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 119, 4. *t. t. metr.* (*ad rem v. Schroeder, Nomenclator. de caesura versus heroici: l. 52*): SACERD. gramm. VI 544, 11 de Archebulio -i. Archebulium -es constat duobus dactylis et spondeo. MAR. VICTORIN. gramm. VI 73, 10 trimetrus *dactylicus* ... acatalectus, qui e tribus, ut 'cui non dictus Hylas puer', hoc -es dicitur. PRISC. gramm. III 460, 15 (*v. l. 47*) quarta ... bucolica magis passio est, sicut -es (*G*, hemip- *C*, semip- *S*) et quarta trochaica et quae inveniuntur per singulos pedes.

hēmigrān- *v.* hemicran-. *Groth-H. H.*

×**hēmīna,** -ae *f.*, *ἡμίνα. in codd. passim scrib.* em- (*e. g.* ANON. med. ed. Piechotta *cod. s. VI*; hem- *in titulo*: DECRET. decur. Ferent. Prisc. [CIL X 5853] 12), haem-, him-, hym-, hi(a)em-. *abbreviatur, notatur*: hem: PELAGON. 13 *al.* ANON. med. ed. Piechotta 135. 137. hemin: DECRET. *l. c.* (*l. 56*). ϙ: MAECIAN. distrib. 80. K°: METROL. p. 134, 19 ISID. orig. 16, 27, 5. ℔: METROL. p. 128, 18. NOT. Tir. 90, 44 hymina. *inter metra* 'per qualitatem acervalem': MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 11. 21. GLOSS. *ἡμίξεστον. legitur inde a* PLAVTO (*semel*), CATONE (9^{ies}), VARRONE (*semel*). *ap. poetas*: PLAVT. (*p. 2603, 19*) PERS. (*p. 2603, 84*) SER. SAMM. 474 CARM. de pond. 68.

i. q. mensura liquidorum et siccorum dimidiam partem sextarii continens, ἡμίξεστον, cotula (v. Thédenat, Daremb.-S. III 72. Viedebantt, RE VIII 248 sq. Blümner, Privataltert. 403). syn. cotula: CARM. de pond. 68 cotylas, quas ... dixisse licebit -as. EPIPHAN. de mensur. 20 c. est -a. *et saepius, cf. vol. IV 1093, 43 sqq. pro gr. κοτύλη*: ITALA lev. 14, 15 (Aug. loc. hept. 3, 36; *Vulg.* sextario). 14, 21 *et* 24 (Monac.; *Vulg.* sextarium). ORIBAS. *p. 2603, 51. al. nuncupatur* -a Romana: GILD. paen. 1 chron. III p. 89. *definitur, comparatur c. aliis mensuris* (*v. et* CATO *p. 2603, 20.* VARRO *p. 2603, 24*): PAVL. FEST. p. 100 -a ex Graeco †exestosimi (*ξέστου ἡμίσεια Huschke, alii aliter*); quod est dimidia pars sextarii. PLIN. nat. 21, 185 cum acetabuli mensura dicitur, significat -ae quartam, id est drachmas XV (*cf. p. 2603, 1. 2*). MAECIAN. distrib. 79 CARM. de pond. 68 EPIPHAN. de mensur. 20 (*cf.* ISID. orig. 16, 26, 5). 24. METROL. p. 128, 17 sestarius lib. II S, id est duas -as (*aliter*: 133, 4 -ae II sextarium complent, id est l. I [140, 23 ISID. orig. 16, 26, 5]. 140, 23 apud quosdam ... libram et dimidiam [*cf.* 128, 18]. *?* GLOSS. I p. 162 [libros *trad.*]). 128, 18 -a ... calices III. calix ciatus VIIII. cotilla, id est -a, ciatus XXVII (*aliter*: 140, 20 apud quosdam c. novem -am facere

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

videntur, quod sunt dragmae XC; apud quosdam vero acetabula quattuor, quod sunt dragmae XLVIII [*cf.* ISID. orig. 16, 26, 5. *aliter p. 2602, 78 ut passim*]. GLOSS. V 413, 46 c. III [*an* VI*?*]. *ceterum* **-a** *VI cyathos continere dicitur*). 128, 21. 133, 3 conclae VIII **-am** (emitiã *cod.*) faciunt, id est sol. XX. 140, 27 MARCELL. med. de mens. p. 7, 4 N. 7, 6 cotylus triunciarius habet **-ae** tertiam partem (*cf.* EXC. metrol. chron. I p. 549 *-a* olei pensat — VIIII Romani ponderis. 550). 7, 7 POL. SILV. pond. mens. chron. I p. 549, 11 EXC. metrol. *l. c. comprehenduntur* **-ae** *duae* (PLIN. nat. 28, 228 [PLIN. med. 3, 17 tres]. CAEL. AVR. acut. *infra l. 50.* chron. 4, 7, 101 *al.*), *tres (passim), quattuor (infra l. 39), quinque* (PLIN. nat. 14, 114 *al.*), *sex (infra l. 51 al.), octo (infra l. 19), decem (infra l. 38).* **-a** *dimidiatur*: PELAGON. 85 (VEG. mulom. 2, 130, 2) **-am** dimidiam (*cf. Hippiatr. II 73, 16. ibid.* 106 [VEG. mulom. 2, 132, 6. *cf. Hippiatr. II 69, 5*]. 314 [*Hippiatr. II 307, 20 ἡμιχοτύλιον*]. PLIN. VAL. 2, 28 in modum **-ae** d. 2, 45). ORIBAS. syn. 1, 9 (rec. Aa) mediam **-am** (*gr. 1, 9, 4 ἥμισυ.* 1, 19 *v. infra l. 62*).

1 *generatim*: **a** *sensu strictiore* (*i. q.* '*potio -ae*': *l. 27*): PLAVT. Mil. 831 neque equidem **-as** (fem- *codd.*) octo (*vini*) exprompsi in urceum. CATO agr. 57 (*vinum familiae*) *bibant* mense quarto **-as** in dies, id est in mense congios II S ...; nono, decimo (*eqs.*) ... in dies **-as** ternas, id est ⟨in mense⟩ amphoram. 126. 156, 3 exurgeto sucum quasi **-am**. 156, 4 **-am** aut paulo plus bibat. VARRO frg. Gell. 3, 14, 2 si ⟨ex⟩ sextario **-a** fusa est, non 'dimidiatum sextarium fusum' dicendum est ..., sed 'dimidium'. CELS. 3, 19, 4. 7, 15, 2 circa singulas **-as**. SEN. dial. 4, 33, 4 propinavit illi Caesar (*Pastori Caligulae*) **-am** (*v. l. 18*). COLVM. 6, 4, 3 potiones trium **-arum**. 6, 14, 1 porri sucus instar **-ae** (6, 38, 1. 7, 5, 15). arb. 5, 4 quod (*stercus columbinum*) si quo amplius quam **-am** posueris. SCRIB. LARG. 118 *faenum graecum* aqua bene coquere oportet atque inde sumere **-am** ([*infra* hinc]. PLIN. nat. 26, 88 MARCELL. med. 29, 41 PLIN. VAL. 1, 18. *cf.* MARCELL. med. 22, 5 **-am** ex ea ... dabis [PLAC. med. rec. *β* 5, 31]). PLIN. nat. 20, 227 dant.... sucum (*malvae*) bibendum parturientibus ... in vino decoctae (**-ā** *edd. vett.*, '*an recte?*' *Mayh.*) **-ā** (*abl. quantitatis ut* [*cf. infra l. 43*]: *ibid.* 24, 31 bilem ... detrahit radix *pityusae* decocti **-ā**. 26, 132 *hippuris* per triduum **-is** pota [*cf.* 28, 91. 28, 127 *serum* bibitur ... **-is**. *v. et l. 33*]. 27, 47 *absinthium* coctum ... ad tertias X **-is** [28, 202 *ex emend. Mayhoffii.* 32, 136]. 28, 205 *immittitur* butyrum **-is** IIII. CHIRON 327 quam singulis **-is** dabis [949]. 956 infundito. *dub. [cf. infra l. 64]: ibid.* 309 oleum Cyprinum **-a** [*Veg. mulom. 2, 92, 4* olei C. lib. I]. 872 sinapem Alexandrinum **-a**, nasturcii semen **-a**. *v. Ahlquist, Stud. z. spätlat. Mulom. Chir. 19. 47 sq.*). 23, 81 *oleum oenanthinum* solvit alvum **-ae** mensurā (*abl. ut supra l. 34 sqq.*) ... potum (MARCELL. med. 5, 9 ad **-ae** mensuram [12, 40. *cf. l. 50*]. *cf. supra l. 15*). 23, 109 contusum malum (*punicum*) ex III **-is** vini decoctum ad **-am** (26, 75. 87. 28, 207. 29, 80 *coqui.* MARCELL. med. 16, 38. 22, 1. *cf.* PLIN. VAL. 2, 38 ut ad **-am** redeat. MISC. Tir. 62, 27 redactum). 32, 10 *Iuba* tradit mitulos ternas **-as** capere. *al.* VOPISC. Tac. 11, 1 *potavit* saepe intr⟨a⟩ **-am** (*vini*). CAEL. AVR. acut. 1, 15, 125 aquam dantes potandam ... usque ad **-am** vel duas (chron. 4, 3, 68 sex. ORIBAS. syn. 1, 8 [rec. Aa; *gr. 1, 8, 2 κοτύλας, rec. La* cotilas]. 1, 9 [rec. Aa; *gr. 1, 9, 4 ἄχρι κοτύλης*, rec. La usque una **-a**]. *cf. l. 44*). *et al.* *indicatur materia*: *gen.* (*saepe* vini, aquae, aceti, olei, passi): CATO agr. 71 **-a** vini (102. 127, 2). 107, 1 iris aridae contusae **-am** (minam *Niedermann, RevPhil. 59 [7], 1933, 15 sq.*). CELS. 4, 5, 8 non ultra **-am** aquae. *al.* COLVM. 11, 3, 59 paulo plus quam **-am** seminis. *al.* SCRIB. LARG. 16 *al.* PLIN. nat. 14, 105 *al. et passim. cf. infra l. 77.* *?abl.* (*aliter, ut vid., l. 69 sqq. et* CHIRON 253 cum vino dulci **-am** [VEG. mulom. 2, 6, 9 cum dulcis vini **-a**]. *v. Svennung, Unters. z. Pallad. 176*): ORIBAS. syn. 1, 19 p. 825 (rec. Aa) *haemagogus clister* conficitur ... sic: melle (rec. La mel) **-a** media, ... ⌊olio **-a** quartario⌋ (⌊ ⌋ *?; gr. 1, 19, 15 μέλιτος κοτύλης ἥμισυ ..., ἐλαίου κοτύλης τέταρτον*). *ibid.* (rec. La) aqua maritima **-as** duas (*ὕδατος κοτύλαι δύο*). *?acc.* (*aliter, ut vid., l. 40 et l. 73*): ANON. med. ed. Piechotta 167 in aquam (**-a** *conicere vid. Piech. p. VI*) cotulis duobus id (est) **-is**. APIC. exc. 128 condis liquamen (**-is** *Giarratano-Vollmer, sed v. Brandt, Unters. z. röm. Kochbuche 111*) **-a** una, olei pondo uno, passo p. uno. *fort. add.*: ORIBAS. (rec. La) *l. 62.* *per appositionem* (*acc. l. 73, ceterum abl.; cf. Mørland, Die lat. Oribasiusübers. 112; Ruf. podagr. p. 13. Svennung l. c. 198 sqq.*): VEG. mulom. 2, 132, 6 cum vino optimo (vini o. *ed. pr., cf.* PELAGON. 103 vini) **-a** et tribus cyathis olei. PS. APVL. herb. 19 l. 16 H.-S. herbae aristolochiae radicem pondus denarii unius, vinum (-i *β*) **-am**. PLIN. VAL. 1, 51 cum aceto et melle **-is** singulis. ORIBAS. syn. 1, 21 p. 828 (rec. Aa; *om. gr. et rec. La*) in aceto **-a** (*sed infra* mellis).

b *sensu latiore*: **-a** sanguinis *i. q.* '*exiguus sanguis*' *proverbialiter de vita* (*v. Mayor, Journ. of Phil. 8, 1879, 263 sq.*): SEN dial. 9, 14, 3 minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem ...: 'habes', inquit (*Th.*), 'cur tibi placeas; **-a** s. in tua potestate est' (*falso Mayor 264*). HIER. epist. 147, 8, 1 '**-am**', ut tuis verbis utar, 's.' deprecaris.

2 *singulariter i. q. vas* (*cuiuslibet mensurae?*): PERS. 1, 130 se ... aliquem credens, Italo quod honore supinus fregerit **-as** Arreti aedilis iniquas (*Schol.*: inaequales mensuras. *cf. Iuv. 10, 101* **vasa**. *Vlp. dig. 19, 2, 13, 8* mensuras).

deriv.: heminarium. *cf. Onom.*

hēmīnārium, -ī *n.* *ab* hemina *ad analogiam vocis q. e.* congiarium *iocose fictum.* *i. q. donum exiguitatem heminae habens*: QVINT. inst. 6, 3, 52 (*de metalempsi*) Fabius Maximus, incusans Augusti congiariorum (*i. donorum, v. vol. IV 282, 14*), quae amicis dabantur, exiguitatem, **-a**[m] esse dixit (nam congiarium commune liberalitatis atque mensurae) a mensura ducta imminutione rerum. *Ehlers.*

hēmiōbolium (DIOSC.) *et* **hēmiōbolum** (MARCELL.), -ī *n.*, *ἡμιωβόλιον* (*-λον*). *pondus, i. q. dimidium oboli* (*ad rem v. Viedebantt, RE VIII 249 sqq.*): MARCELL. med. 16, 8 cinnamomi **-um**. DIOSC. 4, 170 incides radices *apii* et in aqua mittes, et quod supernataverit, ... colligis, siccas et reponis. unde dabis tria emi⟨o⟩boli⟨a⟩ (*gr. 4, 175 ἡμιωβόλια*).

[**hēmiolia** *v. s.* mydion.]

✱**hēmiolius** (-os), -a, -um (-on), *ἡμιόλιος.* *scrib.* em-: *saepe*; himol-: *infra l. 46.* *sg.* -os, -on: *infra l. 27. 31.* MART. CAP. 2, 107. 7, 733. 7, 737. *vox gr.*: VITR. 3, 1, 6 (*ed.*, -us *trad.*). MART. CAP. 9, 959. *adhibetur saepe pro adi., rarius pro subst.* [*de* GELL. 10, 25, 5 *v. l. 16.*]

i. q. sesquialter, sescuplus (*tam de ipso numero totum eiusque dimidium in se habente [cf. infra l. 27. 39] quam de comparatis inter se numeris, quatenus sesquialtera ratione constent [cf. infra l. 31. 44]. syn.* sesquialter: *infra l. 30. 44. al.*; sescuplus: *infra l. 39. 46. nota de usura: infra l. 46*): GELL. 18, 14, 3 quale ... fieri nomen *Latinum* posset **-o** numero ...*?* est ... **-os**, qui numerum aliquem totum in sese habet dimidiumque eius, ut tres ad duo. CENS. 10, 9 eam symphoniam quae *διὰ πέντε* dicitur ibi invenit *Pythagoras* ubi ponderum discrimen in sesquialtera portione, quam duo faciunt ad tria conlata, quod **-on** (hemil- *D*) appellant (*sic in mus. de symphonia q. v. διὰ πέντε*: FVLG. myth. 3, 9 p. 75, 10 MACR. somn. 1, 6, 43 *al.* MART. CAP. 2, 107 *al.* BOETH. arithm. 1, 1 p. 11, 19 CASSIOD. art. 5 p. 1210[A]. *de genere symphoniae q. v. διὰ τεττάρων* [*cf.* MART. CAP. 9, 930]: MART. CAP. 9, 959 chromatis tres *divisiones*, quarum prima quae mollis ..., secunda quae **-a** est, tertia quae est toniaea [BOETH. mus. 5, 16 *et* 18 *passim*]). MAR. VICTORIN. gramm. VI 42, 27 tertius ... rhythmus, qui paeonicus ... dicitur, **-a** ⟨ratione⟩ subsistit, quae est sescupli ratio. **-um** ... dicunt numerum, qui tantundem habeat quantum alius et dimidium amplius, ut si compares tres et duo: nam in tribus et duo et eorum dimidium continetur (*sim. in re metr.*: GRAMM. VI 645, 12 MART. CAP. 9, 972. 9, 977 [*quater*] *al.*). BOETH. arithm. 1, 24 p. 50, 18 si ternarius binario vel si senarius quaternario ... comparetur, ... **-a**, id est sesqualtera, proportio nascetur (*sic in arithm.*: 2, 33 p. 127, 7). CANON. Dionys. Exig. p. 30, 4 St. (*de clericis usuras accipientibus*) **-a**, id est sescupla, exigens.

hēmionion (-um *infra l. 57*) *n.*, *ἡμιόνιον.* -os: *infra l. 51.* *scrib.* em-: *infra l. 56*; im-: *infra l. 59.* [*ex coni. dub.*: PLIN. nat. 26, 40 (*v. s.* molemonium).] *nomen herbae: i. q. asplenos* (*cf. Berendes, Diosk. Arzneimittellehre 351. inter synon. herbae q. v. lingua canis: infra l. 56*): PLIN. nat. 1, 27, 17 asplenos sive **-os**. 25, 45 (*v. Berendes l. c. 330*) Teucrion, quam quidam **-on** (... mioneon *N*, hermi- *d*, -oncon *VR*, -mineon *E*) vocant *eqs.* a quibusdam splenion vocatur (PS. APVL. herb. 56 l. 11 H.-S. splenion, alii **-on** [hermion *trad.*] ..., Itali T. 97 l. 11 *herbam q. v. lingua canis* alii **-on** [emin- *βγ*], ... alii T. *cf. Ps. Diosc. Vind. 1, 134*). 26, 41 singultus **-um** (herm- *codd.*) sedat. 27, 34 asplenon sunt qui **-on** (**-non** *codd.*) vocant, foliis trientalibus. DIOSC. 3, 146 p. 436, 3 asplenon aut scolopendrion aut [t]imionion (*gr. 3, 134 p. 143, 7 ἡμιόνιον*). *cf.* hemionitis.

hēmionītis (*scrib.* em-) *f.*, *ἡμιονῖτις.* *nomen herbae* (*cf. Berendes, Diosk. Arzneimittellehre 351*): DIOSC. 3, 147 de ⟨e⟩mionitis (em- *Bern.*). **-s** aut splenion vocant (*gr. 3, 135 ἡμιονῖτις*). PHILAGR. med. 4 p. 189, 2 M. si pelecinum et **-s** herba in tali misceatur distemperantia. *cf.* hemionion.

hēmisescla, (-ae) *f.* *comp. hybr. ex* hemi- *et* sescla. *i. q. dimidia sextula*: LIB. de asse 15 unciae pars ... **-a**. *ibid.* **-a** duodecima *pars unciae.* 16 **-a** *continet* duos scrupulos.

hēmisīcum, (-ī) *n.* [*comp. hybr. ex* hemi- *et* sica; *ad genus neutr. cf.* gladium, telum *sim. J. B. H.*] SYNON. Cic. Char. gramm. p. 425, 23 B. ferrum ..., spatha, hemispatha, ⟨h⟩emisicum (*cf. Gloss.* semisicium).

hēmispatha, (-ae) *f.* *comp. hybr. ex* hemi- *et* spatha (*cf. ἡμισπάθιον*). *v. l. 71.*

✱**hēmisphaerium,** -ī *n.*, *ἡμισφαίριον.* *in codd. scribitur hic illic* em-, hiem- (*e. g. p. 2605, 13. 18. 35*), -sp- (*e. g. p. 2605, 16. 39. 53 bis*), -sp(h)er-. *de formis*: -on (*gen.* -ou: *p. 2605, 39*): CASSIOD. art. 7 p. 1217[C] (*bis*). ISID. orig. 3, 43 (*bis*). GLOSS. **-a** (**-ae**) *f.*: ISID. *et* GLOSS. *p. 2605, 10 sq.* *ad rem v. Degering, RE VIII 253 sq.* *inde a* (*?*) NAEV. (*p. 2605, 13*), VARRONE, VITR.

i. q. dimidium sphaerae (*cf.* GLOSS.[L] Corp. E 169 ⟨h⟩emisp⟨ha⟩erion: semis circulus. GLOSS. absida): **1** *generatim*: MACR. Sat. 7, 10, 3 *suturae* quibus **-a**, ut ita dixerim, capitis alligantur. MART. CAP. 2, 138 in aliis *voluminibus Musarum* circuli

[Groth-H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lineaeque -aque cum trigonis et quadratis multiangulaeque formae ... formatae (*'ad astronomiam eiusque praesidem Uraniam haec spectare videntur' Kopp ad l.*). 7, 735 hunc numerum (*sc. pentadem*) quis neget esse diametrum? nam decadis perfectio circulusque huius -o (*v. app. crit.*) edissecatur. SIDON. epist. 2, 9, 8 antro in -ii formam corylis flexibilibus intexto. CASSIOD. var. 5, 42, 5 cum theatrum, quod est -um, Graece dicatur, amphitheatrum quasi in unum iuncta duo visoria recte constat esse nominatum. *caeli, terrae, lunae:* *caeli sim.* (*cf.* MACR. somn. 1, 18, 11 dimidium caelum, id est unum -um. ISID. orig. 3, 43 -a [*v. p. 2604, 79*] dimidia pars sphaerae est [GLOSS.^{L} IV Plac. E 15 -a: dimidia sphaerae]. *huc spectare videtur*: GLOSS.^{L} Corp. E 184 -um: aer): NAEV. (?) frg. Varro ling. 7, 7 h[i]emisph⟨a⟩erium ubi conc⟨h⟩a c⟨a⟩erula s⟨a⟩eptum stat (*cf. Enn. scaen. 93*). CHALC. comm. 66 p. 134, 6 obiectu terrae solum id -um quod superne fuerit videtur, alterum interim latet sub australi polo (*cf.* HIER. epist. 64, 18, 4 [-sper- *var. l.*]. EVSTATH. Bas. hex. 2, 8 p. 888^{B} [*gr. p. 48^{B} ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαιρίῳ*] *al.* CASSIOD. art. 7 p. 1217^{C}. ISID. nat. 12, 3 [*ex Suet.*] -a [hiem- *var. l.*] duo sunt quorum alterum est super terram alterum subter terra. orig. 3, 43 GLOSS.). SERV. georg. 1, 100 p. 156, 7 (*p. 2602, 9. cf.* 3, 296 secundum rationem -ii [*cf. infra l. 23*]). auct. georg. 1, 247 (*Epic. frg. 346 U.*) Epicurei dicunt, non ire solem per alterum -um. Aen. 1, 745 ratio hoc facit -ii, quia hieme breviore sol utitur circulo (1, 746. *cf. supra l. 20*). HYG. astr. 1, 6 p. 24, 7 in triginta partes unumquodque -um dividitur (*ibid.* p. 26, 9). 4, 10 p. 107, 15 haec signa sunt in superiore -o (*al.* MACR. Sat. 1, 23, 4 MART. CAP. 8, 873 *al. cf.* MACR. Sat. 1, 18, 8 in supero, id est in diurno o..., in infero, id est nocturno). 4, 13 p. 112, 24 *sidera* cum abierint infra terram, nostrum quoque *effugiunt* ... conspectum, ita ut inferius -um ostendit ([-o ostenditur *var. l.*; inferiori -o ostendantur *post alios Bursian*]. MACR. Sat. 1, 19, 10. somn. 1, 20, 18 *al. v. et supra l. 27*). MACR. Sat. 1, 21, 15 aestivum. 1, 21, 18 dextrum -um, ... sinistrum. somn. 1, 15, 4 Theophrastus lacteum dixit esse compagem, qua de duobus -is caeli sphaera solidata est. 1, 18, 17 MART. CAP. 8, 873. ISID. nat. 12, 3 (*ex Suet.*) partes *caeli* ... haec sunt: ... poli, -a (hiem- *var. l.*). *terrae*: MELA 1, 4 *terra mari* in duo latera, quae -a nominant, ab oriente divisa ad occasum zonis quinque distinguitur. AGENN. grom. p. 22, 21 Th. alteram *partem* prop[r]iorem septentrioni antipodon *appellant*, quoniam -ou (emisperion *trad.*) aliud latus obtinet. MACR. Sat. 1, 21, 1 physici terrae superius -um, cuius partem incolimus, Veneris appellatione coluerunt, inferius vero -um terrae Proserpinam vocaverunt (*cf.* MART. CAP. 6, 602). 1, 21, 3 *sol* incipit nostri circuli lustrare -um cum incremento luminis et dierum. somn. 2, 5, 29 in duobus terrae -is. *lunae*: AVG. epist. 55, 4, 7 si haberet suum lumen *luna*, id habere ex una parte in -o (*cf.* MART. CAP. 8, 862 si *luna* ab illa sola parte, qua se subicit soli, omni -o conlustratur *eqs.*).

2 *speciatim*: **a** *i. q. tholus (camera) dimidiae sphaerae formam habens*: VARRO rust. 3, 5, 17 sub tholo stella lucifer interdiu, noctu hesperus, ita circumeunt ad infimum -um ac moventur, ut indicent, quot sint horae. in eodem -o medio circum cardinem est orbis ventorum octo. VITR. 5, 10, 5 *in balneis* laconicum sudationesque ... quam latae fuerint, tantam altitudinem habeant ad imam curvaturam -ii (-sper- *trad.*). mediumque lumen in -o (-sper- *trad.*) relinquatur (*cf. Marquardt-Mau, Privatleben 291, 1*). **b** *genus horologii solarii* (*cf. Rehm, RE VIII 2418; Diels, Antike Technik^{3} 164*): VITR. 9, 8, 1 scaphen sive -um Aristarchus Samius *invenisse dicitur*. MACR. somn. 1, 20, 26 aequinoctiali die ante solis ortum aequabiliter locatum est saxeum vas in -ii speciem cavata ambitione curvatum. 2, 7, 15 stilus -ii monstrantis horas. *Groth-H. H.*

***hēmistichium** (-on), -ī *n.*, *ἡμιστίχιον*. *scribitur* em- *in codd. passim, e. g. infra l. 62. 80. p. 2606, 9. nom.* -on: *l. 74. p. 2606, 5. ? masc.: infra l. 63. cf. l. 68.* GLOSS.^{L} Corp. E 167 ⟨h⟩emistic⟨h⟩ius: medius versis (GLOSS. V 359, 10). [*interpol.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 54, 8.] **1** *apud* GRAMM. *i. q. colon, comma*: BASS. gramm. VI 268, 14 sequitur comma 'stet nive candidum'; ex -o pentametri heroi delibata syllaba compositum est (*sim.* FORTVN. gramm. VI 291, 10 prima ... *spondei, i. tertii pedis* syllaba -um et partem orationis ... *finit*, sequens -um [-ius *A B*] sequens ... *incipit*. MAR. VICTORIN. gramm. VI 112, 25. VI 169, 20 penthemimeres, id est -um pentametri. *cf. ibid.* VI 127, 5 *choriambicum* duobus dactylici versus colis, id est duobus -is, nectitur). MAR. VICTORIN. gramm. VI 53, 13 ex ... generalibus novem metris ... composita fiunt metra, cum invicem sibi per -a copulantur. VI 53, 15 cum -o iambico iungitur -on (*A*, -um *B*) trochaicum. VI 129, 4 pariambus in media sede duorum -orum positus duo cola nectit. VI 162, 13 ordine ... -orum mutato, adiectis duabus syllabis, erit trimeter sic: 'nivis atque dirae iam satis terris dedit'. CHAR. gramm. p. 378, 14 B. duo commata vel -a. **2** *i. q. locus quilibet sumptus ex carmine (fere heroo; tragico: p. 2606, 9), qui versum non complet*: SVET. vita Lucani p. 51, 8 R. cum crepitu ventris ⌊emissi⌋ -um (em- *M*; ⌊ ⌋ *secl. Reiff. ut dittogr.*) Neronis ... *pronuntiavit*: 'sub terris tonuisse putes'. DON. vita Verg. p. 9, 159 Br. omnia fere apud ... *Vergilium* -a absoluto perfectoque sunt sensu praeter illud: 'quem tibi iam Troia' (*sim.*: SERV. Aen. 3, 340 -um nec in sensu plenum. Aen. 8, 40 aliqua -a ... tam sunt sensu imminuta quam verbis. *adde*: auct. Aen. 1, 560 'Dardanidae'. haec -a Vergilius ⟨tibicines⟩ nominabat, quae in emendando carmine fuerat repleturus [SCHOL. Iuv. gloss. 3, 193 W. *cf. Don. vita Verg. p. 6, 86 Br. Serv. Aen. 6, 186*]). SERV. georg. 1, 113 'cum primum sulcos aequant sata' ... et est ... hoc -on unum de invictis. auct. Aen. 3, 128. Aen. 6, 165 'Martemque accendere cantu'. -um hoc dicitur addidisse dum recitat. 9, 163 'vertunt crateras aenos' ... est -um Ennianum (*cf.* 10, 807 sciendum est -um hoc Lucretii esse. *al.* SCHOL. Cic. Gron. A p. 344, 29 St. Enniano -o [em- *trad.*] usus est ex ea tragoedia, quae Achilles inscribitur. HIER. epist. 70, 2, 2 cuius heroici -um postea Callimachus usurpavit *ex Epimenide. al.*).

Kornhardt.

***hēmistrigium**, -ī *n.* *comp. hybr. ex* hemi- *et* striga. *traditur* em-, aem-, -mest-, -(s)tric- *et sim.* [semistr- *ubique Lange, W. Gemoll; at v. A. Gemoll, Hermes 15, 1880, 251, 1.*] *i. q. dimidium strigae* (*ad rem v. Domaszewski, Hyg. p. 42 et 45; Die Anlage der Limeskastelle 1908 p. 4*): HYG. mun. castr. 1 quod ad latitudinem -ii (est hemestrici *trad.*) pedum XXX attinet, papilioni dantur pedes X, armis pedes V, iumentis pedes IX; fiunt pedes XXIV; hoc bis: XLVIII, quoniam cum compare tendent. efficitur striga pedum LX; reliqui pedes XII, qui conversantibus spatio sufficient. 25 omnis miles provincialis accipit pedaturam pedem adiecta quinta per totam latitudinem -ii. 31 semper numeris acceptis retenturam computare debemus, ut sciamus, quot -a in retentura nascantur. 35 reliqui quingenti, tot homines capiet -um. *ibid. al.*

hēmitheus, -ī *m.*, *ἡμίθεος*. em-: *saepe* (*v. infra*). im- (mith-): *infra l. 39 sq. acc. pl.* -us: *infra l. 40. i. q. semideus*: ZENO 2, 14, 2 p. 435^{B} (*interpr. alleg.*) Her (*sc. filius patriarchae Iudae*) primitivus filius, primitivus est populus, id est -i, omnes potentissimi ... qui ... omnem orbem corruperant terrarum (*cf. Vulg. gen. 6, 1 sqq.*). SERV. ecl. 6, 24 -i (em- *pars codd.*) cum volunt tantum videntur, ut fauni, nymphae. auct. ecl. 9, 46 inscriptum in basi *statuae in Capitolio ab Augusto positae* fuit 'Caesari -o' (em- *trad.*). Aen. 8, 314 secundum Hesiodi theogoniam primo deos genitos, inde -os (em- *trad.*). MART. CAP. 2, 160 a medietate ... aeris usque in ... terrae ... confinia -i heroesque versantur (*cf.* 2, 156 [*v. Dick ad l.*] superior portio eos ... claudit quos -os [em- *pars codd.*] dicunt quosque Latine semones aut semideos convenit memorare). CHRON. min. Frick p. 286, 10 (*de Aegypti regibus*) deorum regna ..., mitheorum regna (*cf.* 286, 17 Ecyniorum reges interpretavit imitheus vocans). GLOSS.^{L} IV Plac. I 27 (em- *trad.*; *cf.* GLOSS. V 76, 24).

? **(h)emit(h)olium** *v. vol. V 2, 692, 15 (cf. ibid. 693, 2). cf.* emituliarius.

GLOSS.^{L} Corp. E 183 **⟨h⟩ēmit[t]ogium** (*comp. hybr. ex* hemi- *et* toga): dimidia (demed- *trad.*) toga (GLOSS. V 289, 41. 628, 34).

***hēmitonium** (-on *v. infra l. 47*), -ī *n.*, *ἡμιτόνιον*. em- (aem-): HYG. *codd. A B (s. VI)*. -on: HYG. *et* CENS. *ubique. legitur inde a* VITR. [*confunditur in codd. c.* semitonium: CENS. (*passim*).]

i. q. dimidium toni, semitonium: **a** *in arte musica* (*cf.* MART. CAP. 9, 930 -um dicitur, quod toni medium tenet): VITR. 5, 4, 3 in his tribus generibus *modulationum* dissimiles sunt tetrachordorum dispositiones, quod harmonia ... et tonos et dibeses habet binas (dihesis ... est toni pars quarta; ita in -o duae dibeses sunt conlocatae); chromati duo -a in ordine sunt composita, tertium trium -orum est intervallum; dia⟨tono⟩ toni duo sunt continuati, tertium -um finit tetrachordi magnitudinem. ita in tribus generibus tetrachorda ex duobus tonis et -o sunt peraequata. 5, 4, 4. 5, 4, 6 (5^{ies}). CENS. 10, 4 inter infimam summamque vocem multa esse possunt in ordine posita ... diastemata alia aliis maiora minorave, ut est illud quod tonon appellant, vel hoc minus -on *eqs.* 10, 6 sq. (*quater*). CHALC. comm. 45 p. 112, 9 sqq. -um quod dicitur, a veteribus ... diesis appellabatur, limma cognominavit (*cf. Macr. somn. 2, 1, 23*). limma ... est, cum aliquid deest integritati. hoc ... ipsum quod deest, id est -um sive limma, dixit hanc habere rationem *eqs.* 46 sq. (*quater*). 50. MACR. somn. 2, 1, 25 symphonia *διὰ τεσσάρων* constat de duobus tonis et -o ..., *διὰ πέντε* constat ex tribus tonis et -o (*ibid. al.*). MART. CAP. 7, 736. 9, 930 sqq. (*passim*). CASSIOD. art. 5 p. 1210^{D} sqq. (*passim*). **b** *in astronomia*: HYG. grom. p. 148, 14 sqq. Th. caeli ... punctum terram esse ... sic describunt, quod dicant a polo ad Saturni circulum intervallum esse quod Graeci -on appellant; ... ab *Iove* ... ad Martem tonon; a Marte ... ad solem ter tantum esse quantum a polo ad Saturnum, hoc est trihemitonion (*cf. et* PROB. *l. 78*) ... *eqs.* sic terram punctum caeli esse ostendunt: nam et ars musica per haec diastemata constare fertur ([*ibid. al.*]. *sim.*: CENS. 13, 3 sq. *saepe; nota* 3: ab terra ad lunam Pythagoras putavit esse stadiorum circiter centum viginti sex milia, idque esse toni intervallum; a luna ... ad Mercuri stellam ... dimidium eius, velut -on [sem- *codd.*]. PROB. Verg. georg. 1, 336 *bis; nota*: tribus -is ... intercedentibus [*cf. et* HYG. *l. 72*]. MART. CAP. 2, 171 *sqq. quater; nota* 171: exhinc medio quam ad lunam conscenderat, ad Cyllenii circulum venit. quo -o permeato ... ei *Philologiae* ... ministrorum populus ... occurrit). **c** *t. t. in descriptione ballistarum, catapultarum sim.* (*Heron bel. 9 p. 17 D.-Schr. ἐκάλουν ... τὰ μὲν συνέχοντα τοὺς ἀγκῶνας νεῦρα τόνον, ἔνιοι δὲ ἐνάτονον, ἔνιοι δὲ ἡμι-*

[*Groth-H. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

τόνιον. *ad rem cf. Vitr. 10, 12, 2 et v. Diels-Schramm, Herons [Philons] Belopoiika [Abh. Berl. 1918] passim*): VITR. 1, 1, 8 in capitulis . . . dextra ac sinistra sunt foramina -orum, per quae tenduntur . . . e nervo torti funes.

hēmitriglyphus, -ī *m.*, *ἡμιτρίγλυφος. *i. q. dimidium triglyphi*: VITR. 4, 3, 8 supra singula epistylia . . . triglyphi bini erunt collocandi, in angularibus hoc amplius dimidiatus et, quantum est spatium -i, id accedit.

✱**hēmitritaeus**, -a, -um, ἡμιτριταῖος. *scribitur hic illic* em- (aem-), -metr-, -teus (-teos). *litt. gr.: infra l. 19. 25. pro adi. nonnisi infra l. 23.* GLOSS.^{L} I Ansil. EM 51 febres

sg. -us (-os: *v. infra l. 27. 36. 42*) *pro subst.*: **1** *genus febris tertianae* (*sc.* πυρετός? *[aliter Vollmer, Ser. Samm. p. 80]. ad rem cf.* CELS. 3, 3, 2 tertianarum . . . duo genera sunt. alterum eodem modo quo quartana et incipiens et desinens . . ., tertio *die* redit. alterum longe perniciosius, quod tertio quidem die revertitur, ex quadraginta autem et octo horis fere triginta et sex per accessionem occupat . . ., neque ex toto in remissione desistit, sed tantum levius est. id genus plerique medici ἡμιτριταῖον [hemitritaiton *J*] appellant. PS. SORAN. quaest. med. 125 *Hippocrates* immoderatas . . . et continuas *febres* -os appellavit sic dicens: . . . quae . . . desinentes unum diem leviorem alterum graviorem habent et semper ad peius proficiunt [*sim. ibid.* 130]. hic modus -us est [*cf. Hippocr. epid. 1, 2* τρόπος ἡμιτριταῖος]. ORIBAS. syn. 6, 23): **a** *apud medicos*: CELS. 3, 8, 1 ubi id genus tertianae *febris* est, quod -on (ἡμιτριταῖον *J*) medici appellant, magna cura opus est ne id fallat. SER. SAMM. 932 (*cf. antea tit.*) mortiferum magis est quod Graecis -os (s *del. et* n *superscr. A*^{2}; -um *B* [*cf. Vollmer l. c.*]) vulgatur verbis. PS. SORAN. quaest. med. 83. 127 -orum . . . methodici tres differentias dicunt, . . . maiorem, . . . mediam . . ., minorem (*ibid. al.* ANON. med. ed. Piechotta 134 CAEL. AVR. acut. 2, 22, 133). PS. APVL. herb. 124 l. 5 H.-S. ad -um (ANTIDOT. Brux. 12 *al.* PLIN. VAL. 3, 2 CASS. FEL. 56 tit. [*v. app. crit.*]). PLIN. VAL. 3, 1 dolores -i. CASS. FEL. 56 p. 144, 19 ORIBAS. syn. 6, 23 tit. 6, 23 verus (*gr.* ἀκριβής). **b** *apud ceteros scriptores*: MART. 2, 40, 1 uri Tongilius male dicitur -o. 12, 90, 2 cui gravis et fervens -os erat. PS. CYPR. singul. cler. 9 p. 184, 3 (*in comparatione*) nemo super unam febrem cupit adhibere peiorem, ne incipiat -o insanabili laborare, cui nullus valeat medicus subvenire. HIER. vita Hilar. 14 p. 34^{A} -o . . . arrepti omnes a medicis desperati sunt. **2** *singulariter: is qui -o laborat*: MART. 4, 80, 3 declamas in febre Maron: hanc esse phrenesin si nescis, non es sanus, amice Maron. declamas aeger, declamas -os (-o *Friedrich, Hermes 43, 1908, 634; at v. Heraeus ad l.*).

hēmitritaicus, -a, -um, ἡμιτριταικός. *scrib.* em-: MARCELL. ORIBAS. *i. q. ad hemitritaeum (cf. supra l. 12) pertinens*: MARCELL. med. 30, 51 febres acutas compescit *medicamentum*, id est -as (CAEL. AVR. acut. 2, 10, 66 chron. 1, 4, 105 ORIBAS. syn. 2 add. p. 841). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 7 quos typicos aut periodicos circuitus appellamus aut -os. ORIBAS. syn. 6, 23 -a passio ex duobus accedit generibus (*gr. aliter*).

hēmitriticus, -a, -um. *cf.* hemitritaicus. *i. q. ad hemitritaeum pertinens, hemitritaicus*: PS. SORAN. quaest. med. 127 quid est -a febris? quae non cessat et tamen quaedam intervalla habet.

1. hemo *v.* homo. **2. hemo** *v.* emo. **hēmo-** *v.* haemo-.

hemōnus *v.* humanus. *Groth-H. H.*

?hemosus (him-). GLOSS. IV 523, 54 -s odium (V 601, 15 [*cf. I p. 253*]). GLOSS.^{L} Corp. H 109 himosus odio habitus. exosus *Linds. coll. Gloss.* e.: o. h. (*vel* invisus; *nunc intellegit* 'Chamos'), perosus *Heraeus coll. Gloss.* p.: o. h. *Ehlers.*

1. hen *n.*, ἕν. *plerumque personate* (*lat. redditur per* 'unum': *infra l. 65*; 'unio': *infra l. 62. 63*): IREN. 1, 11, 3 cum hac monade est virtus . . . quam . . . voco -n (unionem *Tert. adv. Val. 37 p. 211, 7*). hae . . . virtutes . . ., monotes et henotes et monas et -n (unio *Tert. l. c. 211, 8*), emiserunt reliquas emissiones Aeonum (*cf.* 1, 15, 1). 2, 14, 6 *Pythagorici dixerunt* esse omnium initium . . . -n, id est unum. *H. H.*

2. hen *vox hebr.* (חֵן). HIER. in Ier. 6, 12, 2 (*ad 31, 2*) θερμόν (*sic LXX*) . . . non habetur in Hebraeo. est enim scriptum '-n' (hem *L M al.*), quod Aquila, Symmachus et Theodotio χάριν, hoc est 'gratiam', interpretati sunt; soli LXX posuere 'calidum' putantes ultimam litteram 'm' esse. si enim legamus '-n' (han *L M al.*, an *P*) per litteram 'n', 'gratia' dicitur; si per 'm', 'calor' interpretatur.

hencūdo *v.* inc-. *Ehlers.*

hendecachordus (*scrib.* en-), -a, -um, ἑνδεκάχορδος. *n. sg.* -um *pro subst.* (*i. q. undecim chordarum series*): BOETH. mus. 1, 20 p. 210, 28 in . . . -i (-da *f*) dispositione.

✱**hendecas**, -adis *f.*, ἑνδεκάς *et* **hendecada**, -ae *f.* (COMPVT. Carth.: *pl.* -ae, -arum, -as; *at abl.* -bus). en-: COMPVT. Carth. *i. q. numerus undenarius* (*de annis in computatione paschae*): COMPVT. Carth. 1, 1 ogdoadarum et -arum anni. 2, 10 quinque . . . sunt ogdoadae et -ae quattuor *eqs. al.* DIONYS. EXIG. epist. de pasch. 2 p. 513^{C} decemnovennalis cyclus per ogdoadem et -em semper in se revolvitur. octo namque et undecim ipse numerus explicatur. *ibid.* p. 514^{B} -as hac lege decurrit. incipit a nono cyclo decemnovennali *eqs. al.*

✱**hendecasyllabus**, (-a), -um, ἑνδεκασύλλαβος. *de orig. et signif.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 5 alia *metra appellantur* a numero syllabarum, ut . . . -on (*al.*). GLOSS.^{L} III Abstr. EN 17 -us: versus undecim syllabarum (*al.*). *scribitur* en- *saepe in codd., in tit. v. infra l. 36.* *de formis et usu* (-os, -on: GRAMM.): **1** *adi. raro nisi apud* GRAMM. (*cf. infra l. 41*): versus: TER. MAVR. 2731 *al.*, metrum: *infra l. 56 al.* **2** *saepius pro subst.*: **a** *sg.* **-bus**, -ī *m. (sc. versus) et pl.* **-bī**, -ōrum *m.* (*sc. versūs*): *α sing. saepe apud* GRAMM., *alibi raro* (*v. infra l. 37*). *β plur. eo potissimum sensu qui infra l. 14 significatur.* **b -bum**, -ī *n. (sc. metrum): l. 53 et saepe sub 2.* NOT. Tir. 114, 52 endecasilaus. *legitur inde a* CATVLL., *passim apud* GRAMM.

i. q. undecim syllabas habens: **1** *generatim*: **a** *pro subst.*: *α plur.* -ī, -ōrum (*significatur plerumque carmen metro Phalaecio [cf. et infra l. 28. 34] compositum*): CATVLL. 12, 10 -os trecentos exspecta. 42, 1 adeste, -i, quot estis omnes undique. SEN. contr. 7, 4, 7 Catullus (*53, 5*) in -is vocat . . . *Calvum* 'salaputium disertum'. STAT. silv. 4 praef. -os, quos Saturnalibus una risimus. 4, 9 tit. -i iocosi. 4, 9, 55. QVINT. inst. 1, 8, 6 -i, qui sunt commata sotadeorum, . . . amoveantur *a pueris*. PLIN. epist. 4, 14, 2. 4, 14, 8 *sq. cogito* has meas nugas inscribere '-i' (-os *var. l.*), qui titulus sola metri lege constringitur. proinde sive epigrammata sive idyllia sive eclogas sive . . . poematia . . . vocare malueris, licebit voces, ego tantum -os praesto. 5, 10, 1. 5, 10, 2 cave ne . . . libellos, quos tibi -i nostri blanditiis elicere non possunt, convicio scazontes extorqueant. 7, 4, 1. 3. 7, 4, 8 placuit exemplo multorum unum separatim -orum volumen absolvere. AVSON. 393, 83 p. 248 P. notos fingo tibi poeta versus, quos scis -os vocari *eqs.* istos composuit Phalaecus olim, qui penthemimeren habent priorem et post semipedem duos iambos. SCHOL. Hor. Vind. ars 211. PRVD. perist. 6, 162 dulces -os revolvens. SIDON. epist. 2, 8, 2 neniam funebrem non per elegos sed per -os marmori incisam . . . dictavi (*cf. infra l. 36*). 8, 4, 2 rotundatos -os . . . elucubrasti. PRISC. gramm. II 16, 15 similiter Catullus . . . 'quod zonam soluit diu ligatam (*2^{a}, 3 Kr.*)' inter -os Phalaecios posuit; ergo nisi 'soluit' trisyllabum accipies, versus stare non possit. CE 1514, 2 ⟨n⟩on te, qui properas viator ire, ⟨tr⟩istes -i tenebunt (*cf. supra l. 31*). *β sing.* -us, -ī: ASCON. tog. cand. p. 72, 14 St. in hunc *Curium* est -us Calvi elegans. AVR. Fronto p. 30, 7 N. habes . . . -um ingenuum. MART. CAP. 5, 517 incurrit *Cicero* etiam in -i Phalaecii petulantiam, dum dicit (*Verr. II 3, 43*) 'successit tibi Lucius Metellus' **b** *pro adi.*: SIDON. epist. 5, 8, 1 triplicibus trochaeis . . . in metrum -um compaginatis.

2 *speciatim in doctrina metrica: genera -i (exempla selecta)*: **a** Phalaecius (Sapphicus *quoque hic illic nominatus; cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 148, 1 sqq. [*praecipue l.* 13 sq.] *et v. l. 51*): BASS. gramm. VI 258, 13 venio . . . ad -um Phalaecium, qui . . . a cultore suo, non inventore, nomen accepit. nam . . . apud Sappho frequens est, cuius in quinto libro complures huius generis . . . leguntur (*cf. l. 55*). 260, 37 -us *Phalaecius* . . . solebat incipere alias a spondeo, alias ab iambo, alias a trochaeo. TER. MAVR. 2545 quem nos -um solemus tamquam de numero vocare versum, tradunt Sapphicon esse nuncupandum. namque et iugiter usa saepe Sappho. FORTVN. gramm. VI 293, 5. MAR. VICTORIN. *ibid.* 155, 26 notum est -um Phalaecium spondeo, dactylo, dehinc tribus trochaeis fine tenus continuatis ordinari. DIOM. gramm. I 509, 11 -um Phalaecium a Phalaeco inventum (*cf. l. 47*). MALL. THEOD. gramm. VI 590, 21 metrum dactylicum Phalaecium -um. AVSON. (*supra l. 28*). *species eiusdem* (*v. etiam* QVINT. *l. 19* [*cf. Heinze, Die lyr. Verse d. Hor. 52, 4*]): BASS. gramm. VI 258, 16 -i *Phalaecii* varia divisio est et omnis aut ex se efficiens aut ad aliquod pertinens metrum. 263, 12 septima divisio -i *Phalaecii*. TER. MAVR. 2569 *hendecasyllabus Phalaecius* per commata septies feritur. MAR. VICTORIN. gramm. VI 148, 9 quoniam -i mentionem fecimus, . . . de speciebus eiusdem, quae sunt ferme VII ex una eademque origine descendentes *dicam* . . ., quae . . . *ex* dactylici et iambici metri permixtione composita et copulata noscuntur. 155, 23. **b** Sapphicus (*cf. l. 73. 78. 84. dub.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 144, 14 [*v. Keil ad l.*]): BASS. gramm. VI 266, 23 -us Sapphicus fiet Phalaecius immutato ordine (*secl. Keil*). PS. BASS. *ibid.* 305, 17 Sapphicon -on . . . est trimetron choriambicon catalecticon. SACERD. *ibid.* 535, 10 trimetrum catalecticum Sapphicum -um fit primo pede ditrochaeo, medio choriambo, ⟨in⟩ fine palimbacchio . . .; aut primo trochaeo, secundo spondeo, id est hippio secundo, choriambo, palimbacchio. FORTVN. *ibid.* 297, 1 hos -os (*Hor. carm. 1, 2*) alii Alcaicos, alii Sapphicos vocant. prima . . . caesura trochaica est: nam habet dimetron brachycatalecton, sequens iambica dimetron hypercatalecton *eqs.* alii faciunt primam syzygiam trochaicam, . . . secundam choriambicam, tertia bacchium habet. MAR. VICTORIN. *ibid.* 161, 18 quod *metrum*, quamvis sit ab Alcaeo inventum, Sapphicum tamen -um a numero ⟨syllabarum⟩ nuncupatur, ideo quod eo frequentius usa sit Sappho quam Alcaeus repertor (*cf. infra l. 84*). 162, 23 feritur *Sapphicus hendecasyllabus* . . . vel per simplices pedes . . . vel per dipodian. 162, 29 -o Sapphico usus est *Horatius* primo libro novies, secundo sexies, tertio septies, quarto ter. DIOM. gramm. I 508, 22 -um Sapphicum Sappho poetria invenit (*cf. supra l. 80*) *eqs.*

[Wells]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

superior pars *versus* ex trochaico est ..., inferior ... de principio iambici. 519, 9 secunda ode tetracolos (*Hor. carm. 1, 2*) metro Sapphico, quod est pentametrum -um, scripta. 519, 17 aliis vero ... *-um Sapphicum* his pedibus placuit constare, hippio secundo et choriambo et bacchio. MALL. THEOD. gramm. VI 591, 8 metrum dactylicum Sapphicum -um. **c** Alcaicus (*cf. p. 2608, 74*): BASS. gramm. VI 268, 5 de -o Alcaico *eqs. constat* ex duobus commatibus, quorum quod antecedit ex trimetro iambico sumptum est *eqs. sequens* comma ... ex hemistichio pentametri heroi delibata syllaba compositum est *eqs.* potest etiam videri pars metri *Asclepiadei* ... extrema. Ps. BASS. *ibid.* 306, 16 FORTVN. *ibid.* 297, 9. 301, 17 in ... *-is Alcaicis* prima tome dimetron habet iambicum hypercatalecton, secunda clausulam Asclepiadei. MAR. VICTORIN. *ibid.* 166, 11. 167, 2 -is ... Alcaicis usus est *Horatius* libro primo septies, secundo decies, tertio decies, quarto ter. 172, 21 Alcaicum -um, iambi duo cum syllaba ... et duo dactyli. MALL. THEOD. *ibid.* 591, 2 metrum dactylicum Alcaicum -um. **d** Archilochius (*nota* miuron: *l. 20*): FORTVN. gramm. VI 299, 16 hunc *versum* (*Hor. carm. 1, 4, 2*) quidam -um Archilochium dixerunt. MAR. VICTORIN. *ibid.* 142, 8 iambico trimetro suprema detracta syllaba -on, quem quidam miuron vocant, edidit (*cf. ibid. 136, 6* curtum). 168, 21 -o iambico Archilochio.

[hendiadyoin, ἓν διὰ δυοῖν. *editur graece ubique (recte ut vid.); in codd. saepe litt. lat.* (*nonnunquam divisis verbis.* en-: *semper praeter* SERV. Aen. 11, 571 *FG*; -nni-: SERV. *M bis*; -dyin, -diin, -dyn, -din: SERV. *codd. passim*). *ad rem v. Schmalz-Hofmann⁵ 823.* PORPH. Hor. carm. 2, 15, 18—20. SERV. *saepe* (*v. Mountford-Schultz s. v.*). GLOSS. ed. Hagen D 151 p. 503.] *Wells.*

hēniochus, -ī *m.*, ἡνίοχος. *i. q. auriga*: ANTH. 190, 6 (*'de Bumbulo'*) nec frustra ostendis proprio placuisse parenti, quod turpis nomen sumpseris -i (enioci *A*). *cf. Onom.*

[**hennacus** *v. p. 2598, 22.*] *H. H.*

hennom *vox hebr.* (הִנֹּם). HIER. in Ier. 2, 45, 3 (*de voce 'gehennom', q. v.*) '-m' (enn-, -on *varr. ll.*) vel hominis nomen vel 'gratiam' (*cf.* חֵן) sonat. 2, 46, 1 'gehennom', hoc est 'vallis -m'. *cf. Onom. Ehlers.*

henōsis (*acc.* -im, -in) *f.*, ἕνωσις. *t. t. Eccl.* (*lat. redditur per* unitas, unitio, adunatio *sim. [cf. Schwartz, Acta conc. I 5 p. 411]. ad rem v. e. g. Bardenhewer, Gesch. d. altkirchl. Lit. IV² 70 sqq.; Harnack, Dogmengeschichte II⁴ passim*): CONC.ˢ I 5 p. 121, 4 (*Cyrilli apol. adv. Orient.*) est ... unus atque idem filius et dominus et ante incarnationem et post incarnationem, et dividere unum in duo et veram (*cf. infra l. 46*) -in labefactare et separare in partes et seorsum dicere hominem, seorsum deum, impietatis est crimen ingentis (*gr. I 1, 7 p. 38, 30 τὸ τῆς ἀληθοῦς ἑνώσεως ... χρῆμα. sim.: ibid.* p. 120, 19 divinam -in naturalem vocans [120, 20. 120, 21 -is. 122, 21 veram (*cf. supra l. 42*)]. 123, 6 seiungentes -im. 123, 32 propter -im summam et nobis inintellegibilem [*gr. ibid. p. 42, 3 διὰ τὸ τῆς ἑνώσεως ἄκρον eqs.*]. *saepe litt. gr.*). *cf. Onom.*

henotēs (*acc.* -ēta, -ētem) *f.*, ἑνότης. *nonnisi personate* (*lat. redditur per* 'unitas': *infra l. 53. Tert. adv. Val. 37 p. 211, 8 Iren. 1, 15, 1*): TERT. adv. Val. 37 p. 211, 3 sq. cum hac *monotete* erat alia virtus, quam ... appello -a (*sim.*: IREN. 1, 11, 3 [= 1, 11, 4] -em). monotes et -s, id est solitas et unitas ... protulerunt ... initium omnium (*sim.*: IREN. 1, 11, 3). IREN. 1, 11, 3 (*v. p. 2607, 63*).

***henōticus,** -a, -um, ἑνωτικός. *scrib. et* hen- *et* en-. *i. q. unitivus (cf. infra l. 60. 69), vim uniendi habens* (*agitur non nisi de unitate ecclesiarum*): CONC.ˢ IV 2 p. 176, 23 -a ... et pacifica ad Iohannem Antiochenae civitatis episcopum epistola eius *Cyrilli*, per quam unitatem et pacem sanctis ecclesiis suis deus donavit (*syn.* unitivus: *Conc.ˢ I 4 p. 132, 28. 133, 6. 172, 5 al.*; coadunans *IV 2 p. 181, 7. ad rem v. e. g. Bardenhewer, Gesch. d. altkirchl. Lit. IV² 67; Hefele, Conciliengeschichte II² 268*). *n. sg.* -um (-on) *pro subst.* (cum -on: *infra l. 68*): CONC.ˢ IV 2 p. 180, 21 encyclia Basilisci adversus orthodoxam fidem et -um (endodia *cod.*) Zenonis *imperatoris* (*sic de edicto a. 482 edito* [*ad rem v. e. g. Bardenhewer l. c. 5; Schwartz, Publizist. Sammlungen 197*]: VICT. TONN. chron. II p. 190, 482 per -um [*ibid.* p. 190, 485]. LIBERAT. 17 Conc.ˢ II 5 p. 127, 7 -on. p. 127, 15 cum -on. p 127, 17 -on ... quod Latine dicere possumus unitivum [*cf. ibid. p. 129, 19* in Zenonis principis unitivo]. *al.*).

heortasticus, -a, -um, ἑορταστικός. GLOSS. V 357, 13 eorta⟨s⟩ticae solemnes (358, 46 eortas⟨t⟩icai s.). *fortasse: ibid.* 358, 45 eortasitasi epistolarum (*cf. Hier. vir. ill. 87* ἑορταστικαί epistulae [*sim.: ibid. 69*]. *de re v. Bardenhewer, Gesch. d. altkirchl. Lit. II² 224*).

heortē, *f.*, ἑορτή. [*acc.* -en *e coni. dub.: v. vol. V 2, 14, 71.*] *pl.* -ae (*scrib.* eor-): ITIN. [Silv.] 27, 1 remanent dies quadraginta et unum, qui ieiunantur, quod hic appellant -ae, id est quadragesimas. *H. H.*

***hēpar,** -atis *et* -aris *n.*, ἧπαρ. h *in codd. (item in* TAB. devot. *p. 2610, 25) ubique fere omittitur (at* PLIN. nat. 32, 149 *ord. alphab. et codd. consensu probatur). est masc. p. 2610, 22. 23. 32, fem. p. 2610, 22. de decl. graeca*: CHAR. gramm. p. 169, 10 B. *gen. in* -ris *habent* CHIRON, MARCELL. med., Ps. APVL. *de notione*: HESYCH. in lev. 3, 1—5 p. 814ᴮ in iecore ... id est in -te. MARCELL. med. 22 tit. -ris sive iecoris (*cf.* Ps. APVL. herb. 32 l. 6 H.-S. *et l. 7. 11*); *at* 20, 115 nec iocineris nec -ris. ISID. orig. 4, 7, 21 Graeci ... iecur ipaten vocant. GLOSS.ᴸ I Ansil. EP 11 -r iecur Graece. IP 1 ipar gecu⟨r⟩ id est ficatum. *al. nonnulli scriptores* (*velut* THEOD. PRISC. *et* CASS. FEL.) *de iecore humano tantum v. q. e.* -r *usurpant; utraque voce de eodem utuntur* MARCELL. med. *et* Ps. APVL. (*cf. etiam l. 18*).

Ⓘ *praeditae magica vi et quarum usus in re magica* (*cf. et p. 2616, 14. supra l. 18. -a per se magicam vim habet infra l. 82; notantur vires effectusque infra l. 58 sqq. 64. 77. 78. 80. regiones celebres -is infra l. 44; -ae a mythicis hominibus nominantur infra l. 66. et -ae et aliae res simul adhibentur infra l. 38; bibuntur infra l. 69. metonymice fere i. q. incantamentum, medicamen magicum infra l. 73 sqq. vox plerumque pluraliter usurpatur; nonnunquam sing. sensu collectivo*): LAEV. carm. frg. 27 (*potio amatoria paratur*) taeniae, radiculae, -ae, surculi, saurae *eqs.* (*sim.* [*v. supra l. 34*]: VERG. Aen. 4, 514. HOR. sat. 1, 8, 49 -as atque incantata . . . vincula. epod. 5, 67 nec -a nec . . . radix fefellit me. SEN. epist. 9, 6 [*Hecaton frg. 27 Fowler*] amatorium sine medicamento, sine -a, sine . . . carmine. APVL. apol. 31 vim -arum et radicum . . . et lapillorum. AVG. civ. 10, 11 p. 419, 10 D.). VERG. ecl. 8, 95 has -as atque haec Ponto . . . lecta venena (*sim. de regione nascendi*: Aen. 7, 758 cantus somniferi et Marsis quaesitae montibus -ae. HOR. epod. 5, 21 quas Iolcos atque Hiberia mittit. TIB. 2, 4, 56 Thessala terra gerit. PROP. 1, 12, 10 lecta Prometheis [*i. Caucasiis*] . . . iugis. 2, 1, 61 Cressis. 4, 5, 11 Collinas [*i. a Collina porta*]. OV. met. 7, 224 SEN. Herc. O. 465). georg. 2, 129 (= 3, 283) novercae miscuerunt . . . -as et non innoxia verba (LVCAN. 6, 768 nec v. nec -ae. *cf.* TIB. 1, 2, 62 amores cantibus aut -is solvere [PANEG. in Mess. 62 OV. epist. 12, 167 GRATT. 405 LVCAN. 6, 492 STAT. Theb. 9, 735. *v. etiam supra l. 45. infra l. 59*]. 1, 8, 17 carminibus . . . *et* pallentibus [poll- *dett., cf. infra l. 60*] -is [1, 8, 23 OV. met. 10, 397. 14, 21. 357. 15, 327 fast. 2, 426 LVCAN. 6, 683. 822 SIL. 8, 497. *v. etiam p. 2617, 62. l. 42. 61*]. OV. am. 1, 14, 39 cantatae . . . paelicis -ae [met. 7, 98]. TERT. cult. fem. 1, 2 p. 708, 9 Oe. -arum . . . et incantationum. *v. et l. 67. p. 2619, 1*). Aen. 7, 19 quos hominum ex facie . . . potentibus -is induerat Circe in *feras* (OV. met. 4, 49 cantu . . . *et* p. -is. LVCAN. 9, 893 par lingua *Psyllorum* p. -is. *sim.*: OV. met. 7, 196 magos, Tellus, pollentibus instruis -is [fast. 2, 425 *nec* p. -is nec . . . magico carmine. LVCAN. 6, 685 vox . . . pollentior -is. *v. etiam supra l. 53*]. met. 14, 14 quanta sit -arum . . . potentia [PLIN. nat. 25, 11]. CLAVD. 3, 151 potestas. *cf. p. 2617, 70 sqq.*). HOR. sat. 1, 8, 22 *magae* ossa legunt -asque nocentes (LVCAN. 6, 438). TIB. 1, 2, 53 *saga* tenere malas (*cf. p. 2619, 1*) Medeae dicitur -as (*cf.* ELEG. in Maecen. 1, 112 Colchidos. OV. ars 2, 101 Medeides -ae mixtaque cum magicis naenia Marsa sonis. rem. 263 *Circes* Perseides [*i. patris sui*] -ae. met. 6, 139 sucis Hecateidos -ae. *cf. etiam* MACR. Sat. 5, 19, 9). 2, 4, 60 *Nemesis* mille . . . -as misceat . . . , bibam (LEX Sal. 19, 1 [*cf.* 19, 2 *var. l.*] si quis alteri -as dederit bibere, ut moriatur. *cf.* GREG. TVR. vit. patr. 6, 7 p. 686, 9 de qua caespite [*sc. ex sancti viri sepulchro*] infirmi . . . bibentes -am sanabantur). PROP. 2, 4, 17 non hic -a valet, non hic nocturna Cytaeis (*sim.* [*v. supra l. 35*]: 3, 6, 25 non me moribus illa, sed -is improba vicit. OV. epist. 6, 93. met. 7, 149 -is sopire draconem. LVCAN. 6, 610 medios -is praerumpimus annos. 6, 715 [*v. vol. V 2, 1191, 64*] licet has exaudiat -as). 4, 7, 72. OV. medic. 35 fortibus (*cf. p. 2617, 81*). met. 13, 942 *quae* has . . . vires habet -a? (14, 22 operosae viribus -ae. 14, 69. *sim.*: 7, 327 purum laticem et sine viribus -as). met. 14, 299 spargimur ignotae sucis -ae (NEMES. ecl. 4, 69). SEN. Med. 270 letales . . . aufer -as, libera cives metu (*cf.* Phoen. 149 quae ferunt letum). LVCAN. 4, 555. PLIN. nat. 10, 40 *adactos* cuneos admota quadam . . . -a elabi, creditur vulgo (*sim.* [*v. supra l. 31*]: 18, 160 a milio . . . sturnorum . . . agmina scio abigi a in . . . angulis segetis defossa. 25, 14. 26, 19. *et al.*)

[Kornhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

COMM. apol. 8 Marsus paene fui factus -as incantando malignas (*cf. p. 2618, 65*). SERM. Caspari anecd. p. 222, 11 -as nolite vobis ... adpendere (*sc. pro phylacterio*). *et al.*

Ⓜ *reliqua medicamina*: CIRIS 370 (*cf. Wünsch, RhM. 57, 1902, 468*) -as incendit olentes (*sim. de suffimentis*: CVLEX 404 -a ... turis opes priscis imitata Sabina [PROP. 4, 3, 58 OV. fast. 1, 343. 4, 741]). OV. ars 3, 163 femina canitiem Germanis inficit -is. VITR. 7, 14, 2 -a, quae luteum appellatur, caeruleum inficiunt (*cf.* SEN. Herc. O. 668 quaelibet -ae tinxere colus, quas ... nevere manus [PLIN. nat. 22, 3. 22, 4 -is tingui parietes. SERV. ecl. 4, 45 PRVD. ham. 299 ISID. orig. 17, 9, 98]. PLIN. nat. 33, 161. *accedunt conchae*: TERT. cult. fem. 2, 10 p. 728, 7 Oe. [CYPR. hab. virg. 14 p. 197, 17]). PLIN. nat. 12, 43 adulteratur *nardum* et pseudonardo -a (*sim. de odoramentis*: 21, 35 omnium ... odoramentorum atque adeo -arum differentia est in colore et odore et suco. SCHOL. Iuv. gloss. 6, 465 W. CLAVD. DON. Aen. 1, 403 p. 87, 16 MART. CAP. 2, 110 ISID. orig. 17, 9 tit.). 14, 68. 24, 175 notia -a coriariorum officinis familiaris est (*cf.* HIER. in Ier. 1, 30, 1 p. 28, 17 -am fullonum, quae ... ad lavandas sordes ... vim habet [VVLG. Mal. 3, 2. *cf.* ITALA Aug. civ. 20, 25 p. 472, 14 D. -a lavantium]. *adde p. 2616, 65*). 27, 101 limeum -a ..., qua sagittas in venatu tinguunt *Galli venenandi causa* (*cf.* AMM. 23, 6, 38 *in comparandis malleolis*).

β -ae esculentae (*cibus fame sitique [infra l. 47] laborantium, praecipue militum infra l. 40 sqq. hominum priscorum, piorum sim. infra l. 33 sqq. 56. 61. incultarum gentium infra l. 48 sqq. usurpatur nonnumquam sensu collectivo*): VERG. Aen. 3, 650 *me Achaemenidem* volsis pascunt radicibus -ae (*sim.*: OV. met. 14, 216 *Achaemenides* glande [*cf. infra l. 32*] famem pellens et mixta frondibus -a. PLIN. nat. 37, 107 praedones fame et tempestate fessi ..., cum -as radicesque foderent. *cf.* OV. met. 8, 800). TIB. 1, 5, 53 *lena* fame stimulante furens -as ... sepulcris quaerat. PROP. 3, 12, 27. OV. am. 3, 10, 10 ante ... terris area nomen *ignotum* erat, sed *glans* (*cf. supra l. 28*) ... et teneri caespitis -a cibus (*sim.*: ars 2, 475. met. 15, 97 [*Pythagorae verba*] *aetas aurea* quas humus educat, -is fortunata fuit nec polluit ora cruore. fast. 2, 293 *Arcades* pro domibus frondes norant, pro frugibus -as [*cf.* met. 15, 393]. 4, 369 lacte mero veteres usi ... et -is, sponte sua si quas terra ferebat. 4, 395. 767. *cf.* VERG. georg. 3, 528 *de bove*). met. 15, 78 (*Pythagorae verba*) sunt -ae dulces, sunt, quae mitescere flamma mollirique queant. LIV. 23, 19, 13 ad id ventum inopiae est, ut *milites* ... nec muribus ... abstinerent et omne -arum radicumque genus aggeribus infimis muri eruerent ([23, 30, 3 coriis -isque et r. SEN. dial. 5, 20, 3 epist. 17, 7. LVCAN. 6, 113 vellere ab ignotis dubias r. -as. SPART. Sept. Sev. 16, 1 -arum (culp- *P, cf. app. crit.*) r.]. CVRT. 7, 4, 24 pisce et -is. LVCAN. 4, 414 IVV. 15, 99 TAC. hist. 4, 60 RVFIN. hist. 3, 6, 10 [*gr. λαχάνων ... ἀγρίων καὶ πόας*]. CORIPP. Ioh. 6, 383. *adde*: LVCAN. 4, 316 *sitientes* -as frondesque terunt *roscidas*). PAVL. FEST. p. 172 *Nomades appellantur*, quod -is ut pecora aluntur (*cf.* LVCAN. 9, 438 *Libya* raras ... exserit -as, quas Nasamon, gens dura, legit. TAC. Germ. 46 *Fennis* victui -a, vestitui pelles. AMM. 14, 4, 6. 31, 2, 3 *Huni* neque igni neque saporatis ... *indigent* cibis, sed radicibus -arum agrestium [*cf. infra l. 58*]). SEN. epist. 110, 12 tibi persuaseris -am ... non pecori tantum, sed homini nasci. PLIN. nat. 21, 86 -ae sponte nascentes, quibus pleraeque gentium utuntur in cibis *eqs.* 26, 82. SVET. Iul. 68, 2 *genus* panis ex -a, quo sustinebantur *Caesariani*. PANEG. 11 (3), 23, 1 *in Fortunatorum insulis* ad -arum vicem olus vulgo est. CLAVD. DON. Aen. 5, 40 p. 430, 7 *in epulis rusticis* ova atque -as agrestes (VVLG. IV reg. 4, 39. PAVL. MED. vita Ambr. 1 p. 40, 8 et hortorum amoena mirantibus -ae a. *placent. al.*). VVLG. Iob 30, 4. SVLP. SEV. dial. 1, 16, 3 *anachoreta ibici* fasciculum -arum, quem ... adtingere non audebat, obiecit: sed bestia ... innoxia ... eligebat. ita vir sanctus ... et periculum famis ... et -arum venena vitavit. *et al.*

γ i. q. herba mala, inutilis, odiosa (*cf. et p. 2620, 46. vox plerumque nude posita; sing. et plur. promiscue. nascuntur locis desertis neglectisve infra l. 84; in pratis p. 2620, 21. de seminibus p. 2620, 10; de radicibus p. 2620, 12. per comparationem p. 2620, 27*): CATO agr. 91 *aream amurca conspargito*. si ita feceris, neque formicae nocebunt neque -ae nascentur (*sim. de crescentibus*: 128 -a nascetur. VERG. georg. 1, 180 ne subeant -ae. COLVM. 2, 11, 3. 2, 11, 6 *ne* satis -a proveniat. 4, 14, 2 vites *solum* inumbrent nec patiantur -am subcrescere. *et al.*). 151, 2 *terram* depurgato ab -a (*cf.* [*loci selecti*]: 161, 2 -as ... purgato [OV. Pont. 1, 8, 59]. VARRO rust. 1, 30 -am ... expurgari. VERG. georg. 1, 155 -am insectabere. PAVL. FEST. p. 105 extirpandas. COLVM. 2, 9, 13 -is liberentur. 10, 149 augentem sulcis exterminet -am. 11, 3, 13 prosequuntur -as. 11, 3, 35 saritionibus -ae tollantur. 11, 3, 46 -ae ... eximendae [*v. et p. 2615, 40*]. PLIN. nat. 17, 70 evelli [*v. et p. 2620, 24*]. 18, 146 excludi. PALLAD. 4, 10, 12 runcetur. 5, 12 -a mundetur). VARRO rust. 1, 51, 1 *amurca* -arum et formicarum ... venenum. 1, 55, 7. CIC. orat. 48 segetes fecundae ... non solum fruges verum -as etiam effundunt inimicissimas frugibus (*cf.* PAVL. FEST. p. 331). phil. frg. I 12 (*Xen. oecon. 16, 14 ὕλη*) -as arescere et interfici. VERG. Priap. 3, 7 assidua colens diligentia ut -ae asper aut rubus a meo sint remota sacello (*sim.*:

PROP. 2, 6, 36 velavit aranea fanum et mala [*cf. infra l. 46*] desertos occupat -a deos. OV. epist. 1, 56. fast. 3, 728 in gelidis -a reperta focis. LVCAN. 5, 404 piger Apulus arva ... inerti tradidit -ae. *v. etiam p. 2621, 14*). georg. 1, 69 officiant ... no frugibus -ae (*cf.* PALLAD. 12, 1, 3 adversantibus). 2, 411 bis segetem densis obducunt sentibus -ae. SEN. dial. 1, 3, 6 cenat ... radices et -as, quas in repurgando agro ... vulsit *Fabricius*. epist. 90, 21 collectas manu -as (*cf.* COLVM. 5, 6, 7 manibus -as carpemus). CVRT. 4, 1, 21 *hortum* steriles -as eligens Abdalonymus repurgabat. COLVM. 2, 4, 1 *campi* cum omnes -as ediderint, neque adhuc earum semina maturuerint (*cf.* 2, 14, 7 ut -arum s. ... putrescant. PLIN. nat. 18, 300. 19, 182 *aquae* -arum s. invehunt. PALLAD. 5, 2, 4). *ibid. vomere* radices -arum perruptae necantur (11, 3, 11. PLIN. nat. 18, 172 *cuspis* acie laterum r. -arum secans. 18, 176 inverso caespite -arum r. necantur. 19, 107 exstirpatis r. PALLAD. 2, 10, 1). 2, 10, 27. 2, 11, 5 *lupinus* adeo non *infestatur* ... -is, ut ipse -as perimat ([PALLAD. 2, 9, 2 lupinus ... -as praeter auxilium cultoris affligit]. *sim.*: PLIN. nat. 17, 250 -ae aqua ... *agri Fabiani* necantur ... et riguus pro sarculo est. PALLAD. 10, 13, 2 *capparis* -as sponte persequitur). 2, 14, 9 *stercus vetustum* -as non creat (PLIN. nat. 18, 162 nec terra ipsa -as gignit). 2, 17, 1 *ne* spinas validioriisque incrementi -as pratis inesse patiamur *eqs.* (*cf.* 2, 17, 4 PALLAD. 10, 10, 2 *al.*). 4, 4, 3 humus nullis -is irrepentibus humorem *satis praebet*. 11, 3, 38 *ruta* ne -is enecetur (PLIN. nat. 18, 155). PLIN. nat. 18, 147 si evicerint -ae (18, 159). 18, 185 evolsis inutilibus -is. 18, 242 STAT. Theb. 7, 275 VLP. dig. 19, 2, 15, 2. *nota* (*per compar.*): OV. Pont. 2, 1, 15 nos quoque (*Ovidius*) frugiferum sentimus inutilis (*cf. supra l. 24*) -a numen (*i. Iovem pluentem*) ...; gaudia *Caesaris* ... pro parte virili sunt mea.

2 *quae nascuntur in pratis*: a *sensu strictiore* (*exempla selecta. de crescentibus -is infra l. 60; de soli fertilitate p. 2621, 3; de varia -arum qualitate infra l. 40 sqq. 46 sqq. mutantur diversis temporibus diei et anni: vere nascuntur p. 2621, 23 [? inde '-ā' i. q. 'vere' p. 2621, 26]; aestate arent infra l. 81; pruinosae p. 2621, 22; roscidae infra l. 54; mane vesperique iucundae infra l. 58. de faeno p. 2621, 18; i. q. viride pabulum, pastio pecoris e. gr. l. 64 sqq. p. 2621, 8 sqq. morientes mordent -am infra l. 51*): ENN. scaen. 155 -is prata convestirier. PLAVT. Pseud. 812 (*v. p. 2622, 21*). Trin. 31 mores mali quasi -a irrigua sucrevere uberrime (CLAVD. 22, 469). CATO agr. 37, 2 circum salicta -am altam ulvamque (*sim. de qualitate*: VERG. georg. 3, 494 laetis ... in -is. OV. am. 2, 16, 6 fertilis. met. 1, 681 fecundior. COLVM. 6, 27, 2 mollibus potius quam proceris. CYPR. Demetr. 7 p. 355, 23 ieiunas et pallidas. PALLAD. 6, 7, 3. AVIEN. orb. terr. 999 luxuria⟨ns⟩. CLAVD. DON. Aen. 3, 221 p. 296, 14 ingentes [*cf. p. 2614, 47*]. SVLP. SEV. dial. 1, 3, 5 raram atque hispidam. *v. etiam p. 2621, 34 et al.*). agr. 50, 1 cum prata defendes, depurgato -asque malas ... effodito (PLIN. nat. 18, 258. VLP. dig. 19, 2, 19, 1 si saltum pascuum locasti, in quo -a m. nascebatur, ... si pecora ... deteriora facta *sunt*, quod interest praestabitur. *aliter supra l. 1. cf.* PLIN. nat. 18, 259 -a optima in prato trifoli, proxima graminis, pessima nummuli). MAT. carm. frg. 6 ille hietans -am moribundo contigit (tenit [*sim.*] *codd.*) ore (*sim.*: LVCAN. 6, 86 *equus* ore novas poscens moribundus labitur -as. HOMER. 371 carpit virides m. dentibus -as). VARRO rust. 1, 47, 1 -a in pratis ad spem faenisiciae nata. 2, 2, 10 -a roscida meridianam ... *aridam* iucunditate praestat (LVCR. 2, 319 gemmantes [*cf. infra l. 73*] rore recenti [5, 461]. 2, 361 -ae rore vigentes. VERG. ecl. 8, 15 ros in tenera pecori gratissimus -a [= georg. 3, 326]. OV. fast. 3, 880 MANIL. 2, 53. *et al.*). 2, 2, 11 *vesperi* iucunditas in -a redintegrabit (*cf.* OV. fast. 3, 711 aurora refecerit -as). 2, 2, 14 oritur -a imbribus ... evocata (*sim.* [*v. supra l. 30*]: VERG. georg. 3, 353 -ae ... apparent. PROP. 3, 13, 36 alta ... nativo creverat -a toro. OV. am. 2, 16, 9 per ... resurgentes ... -as ... caespes obumbrat humum [LVCAN. 7, 865]. FEST. p. 190 obherbescere: -am increscere. COLVM. 2, 17, 6 quotiens -a prosiluerit. LEX Visig. 8, 3, 12 p. 326, 7). 2, 5, 12 *tauros* -a ... facio pleniores (*cf.* 2, 5, 17. 2, 7, 7 equinum pecus pascendum in pratis ... -a, in stabulis ... faeno [PAVL. FEST. p. 100 herbilis anser -a pastus. PLIN. nat. 19, 56. 28, 230. LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) 32 pascere -am, fenum secare]. COLVM. 7, 3, 13 *agnos* -ae ... expertes [PLIN. nat. 28, 220 vituli, qui nondum -am gustaverit. *al.* IVV. 11, 66 inscius -ae]. 8, 13, 2). LVCR. 2, 33 anni tempora conspergunt viridantes floribus -as (5, 1396. CVLEX 88 floribus agrestes -ae variantibus adsunt. OV. met. 5, 266. *cf.* VERG. ecl. 9, 19 florentibus -is [georg. 3, 126 OV. fast. 3, 253]. CVLEX 70 florida ... tellus gemmantes [*cf. supra l. 55*] picta per -as. OV. met. 14, 267 MART. 8, 28, 3. APVL. met. 5, 25 super ripam florentem -is. *in imag.*: SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4). CALV. carm. frg. 9 virgo infelix (*i. Io*) -is pasceris amaris (*sim.* OV. met. 1, 632). VERG. ecl. 5, 26 *bos* graminis attigit -am (*cf. p. 2622, 8 et v. vol. VI 2, 2166, 46. 2167, 17. 2168, 25*). 6, 54 *taurus* pallentes ruminat -as (OV. am. 3, 5, 17 revocatas r. SER. SAMM. 610. GREG. M. in Ezech. 1, 51 p. 821^{c} [*in imag.*]. *cf.* CALP. ecl. 3, 17 matutinas revocat palearibus -as). 7, 57 vitio morieus sitit aeris -a (georg. 4, 402. OV. fast. 4, 299 sitis usserat -as. *sim.*: VERG. georg. 1, 107 exustus ager morientibus aestuat -is [CYPR. Demetr. 20 p. 365, 15]. 4, 427 arebant -ae. TIB. 1, 7, 26 arida ... pluvio supplicat -a

[Kornhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Iovi. CALP. ecl. 2, 76 siccus ager languentes excoquat -as. 5, 88). 8, 2 *iuvenca* immemor -arum (*sim.* georg. 3, 216. 3, 498). georg. 2, 185 frequens -is *campus* (AETNA 267 -is dignissima tellus. HOR. epist. 1, 7, 42 *locus* multae prodigus -ae. OV. am. 3, 5, 30 -ae fertilioris humum. CVRT. 5, 4, 8 gignendae ... -ae *fluvius aptus*. MELA 3, 53 *regio* luxuriosa -is. AVIEN. orb. terr. 939 -ae viduus *caespes*. 1147 *glebas* ieiunas -ae. SIDON. epist. 4, 8, 2 ager -is abundans). 3, 295 *in stabulis* ... -am carpere oves (3, 465 summas [*cf. infra l. 16*] c. ignavius -as *ovem*. TIB. 2, 5, 55 carpite ..., tauri, de septem montibus -as, dum licet. SEN. Oed. 134. VVLG. num. 22, 4 [*cf. Itala: vol. V 2, 390, 45*]). Aen. 5, 330 *sanguis* virides ... madefecerat -as (OV. met. 3, 86 adspergine tinxerat. 10, 210 cruor ... signaverat -as. STAT. Theb. 5, 590). PROP. 4, 1, 2 qua maxima Roma est, ante ... Aeneam collis et -a fuit (*sim.* OV. fast. 5, 93. 5, 639. *cf. p. 2619, 84. supra l. 10. p. 2626, 7*). EPIST. Sapph. 147 caespitis -as (*v. vol. III 110, 51 sqq. 112, 17. 36 et al.*). OV. ars 3, 694 *impulsa vento* -a ... summa (*cf. supra l. 8*) tremit (*cf.* STAT. Theb. 10, 99). rem. 191 *rusticus* temporibus certis desectas alligat -as (*sim. de faeno*: met. 6, 457. COLVM. 2, 18, 3 si quis humor -is inest, ... excoquatur in acervis. SYMPH. 165 GREG. TVR. Franc. 2, 37 p. 99, 18). met. 2, 792 *Invidia* exurit ... -as (PLIN. nat. 8, 78 *basiliscus. cf.* OV. met. 7, 105 STAT. Theb. 5, 527). 4, 82 pruinosas ... -as (COLVM. 7, 3, 25). SEN. Phaedr. 12 Zephyrus vernas evocat -as (Oed. 650 CARM. de mens. 2, 12 CLAVD. rapt. Pros. 2, 90. *adde*: PLIN. nat. 25, 94 quoniam *vere* ... sucis -ae turgeant. CHIRON 15 *equi* depleantur -arum tempore [*al. cf.* 14 castratos ... numquam deplere debemus -ā (*v. p. 2620, 33 et cf. Oder ad l.; Svennung, Unters. Pallad. 521*)]. 959 primo vere ante -am novam. *cf. etiam p. 2620, 71*). COLVM. 6, 23, 2 ut laetior -a consurgat, ... incenditur (LVCAN. 9, 183 renovare parans hibernas ... -as *eqs.*). PLIN. nat. 10, 116 -ae pabulo (ITALA gen. 1, 12 [Aug. gen. ad litt. 5, 4 p. 143, 15] -am pabuli [*gr. βοτάνην χόρτου*; VVLG. -am virentem]. PRISCILL. tract. 4, 80 p. 61, 2 -arum pastuus).

b *subest sensus localis* (*sing. et plur. promiscue usurpantur. accedunt adi.* mollis, tener, viridis *passim; indicantes regionem crescendi v. infra l. 42 sq. 56. 63* [*cf. 46*]): *α cum praeposit.*: in (*c. abl.*): CIC. de orat. 1, 28 ut se abiceret in -a (OV. epist. 7, 1. *cf.* SIL. 14, 468 proiectus). 2, 287 recubuisset (*cf.* TIB. 2, 5, 95 pubes discumbet. COLVM. 10, 283 tenerā decumbere). LVCR. 6, 785 iacuit prostratus in -is. VERG. ecl. 3, 55 in molli consedimus. 3, 93 latet anguis. *al.* LYDIA 66 laedere ... flores. CVLEX 115. 159 lentus ... pressos somno mandaverat artus. HOR. carm. 3, 23, 11 crescit Albanis in -is victima (*v. supra l. 34. cf.* OV. fast. 1, 539 Latia stetit exul in -a. 4, 67 Aventinis ... in -is). epist. 1, 14, 35 PROP. 4, 8, 35. OV. ars 1, 315 exsultet *vacca. al.* met. 3, 23 latus submisit. 3, 438 fusus (PLIN. nat. 24, 157 *sucum* effusum). 4, 341 ut vacuis et inobservatus in -is. *al.* fast. 1, 429 iam iam finitimā corpus librabat (IVV. 12, 12 nutritus). SEN. Herc. f. 145. BVC. Eins. 2, 26 pecus errat. SIL. 15, 705 laetus in -a. CIL XI 5357 viridi requiesce, viator, in -a. *et al.* per: LVCR. 1, 260 *grex* per -as ludit. VERG. georg. 2, 527 fusus (Aen. 1, 214 *al.* HOMER. 731). 3, 162 pascuntur ... armenta. 3, 436 iacuisse (OV. ars 3, 727 fast. 3, 525). 4, 121. Aen. 3, 221 pecus nullo custode. *al.* CORN. SEV. carm. frg. 11 strati (CVRT. 8, 10, 17). OV. met. 4, 635 armenta ... errabant (15, 14 HOMER. 501). 7, 836. fast. 1, 409 vestes trahit. STAT. Theb. 7, 67. in (*c. acc.*): OV. met. 2, 669 bracchia movit. LVCAN. 6, 506. PETRON. 127, 9 (vers.) humus Venerem molles clamavit in -as. STAT. Theb. 3, 290 Illyricas (*v. supra l. 34*). *et al.* super: PORPH. Hor. carm. 2, 15, 17 recumberet. CHIRON 758 *si equa* mixerit. VVLG. deut. 32, 2 *al.* *β liberius*: LVCR. 5, 816 -a cubile praebebat (OV. epist. 5, 14 torum. *cf.* STAT. Theb. 1, 583). VERG. ecl. 7, 45 somno mollior -a. HOR. carm. 4, 2, 55 *vitulus* qui largis iuvenescit -is. epist. 1, 10, 34 *cervus equum* communibus -is pellebat. OV. am. 3, 13, 14 (= fast. 1, 84 = Pont. 4, 4, 32) iuvencae, quas aluit campis -a Falisca (*v. supra l. 34*) suis. epist. 4, 98 sustinuit ... -a duos. met. 3, 12 qua *bos* requieverit -a. *al.* EPIST. Sapph. 150 lacrimas conbibit -a. CALP. ecl. 5, 43 longinquas procul a praesepibus -as. 6, 71 melior viret -a tapetis. *et al.*

c *usus notabiliores*: *α* -am do (porrigo: *v. infra l. 74 et 81. ad rem v. Otto, Sprichw. 161; Borchling, Rechtssymbolik i. germ. u. röm. Recht [Vortr. Bibl. Warburg 3] 247*): PLAVT. frg. inc. 63 -am do. AFRAN. com. 145 (Non. p. 317 -am veteres palmam vel victoriam dici volunt) fit opus luculentum hoc. vici (dici *trad.*): -am det. SYMM. epist. 3, 44, 2 cum sim tibi dicto audiens atque -am dederim voluntati tuae. 7, 61 veluti -am porrigens (-a moriens *VMF*) cum veniae petitione. *explicatur res*: PAVL. FEST. p. 99 -am do, cum ait Plautus (*v. supra l. 71*), significat 'victum me fateor'; quod est antiquae ... vitae indicium. nam qui ... contendebant, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam -am adversario tradebant (*cf.* GLOSS.^{L} IV Ps. Plac H 17). PLIN. nat. 22, 8 summum apud antiquos signum victoriae erat -am porrigere victos, hoc est terra et altrice ipsa humo et humatione etiam cedere, quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio. SERV. Aen. 8, 128 (*ex Varronis aetiis*) -am do, i. e. cedo victoriam (*fusius de origine proverbii. sim.*: MYTHOGR. 2, 119 p. 115, 16).

β de corona victoris: ACC. (Non. *p. 2621, 71*) trag. 444 (*ad rem v. Ribbeck, Röm. Trag. 510*) -am conferunt, ... pro se quisque cum corona clarum conestat caput. FEST. p. 190 obsidionalis corona (*v. vol. IV 981, 51. sim.*: PLIN. nat. 22, 14). *γ* -a pura (*i. sagmina. ad rem cf. Borchling l. c. 247; Wissowa, Rel. u. K.*^{2} *551; Pischel, SBBerl. 1908 1462 sq.* [*448 sqq.*]): LIV. 1, 24, 5 *in foedere feriundo* 'sagmina' inquit *fetialis* 'te rex posco'. rex ait 'puram (-ra *dett. alqq.* [*Conway-Walters*]) tollito'. fetialis ex arce graminis -am puram attulit *eqs.* 30, 43, 9 -ae id genus (*i. sagmina*) ex arce sumptum fetialibus dari solet. FEST. p. 321 sagmina vocantur verbenae, id est -ae purae, quia ... legatis proficiscentibus ad foedus faciendum bellumque indicendum *dabantur* (*sim.* SERV. Aen. 12, 120 [*cf. ad l. Wissowa l. c. 551, 7*]). MARCIAN. dig. 1, 8, 8, 1. *δ in re militari (pro signo): v.* manipulus.

3 *sativae* (*nascuntur in horto infra l. 32; in tecto infra l. 38. apibus gratae infra l. 45. seruntur, quae alioqui sponte nascuntur infra l. 43. de holeribus et -is [v. Armini, Eranos 23, 1925, 132 sqq.] infra l. 46. coquuntur per se infra l. 27; pro condimento sunt infra l. 22. 30 sqq. 54; condiuntur ipsae infra l. 51 sqq. species nominantur infra l. 37 sqq.*): PLAVT. Pseud. 812 *alii coci* boves ... convivas faciunt -asque (*v. p. 2620, 29*) oggerunt, eas -as -is aliis ... condiunt: indunt coriandrum, feniculum *eqs.* 823 homines tam brevem vitam colunt, quom hasce -as ... *edunt* formidulosas dictu, non essu modo. quas -as pecudes non edunt, homines edunt. LVCIL. 1076 pulmentaria ut intubus aut aliquae id genus -a. 1188 hic sunt -ae, quas sevit Iuppiter ipse. CIC. epist. 7, 26, 2 fungos helvellas, -as omnis ita condiunt, ut nihil possit esse suavius (*cf.* HOR. epod. 3, 7 num viperinus his cruor incoctus -is me fefellit? APIC. 3, 101 -ae rusticae [*cf. p. 2615, 76. 2617, 1*]). VERG. ecl. 2, 11 *Thestylis* alia serpullumque -as contundit olentes (*cf.* MORET. 97 dictas [*i. apium, rutam sim.*] super ingerit -as. 104. HOR. sat. 2, 4, 67 *ius* ubi confusum sectis inferbuit -is). MORET. 62 hortus ... fertilis -is (*cf.* OV. met. 14, 690 quas h. alit cum sucis mitibus -as. fast. 2, 703 h. odoratis ... cultissimus -is. ANTH. 86, 1. *cf. etiam infra l. 37. 44. 47. adde*: MART. 11, 18, 8 *rus*). HOR. epist. 1, 12, 7 in medio positorum abstemius -is vivis et urtica. OV. ars 2, 422 bulbus et ex horto quae venit -a salax ([MART. 10, 48, 10 menta ... *et* -a salax]. *sim.* [*v. supra l. 20*]: FEST. p. 343 -am quam Opillus ... sesuvium vocari ait eamque in tegulis seri. COLVM. 2, 10, 25 -a Medica ... semel seritur *decem annis*. 10, 124. PLIN. nat. 20, 33 Syria in hortis operosissima ... -am serit, quam ... gingidion vocant. 21, 68 *vicapervica* topiaria -a [22, 76]. *v. et supra l. 29*). MANIL. 4, 110 mortiferas ... -as, quod non arbitrio veniunt, sed semine certo (*sim.*: LVX. anth. 369 tit. de horto domni Oageis, ubi omnes -ae medicinales plantatae sunt. PALLAD. 1, 37, 3 -as ... *apibus aptas* conseremus). COLVM. 9, 4, 5. 9, 4, 7 *mel* villaticum, quod nascitur in holeribus et stercorosis -is (*sim.*: FRONTO p. 225, 21 N. hortus ... -as et holuscula nihili procreat. TREB. Claud. 14, 3 *in salario* aceti, holeris, -arum quantum satis est [VOPISC. Aurelian. 9, 6]. RVFIN. Orig. in gen. 1, 17 p. 20, 19 hist. mon. 7, p. 411^{D}. *ibid.* p. 413^{D}. *cf. etiam p. 2616, 2. 2619, 57*). 12, 7, 1 circa vernum aequinoctium -as ... colligi et reponi oportebit (*cf.* 12, 7, 3. 12, 8, 1. 12, 13, 2 -ae quas appropinquante vindemia condire possis. PS. GARG. MART. p. 210, 1 *ex piscibus et* -is odoratis aridis cum sale compositio). PLIN. nat. 15, 16 *olivae* -arum ... viridium sapore condiuntur. 19, 54. 144. MART. 2, 90, 8 *me fumosa* tecta iuvant et fons vivus et -a rudis. CHAR. gramm. p. 128, 3 B.

II *tenera satorum gramina, prima quae exit ex terra viriditas, praecipue frumenti* (*vox plerumque nude ponitur; raro accedunt adi.; sing. et plur. promiscue. de modo crescendi p. 2623, 11; de luxurie infra l. 78. praeter frumenti -ae p. 2623, 1; in universum p. 2623, 24. per comparationem infra l. 71 [adde infra l. 77. 81. p. 2623, 6. 7]; proverbialiter dicta infra l. 70. p. 2623, 6. 7*): CATO or. frg. 65, 1 nunc ita aiunt, in segetibus, in -is bona frumenta esse (*sim.* [*v. et p. 2614, 45*]: LIV. 25, 15, 18 ad frumenta ..., quae iam in -is [in hibernis *trad.; cf. p. 2614, 44*] erant, corrumpenda. OV. met. 5, 482 primis segetes moriuntur in -is. GERM. frg. 4, 3. COLVM. 1, 2, 1 sive in frondibus et -is, sive iam maturis frugibus. LABEO dig. 18, 1, 78, 3. *in comparatione v. infra*). *ibid.* saepe audivi, inter os atque offam multa intervenire posse; verumvero inter offam atque -am, ibi ... longum intervallum est. CIC. Cael. 76 *cupiditas gloriae et impetus animi* in adulescentia ... tamquam in -is significant, quae virtutis maturitas et quantae fruges industriae sint futurae (*cf.* [*v. supra l. 61*] fin. 4, 37 *natura non* quod facit in frugibus, ut, cum ad spicam perduxerit ab -a, ... pro nihilo habeat -am, idem facit in homine, cum eum ad rationis habitum perduxit. TAC. dial. 9 FRONTO p. 102, 23 N. AMBR. Noe 2, 5 p. 415, 18 tamquam in -is). de orat. 2, 96 *in oratione*, ut in -is rustici solent dicere, in summa ubertate inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est (*sim.*: 3, 155. VERG. georg. 1, 112 ne gravidis procumbat culmus aristis, luxuriem segetum tenera depascit in -a. PLIN. nat. 18, 161 SERV. georg. 2, 253). Lael. 68 *in novis amicitiis si* tamquam in -is non fallacibus fructus *apparet* (TIB. 2, 1, 19. *cf.* OV. fast. 4, 645 saepe Ceres primis dominum fallebat in -is). VERG. georg. 1, 134 frumenti ... -am (*sim.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 100 p. 74, 17). 2, 251.

(Kornhardt)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MACER carm. frg. 12 quales aget intubus -as (*cf.* PLIN. nat. 22, 132 *sesima inhibet vomitiones.* eadem efficit et dum in -a est). OV. am. 3, 7, 31 carmine laesa Ceres sterilem vanescit in -am (*cf.* fast. 3, 854 seminibus tostis [*cf. infra l. 15*] ... fraude novercae sustulerat nullas ...-a comas). epist. 16, 263 nimium properas et adhuc tua messis in -a est (met. 8, 290 crescentes segetes proculcat in -a. PERS. 6, 26 occa, et seges altera in -a est. PLIN. nat. 18, 52 frumenta hieme in -a sunt, verno tempore fastigantur in stipulam. 18, 152. 186. 33, 89. *cf. etiam p. 2622, 80. supra l. 2. infra l. 20*). rem. 84. met. 15, 202 -a nitens et roboris expers turget et insolida est (*cf.* fast. 1, 680). fast. 1, 154 prodit ... in summum seminis -a solum (*sim.*: 3, 240. 4, 127 *vere* -ae rupta tellure cacumina tollunt. trist. 3, 12, 11. PLIN. nat. 18, 51 ex hordeo alterum caput grani in radicem exit, alterum in -am). fast. 4, 911 aspera Robigo, parcas Cerialibus -is (*cf.* COLVM. 10, 342 mala Rubigo viridis ne torreat [*cf. supra l. 4*] -as). LIV. 23, 48, 1 altae in segetibus -ae pabulum praebere poterant. SEN. epist. 121, 15 *alia est* -a quae in segetem frugemque ventura est, ... tenera et vix eminens sulco, *alia* ... cum convaluit et molli ... culmo, sed quo ferat onus suum, constitit, ... *alia* cum flavescit et ... spica eius induruit. 124, 11 *triticum* in -a lactente (*cf.* NEMES. cyn. 291). LVCAN. 7, 851. PLIN. nat. 16, 98 *gemina germinatio* magis in -is segetum evenit. TAC. hist. 5, 7. VVLG. Matth. 13, 26 (*gr.* χόρτος. Marc. 4, 28). EVSTATH. Bas. hex. 5, 1 p. 909^{C} primum est in generatione nascentium germinatio, deinde, cum paulisper emerserit, -a fit, et cum creverit, pabulum habetur. eadem ... pubescens articulatur et ita usque ad ... maturitatem seminis coalescit ([*gr. p. 96*^{4} βοτάνη]. *sim. [cf. etiam p. 2615, 29]: ibid.* 2 p. 910^{D} [*gr. p. 97*^{4} χλόη]). ISID. orig. 17, 3, 14 GLOSS. III 265, 28.

deriv.: herbaceus (herbacium), herbago, herbanus, herbarius, herbaticus, herbesco (obherbesco), herbeus, herbidus (herbido), herbilis, herbitum, herbo (herbans), herbosus, herbula, herbuscula. *comp.*: herbifer, herbigradus, herbipotens; exherbo. *Kornhardt.*

herbacanthus, -ī *m.* [*ex gr.* ἑρπάχανθα *priore membro ad v. q. e.* herba *assimilato. J. B. H.*] *i. q. acanthus* (*v. vol. I 248, 2 sqq.*): SERV. Aen. 1, 649 *acanthus* genus virgulti flexuosum, quod vulgo -um (*sic L*, -achanthum *B*, -achantum *HM*) dicunt, in cuius imitationem arte vestis ornatur. PASS. coron. 3 p. 328, 26 W. coeperunt cavare concas ex lapide porphyretico cum sigillis et herbacantis (*sic codd. 3. 4* [erb-], harbacantis *codd. 1. 2*, herba canitas *Bern.*, herba acantu *B*). 4 p. 330, 1 W. conca ... cum malis et herbacantis (harb- *codd. 1. 2*, herbacantaris *Bern.*; herba ac cantaris [*cf. 2 p. 327, 5* concas et lacus cum sigillis et cantaris] *Petschenig, SB Wien 97, 1880, 770*).

herbāceus, -a, -um. [*ab* herba, *cf.* rosaceus *sim. J. B. H.*] *scrib.* -cius: *l. 48. 62. nonnisi ap.* PLIN. nat.

1 *i. q. herbae similis*: **a** *i. q. herbae colorem habens* (*cf.* herbidus *p. 2625, 16*; herbosus *p. 2626, 34*): PLIN. nat. 12, 48 secunda bonitas pallido *amomo*; -um (-atium *var. l.*) peius, pessimumque candidum (*sic de herbis, floribus sim.*: 19, 110. 20, 14. 21, 25. 128. 26, 55). 20, 6 *elaterium* pallidum ... -o ... melius. 33, 90 *chrysocollam* attritam, quam et -am vocant. -us color (*excepto loco l. 54 allato non legitur nisi gen. sing.*): PLIN. nat. 20, 134 -i ... coloris foliis (*sic de herbis sim.*: 26, 58. 27, 92. 122. 124. 125). 37, 156 chloritis -i coloris est (*sic de lapidibus*: 37, 191 colos appellavit drosolithum -us). **b** *de statu*: PLIN. nat. 16, 149 helicis plura genera reperiuntur ...: -a ac virens (*cf. Theophr. hist. plant. 3, 18, 8* χλοερὰ καὶ ποιώδης) ..., altera candido folio, tertia versicolori (*sic de hederae genere* [*cf. s.* helix *2 b*]: 149. 150).

2 *i. q. herbae proprius (l. 60) vel ex herba confectus* (*l. 62*): PLIN. nat. 19, 125 *lactucae* folium ... paulo maius -o (*sc. folio*) et angustissimum. 23, 95 Selgiticum *oleum* nervis utile esse diximus, sicut -um (-ium *Vd*, -eum *E*) quoque (*cf. 15, 31*).

herbācium, (-ī) *n.* [*neutr. subst. adi.* herbaceus (*fort. sec. gr.* χλωρόν *vel* χλοερόν, *sc.* πότισμα) *esse videtur. J. B. H.*] erb-: *l. 69. nomen potionis medicatae (l. 66) vel collyrii* (*l. 68 sq.*): PELAGON. 375 item alia potio, -um (*Hippiatr. I 397, 7* προπότισμα ἐπὶ χλόης. *cf. Ihm p. 187*). *in signaculis ocularium*: CIL XIII 10021, 78 Gentiani -um ad clarit(atem). *ibid.* (*in planitie sup. litteris malis incisum*) erbac 10021, 142 Natalini Victorini herbaci(um). *cf.* herbidum (*collyrium*).

herbāgo *f. ab* herba *ad exemplum vocis* plantago. *nomen herbae* (*i. q.* ποταμογείτων): Ps. DIOSC. Vind. 4, 100 p. 256, 18 ποταμογείτων ἕτερος: ... οἱ δὲ πλαντάγω (πλαντάγονις *N*), οἱ δὲ ἑρβάγω (πλαντάγινις ἑρβάγω *dubitanter Wellmann*).

herbāns *v.* herbo.

herbānus, -a, -um. *ab* herba. *qui herbis pascit r, herbaticus* (*in enumerandis bestiis. cf.* herbarius [*p. 2624, 33*], herbaticus). *nonnisi subst.* herbanae, -arum *f.* (*sc. ferae vel bestiae. an* -i, -orum *m. [sc. feri; v. l. 81]?*): CIL X 6012 (Dessau 5062. *a. 249*) *gladiatorum* paria tria cum ursis ⌊et⌋ (II *lapis*) herban(is). *ibid.* herban(as) univers(as) in dies sing(ulos) occidit ⌊quaternos⌋ (*errore lapidarii pro* -nas*?*). *ad rem v. Friedländer, Sittengesch. IV*^{9} *271.*

herbārius, -a, -um. *ab* herba. erb-: *p. 2624, 20 (in tit.). p. 2624, 31.* NOT. Tir. 104, 27. GLOSS. βοτανικός.

1 *i. q. ad herbarum scientiam pertinens*: **a** *masc.* -us: *i. q. medicus herbarum peritus* (*cf.* DIOM. gramm. I 326, 14 omnis ... appellatio primae positionis a littera terminata casu nominativo acceptis syllabis 'ri' et 'rus' significat eum, qui eam rem aut praestat aut vendit ..., veluti ... herba '-ius'. *app.* medicus: *l. 10*): PLIN. nat. 20, 191 Dalion (*cf. Wellmann, RE IV 2022, 13*) -us parturientibus ex eo *aneso* cataplasma imposuit. 21, 144 scelus -orum aperietur (26, 24). 22, 147 nostri, qui nunc sunt, -ii (25, 174 n. -ii strumum eam *herbam* vocant. 27, 67). 27, 117. FIRM. math. 3, 3, 11 in terrenis *signis* ... -os faciet *Iuppiter* (3, 9, 2 -os, medicos et per quos hominibus sanitas comparetur. 8, 13, 3 qui herbas ... ad medelas laborantium pecorum servent). **b** *fem.* -a: *subst.* (*i. ars* -*a*): PLIN. nat. 7, 196 volunt repertam ... -am et medicamentariam a Chirone. *adi.* (ars -a): SCHOL. Stat. Theb. 3, 453 Melampus -ae artis peritissimus fuit. **c** *neutr.* -um: *i. q. liber in quo herbae notantur, depinguntur, describuntur*: CASSIOD. inst. div. 31 p. 1146^{D} habetis -um Dioscoridis qui herbas agrorum ... disseruit atque depinxit. ISID. orig. 4, 10, 4 botanicum -um (*sic cod. C*, herbarum *cett.* [*Lindsay*]) dicitur quod ibi herbae notentur.

2 CIL III 3498 (= Dessau 3560) Silvano erbario Septimia Constantina v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito). *'dem Schützer des Gartens' vertit Klotz, RE III (A) 121, 31; v. et Peter, Roscher s. v. 'Silvanus' p. 852.*

3 REG. urb. p. 13, 2 (= CVRIOS. urb. reg. 8 p. 12, 2) elephantum -um. *cum foro holitorio (cf. p. 2622, 17) conectit post alios Armini, Eranos 23, 1925, 129 sqq. ('elephantum ob mercaturam herbarum -um cognominatum opinor ut Apollinem sandaliarium, Herculem olivarium' p. 135); de explicat. priorum v. Armini l. c.*

4 *subst.* **herbāria,** -ae *f.* (*sc. res?*). *i. q. pabulum,* βοτάνη: CHIRON 503 observandum erit, ut quodcumque iumentum potionabitur, deduci ei et de -a (erb- *trad.*) debebit. 526 ad -am non accedit *iumentum aegrum.*

5 *subst.* **herbāriae,** -ārum *f. (sc. ferae vel bestiae). i. q. animalia herbis pascentia, herbatica* (*in enumerandis bestiis. cf.* herbanus, herbaticus): CIL VI 10209 p(rae)p(ositus) -arum (*cf. Hirschfeld, Die kaiserl. Verwaltungsbeamten*^{2} *288*). X 7295 ⟨omni⟩ genere -arum. INSCR. Dessau 5063^{a} feris n(umero) IIII, ursis XVI, noxeis IIII et ceteris -is. *ad rem v. Friedländer, Sittengesch. IV*^{9} *271.*

herbāticus, -a, -um. [*ab* herba, *cf.* aquaticus *sim.; v. Stolz-Leumann 230. J. B. H.*] GLOSS. βοτανικός. *qui herbis pascitur, herbanus* (*in enumerandis bestiis. cf.* herbanus, herbarius [*supra l. 33*]): SOL. 27, 27 inter ea, quae dicunt -a (*sc. animalia*), eadem Africa onagros habet. *agitantur in venationibus* (*cf. Friedländer, Sittengesch. IV*^{9} *271*): VOPISC. Prob. 19, 4 damae, ibices, oves ferae et cetera -a animalia. CIL VIII 7969 (Dessau 399) venat(ionem) vari gen(eris) dentatar(um) ferar(um) et mansuet(arum), item herbat(icarum).

herbēsco, -ere. [*ab* herba, *cf.* viresco *sim. J. B. H.*] DIOM. gramm. I 344, 17 ex appellationibus ... sic: ... ex herba '-it' (CHAR. gramm. p. 330, 24 B.). *i. q. herbam (cf. s.* herba *II) fieri*: CIC. Cato 51 *terra* elicit -entem ex eo *semine* viriditatem (AMBR. hex. 3, 8, 34 p. 81, 24). AVG. civ. 5, 7 p. 200, 28 D. multa grana ... simul germinant, exorta segete simul -unt, pubescunt, flavescunt. *de campis fere i. q. herbis vestiri, virescere* (*cf.* BEDA gramm. VII 274, 24 -it ager, cum herbam generat): AMM. 31, 2, 19 ibi campi semper -unt (AMBR. hex. 3, 9, 42 p. 87, 12 primo germinare, deinde -ere). *comp.*: obherbesco.

***?herbētum** v.* herbitum.

herbeus, -a, -um. *ab* herba. *i. q. herbaceus* (*q. v. sub 1 a*): PLAVT. Curc. 231 (*cf. 232* de colore non queo novisse) quis hic est homo cum ... oculis -is?

herbido, -āre. [*ab* herbidus. *J. B. H.*] *i. q. herbaceum (s. 1 a), herbidum (s. 2 a) reddere*: MART. CAP. 1, 75 qui lapides coloribus suis terras ... -bant.

***herbidus,** -a, -um. [*ab* herba, *cf.* floridus; *v. Leumann, Die lat. Adj. auf -lis 68. J. B. H.*] CASSIOD. gramm. *de aspirat.: v. p. 2625, 52.* PRISC. gramm. II 137, 13 haec ... in '-dus' supra dictae formae nomina demonstrant habere ea in se, ex quibus derivantur, ut '-us', qui habet herbas. GRAMM. suppl. 68, 3 alia in '-idus' *desinunt* ... ut herba '-us'. NOT. Tir. *v. p. 2625, 67. plur.* -a *pro subst.: p. 2625, 24. de notione: v. l. 76 sqq. p. 2625, 16 sqq. inde a* VARRONE. [*e coni.*: CALP. ecl. 4, 3 iuvat -a (*sic Schenkl* [*cf. p. 2625, 11*]; algida *Baehrens*; humida *codd., Giarratano*) ... ripa ...? *dub. interpr.*: ALC. AVIT. hom. 22 p. 141, 1 demerso in quoddam -um clavo *crucis dominicae* (*cf. Peiper ad l.*).]

1 *de campis, agris, montibus sim. (speciatim de segetibus: p. 2625, 7): i. q. herbis plenus, herbis vestitus, herbosus sim.* (AGROEC. gramm. VII 123, 5 [= BEDA gramm. VII 274, 15] -um locum [*cf. p. 2625, 1*] ... in quo herba est ..., herbosum qui herbam facile generat [*sim.*: ISID. diff. 1, 287 diff. app. 134. *cf.* DIFF. ed. Beck p. 62, 1]. GLOSS.^{L} V Aa H 98 -us locus: in quo herbae sunt [*?* II Abav. HE 3 *p. 2625, 64*]. GLOSS. -um [*scrib.* -bed-, herv-]: herbosum. *v. etiam supra l. 68*): VARRO rust. 2, 1, 16 pascas ... capras in montuosis potius locis [quam] fru[c]ticibus quam in -is campis (LIV. 9, 2, 7 *app.* aquosus. CVRT. 6, 6, 24. COLVM. 6, 27, 3 *app.* laetis). OV. met. 8,

[H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

282 Epirus. LIV. 1, 7, 4 Herculem ... memorant ... loco -o, ut ... pabulo laeto reficeret boves, ... procubuisse (PLIN. nat. 18, 164 [*at Cato agr. 35, 1* herbosus]). 23, 19, 14 quidquid herbi⟨di⟩ terreni ... erat (*cf.* TAC. ann. 15, 5 vis locustarum ambederat quidquid -um aut frondosum). 29, 31, 9 *mons* (*app.* aquosus. COLVM. 2, 2, 1). SEN. epist. 79, 3 regio (*app.* laeta). COLVM. 1, 6, 22 ut ... graminum semina intereant nec in agrum exportata segetes -as (*i. herbis permixtas*) reddant. 8, 11, 3 ager (*app.* silvestris. 8, 14, 2 *app.* palustris). *al.* PLIN. nat. 18, 164 aquoso -oque (*aliter Cato agr. 35, 1* herbosis locis) *solo* (TAC. hist. 5, 3). SIL. 16, 42 pondera (*i. caespes*). CYPR. GALL. Ios. 418 vallis (*app.* laeta). AMM. 14, 3, 4 ripas. *et al.* (*in imagine*: PHOC. carm. de Verg. 51 terra ... -a supposuit puero fulmenta virescens. RVFIN. Basil. hom. 2, 6 p. 1741[D] thori). *accedit abl.*: PLIN. epist. 8, 20, 5 innatant insulae, -ae omnes harundine et iunco. CYPR. GALL. num. 773 gramine multo -a *tellus*.

2 *i. q. herbae similis*: **a** *respicitur color* (GLOSS.[L] IV Ps. Plac: H 10 [*ad Plaut. Curc. 231 p. 2624, 59 refert Lindsay*] -is [-us *var. l.*]: herbae colore, id est luridis [viridis *var. l.*]. *cf.* herbaceus *p. 2623, 46*, herbosus *p. 2626, 34*): PLIN. nat. 12, 56 folio *arboris* ... -i coloris (13, 60 pomum ... colore -o [16, 88]). TIBERIAN. carm. 1, 2 amnis ... flore pictus -o (PRVD. psych. 863 lux. CLAVD. 5, 109 velamina [MART. CAP. 1, 71 palla]. SIDON. epist. 2, 10, 4 vers. 14 crusta *marmoris*. ENNOD. carm. 1, 7, 50 coronam. 2, 10, 3). **b** *spectatur status* (*pro subst.*: TERT.): TERT. pall. 3 p. 929, 8 Oe. lini -a (*i. partes herbidae; cf. p. 2616, 21*) post virorem lavacro nivescunt. SOL. 27, 48 virgulto *laserpicii* -o magis quam arbusto. LACT. ira 13, 4 sol ... facit, ut ... -ae fruges maturitate durentur. AVG. civ. 4, 8 p. 155, 27 D. (*cf. s.* herba *II*) quamdiu seges ab initiis -is usque ad aristas aridas perveniret.

3 *i. q. ex herbis factus, ex herbis constans sim.*: *de cibo*: PLIN. nat. 24, 28 lactis -os per montium aestiva potūs (*i. lactis ex herbis recentibus geniti* [*cf. 25, 94*]). TERT. ieiun. 4 p. 278, 7 *deus* in primordio ... -um solummodo et arbor⟨e⟩um homini pabulum addixerat. *de tecto*: SYMM. or. 2, 14 *regionem* virgeis domibus et tectis -is indecoram.

collyrium: CIL XIII 10021, 108 Titi Iuli Victoris lene herbidum. *cf.* herbacium.

deriv.: herbido.

herbifer, -a, -um. [*ab* herba *et* ferre, *cf. gr. ποηφόρος. J. B. H.*] *i. q. herbas* (*magicas: l. 41; medicas*: PLIN.) *ferens*: OV. met. 14, 9 -os adiit colles atque atria Glaucus ... Circes. fast. 4, 468 praeterit *Ceres* ... ripas, -r Aci, tuas. PLIN. nat. 25, 94 -um esse ... Pelium montem ... tradunt.

herbigradus, -a, -um. [*ab* herba *et* gradi. *J. B. H.*] *qui per herbas ingreditur*: CIC. (?) carm. frg. 38 M. (Cic. div. 2, 133 cocleam) terrigenam, -am, domiportam, sanguine cassam (*cf. Morel ad l. et Marx ad Lucil. 1377*).

herbilia *v.* ervilia.

herbilis, -e. [*ab* herba, *cf. Leumann, Adj. auf -lis 68. J. B. H.*] *de aspiratione*: CASSIOD. (*ex Eutyche*) gramm. VII 201, 24 'e' vocalis 'r' sequente leviter effertur ..., nisi post 'r' 'b' sequatur ...: tunc ... graviter enuntiatur, ut 'herba', 'herbidus', '-is', 'herbosus'. *i. q. herba pastus* (*cf. l. 54*): LVCIL. 1106 anseris -is virus (*cf.* PAVL. FEST. p. 100 -is anser herba pastus, qui gracilior est quam frumento altus).

herbipotēns, (-entis) *adi.* *ab* herba *et* potens. *fere i. q. herbarum peritus*: BOETH. cons. 4 carm. 3, 9 (*nota enall.*) -s manus *Circes*.

[**herbitōsus** *v. l. 77.*]

herbitum, (-ī) *n.* [*ab* herba; *cf. Sofer, Lat. u. Roman. aus ... Isid. p. 8. J. B. H.*] -tium: *infra l. 66*. ISID. orig. 17, 7, 55 -um (erbutum *K*, erbitum *DT* [*non C*]) vocaverunt pastores eo quod vice herbae praebeatur pecoribus, ubi pascua desunt ('*Kräuterwerk*' *vertit post alios Sofer l. c.*). GLOSS.[L] II Abav. HE 3 -um (-bēt-*?*, *cf. et p. 2624, 81; fort.* herbidus, *v. p. 2624, 80*): locus in quo herbae sunt (*inde*: GLOSS. V 601, 9 herbitium: l. i. q. h. nascuntur). NOT. Tir. 94, 63[a]. 104, 28 (-bidum *var. l., Schmitz* [*Comm. p. 89*]).

herbo, -āre. [*ab* herba *sec.* gemmare *ut vid. J. B. H.*] *non-nisi part. praes.* *i. q. herbas emittere, virere*: APVL. met. 7, 15 pratis -antibus.

herbola *v.* herbula. *H. H.*

✱**herbōsus,** -a, -um. *ab* herba. GRAMM. suppl. 68, 6 alia in '-osus' desinunt, ut ... herba '-us'. *de scriptura* (*de aspirat. v. supra l. 52*): erb- *e. gr. infra l. 84. p. 2626, 3. 31*; herv- DIOSC. 4, 168. CASSIOD. (*ex Papiriano*) gramm. VII 160, 13 formosus sine 'n' ... scribendum est, ut ... '-us'. *superl.*: -issimus *p. 2626, 26*; maxime -us *p. 2626, 15*. NOT. Tir. 93, 63[b]. 104, 29 (herbitosum *K*). *de notione: de differentia inter* -um *et* herbidum *v. p. 2624, 78*. GLOSS. *χλοώδης*. *legitur inde a* CATONE, VARRONE, VERG. [*vul.* ierbos, *it.* erboso, *francog.* herbeux, *hisp.* herboso. *M.-L.*]

1 *i. q. herbis abundans, herbis uberrimus*: **a** *generaliter* (*de agro, terra, flumine sim. c. ablativo: p. 2626, 11. apponitur* pinguis: *p. 2626, 11. 14. 20 bis. neutr. pl. pro subst.: p. 2626, 22*): CATO agr. 34, 2 quae loca sicca et non -a (erb- *PAc*) erunt (35, 1 *bis* [*cf. etiam p. 2625, 3. 9*]. APVL. met. 5, 1 Psyche teneris et -is locis ... recubans. PALLAD. 2, 9, 1. DIOSC. 3, 148 p. 436, 24 *antilios* nascitur locis -is [*scrib.* erb- *exc. Bern.*] et solanis). VARRO rust. 1, 6, 5 prata ... -a. VERG. georg. 2, 199 flumine (*cf.* PROP. 1, 3, 6 in -o ... Apidano. SIDON. epist. 2, 2, 18 lacus). HOR. carm. 3, 18, 9 ludit -o pecus ... campo (CORIPP. Iust. 4, 30 per -os errant examina c.). TIB. 2, 5, 25 pascebant -a Palatia vaccae (*cf. p. 2621, 14*). PROP. 4, 11, 8 ubi portitor *Charon* aera recepit, obserat -os (umbrosos *var. lect.*) lurida porta rogos (*i. tumulum*; locos *coni. Markland*). OV. met. 2, 689 -a ... pascua Nelei. 10, 128 terra (AMBR. hex. 1, 8, 28 p. 27, 9 toris -a riparum. HEGES. 3, 6, 2 p. 195, 18 t. pinguis, -a [*gr. 3, 42 ἐὔβοτος*]). met. 14, 445 aggere. 15, 574 e caespite factas ... -as ... aras. fast. 1, 423 humo. hal. 118 harena (AVSON. Mos. 85). PLIN. nat. 18, 146 umidum solum -umve (18, 175 pingue -umque. *al.* AVIEN. ora 231 regio ... maxime -o solo est. CLAVD. DON. Aen. 6, 192 p. 535, 2). 33, 77 caespite (EVG. TOLET. carm. 33, 7 *al.*). IVV. 3, 173 dierum festorum -o colitur ... theatro maiestas ([*Schol. ad l.* quoniam post longum tempus celebrantur ludi. *cf. et Friedländer ad l.*]. *sim.*: SIDON. epist. 7, 6, 8 *armenta* -a ... altarium latera depasci). PALLAD. 6, 3, 1 pingues agri et -i (SERV. georg. 1, 43 pinguem et -um. CORIPP. Iust. 4, 199). *et al.* (*nota de gramine*: CYPR. GALL. gen. 1119 *Iosepus* servabat ... -o in gramine fetas). *neutr. pl. pro subst.* (*cf. infra l. 28*): PLIN. nat. 26, 72 nascitur in montosis asperis, aliquando et -is (et in -is *a*). DRAC. Romul. 8, 33 fuerant -a tribunal *Paridis*. **b** *singularia* (*i. q. multis herbis permixtus*): CATO agr. 54, 2 cum stramenta condes, quae -issima erunt, in tecto condito ...; ea pro faeno dato. OV. fast. 4, 367 -um ... moretum.

2 *i. q. herbae similis* (*n. pl. pro subst.* [*cf. supra l. 23*]: SEN. nat.): SEN. nat. 5, 5, 2 muscum ... innasci aquis et -a quaedam videmus summo innatantia. DIOSC. 4, 168 p. 84, 10 *chamaecacte* brevior est et -a ([erb- *P*]. *gr. 4, 173, 2 p. 323, 2 βοτανωδεστέρα*). EVSTATH. Bas. hex. 5, 1 p. 909[C] (*cf. p. 2622, 57*) -a viridisque species omnibus *plantis nascentibus* est communis (*gr. p. 96[A] τὸ χλοερὸν καὶ ποάζον*). *spectatur color* (*i. q. viridis*): AVIEN. orb. terr. 1324 *pars Indorum* -i lapidis venas fodit. MART. CAP. 1, 66 calceos ... smaragdinae fluctu viriditatis -os. SIDON. carm. 5, 39 marmoris -i (22, 139 -is ... vernant marmora venis).

3 *i. q. constans ex herbis*: EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962[B] leonis ... et similium ferarum, quibus -a non sunt alimenta (*gr p. 200[C] οὐκ ἐκ τῆς πόας ... ἡ τροφή*).

herbula, -ae *f.* *ab* herba *deminutive*. *scribitur* -bol-: GREG. TVR. *infra l. 59 sqq.* *de forma*: DIOM. gramm. I 326, 21. [*e coni.*: PETRON. 88, 3 *Buech.*] *i. q. herba parva, vilis (v. l. 47. 56), nonnumquam grata (v. l. 48. 53) sim.*: CIC. nat. deor. 2, 127 *cervae* perpurgant se quadam -a (*cf.* herba *Plin. nat. 8, 112*), quae seselis dicitur (*sic de medicinalibus*: APVL. met. 2, 28. 3, 23 quam parvis quamque futtilibus tanta res procuretur -is [herc- *trad.*]). SEN. dial. 7, 9, 2 in arvo ... aliqui flores internascuntur, non tamen huic -ae, quamvis delectet oculos, tantum operis insumptum est. QVINT. inst. 1, 3, 5 quae summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt et imitatae spicas -ae inanibus aristis ante messem flavescunt. VLP. dig. 32, 55, 5 *lignorum appellatione in Aegypto* et -ae quaedam vel spinae ... continebuntur. APVL. met. 3, 29 praeter ceteras gratas -as rosae ... florebant (*sim.* 4, 2). 10, 30 *capellae* tondebant -as. PS. AVG. comm. 3 p. 980, 19 *in* cucumeribus ... et porris et quibuscumque vilissimis -is (herbis *S*) *eqs.* (*sim. de herbis, quarum usus in culina*: PALLAD. hist. mon. I 19 p. 298[B] -as ... conditas, quas lapsanas vocant. DIONYS. EXIG. vita Pachom. 43 p. 260[D] parvas escas, id est olivas et -as). GREG. TVR. Franc. 7, 12 p. 297, 18 -ae (-bol- *B 2, C 1*) ... collectae altarioque *ornandi gratia* locatae. 9, 6 p. 363, 8 resperso *pavimento* ... -is (-bol- *codd. praeter A 1, D 5*) odoratis. vit. patr. 6, 7 p. 686, 20 (-bol- *codd.*).

herbulum, -ī *n.* [*orig. inc., nisi est demin. ab* herba (*neutr. sec.* serpyllum*?*) *vel ab* ervum. *J. B. H.*] *scribitur* herv-: ANON. *nomen herbae* (*cf. Stadler, RE VI 449, 28*): ANON. med. ed. Piechotta 98 ad splenem -um decoces. PS. DIOSC. Vind. 4, 96 p. 254, 14 *ἡρυγέρων, ... Ῥωμαῖοι ἑρβουλουμ* (*-λον N*), *οἱ δὲ σενεκίων*.

herbum *v.* ervum.

herburgius, -ī *m.* *de etym. et re v. Geffcken, Lex Sal. p. 231 sq.* *maledictum*: LEX Sal. 64 tit. de -um (*cf. app. crit.*). 64, 1 si quis alterum -um (*cf. app. crit.*) clamaverit, h. e. strioporcium aut illum qui hineo (*sc. aeneum*) portare dicitur, ubi strias coccinant, ... culpabilis iudicetur.

herbus *v.* ervum.

herbuscula, -ae *f.* [*ab* herba, *cf.* arbuscula *sim. J. B. H.*] *i. q. herba parva, herbula*: MART. CAP. 2, 100 dum flores ..., decerperet praeelectis quibusdam -is *Philologia*. *Kornhardt.*

hercantilla *f.* *nomen herbae*: MISC. Tir. p. 65, 21 ad gutta frenitica herba panalea et agrimonia et -a cum piper bibere facias (*cf. adn.*). 65, 23 herba agrimonia et -a. *cf.* GLOSS. apiata (app-): argentilla, ercentilla, arcantilla, erceltella.

hercēus *v. Onom.* **hercinia** (*nomen avis*) *v. Onom.* Hercynius.

hercīsco (hercīscundus) *v.* erc-. **hercīus** *v. Onom.*

herclānia (*nomen herbae*) *v. Onom.* **hercle** *v. Onom.* Hercules. *[H. H.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

herctum *v.* erc-. **hercul-** *v. Onom.* **here** *v.* heri.

hereceddy. BOETH. herm. sec. 1, 2 p. 59, 23 sqq. nomen ... per se nihil designat, ut cum dicimus 'scindapsos' vel 'hereceddy' (-cethi *T*). haec per se nihil ... significant, sed si ad subiectae alicuius rei significationem ponantur, ut dicatur vel 'homo scindapsos' vel 'lapis hereceddy' (-ceddin *SF*, -cethin *T*, -ceddyn *E*), tunc hoc ... positione et secundum ponentis quoddam placitum designabit.

hērēdēs *v.* heres. *H. H.*

gestern'): *α sine negatione:* Ⓘ *de cibo integro reservato:* PLAVT. Persa 77 (*loq. parasitus*) nunc huc intro ibo, visam -as reliquias. TER. Eun. 939 quo pacto ex iure (*cf. l. 14*) -o panem atrum vorent *meretrices* (*cf. Don.*: ex antiquitate mucidum). HOR. sat. 2, 6, 105 ubi ... multa ... de magna superessent fercula cena, quae procul exstructis inerant -a canistris. CELS. 1, 3, 24 pane -o. IVV. 9, 44 -ae occurrere cenae. 14, 129 -um solitus ... servare minutal *avarus.* *inde fere i. q. immundus, profanus* (*sec. legem Iudaicam monentem, ne quid -i cibi relinquatur, v. exod. 12, 10*): ITALA Ezech. 4, 14 (Rufin. Orig. in lev. 5, 8 p. 348, 20) neque caro -a introivit in os meum (ἔωλον, *Vulg.* immunda, *hebr.* פִּגּוּל. *quid sit* caro -a, *Rufinus l. c. fusius explicat, nota* p. 348, 25 -is, id est veteribus, carnibus. *cf. infra l. 67*). HIER. in Is. 65, 4/5 p. 633[A] (*ad Vulg. Is. 65, 4* ius profanum) ius -um, quod Graeci vocant ἔωλον, avidis faucibus devorabant *Israelitae.* Ⓘⓘ *de cibo heri consumpto, quem stomachus non concoxit* (*acc. neutr. pro adv.: infra l. 30*): VERG. ecl. 6, 15 *Silenum* inflatum -o venas ... Iaccho (NEMES. ecl. 3, 62 [ext- *G*]. *cf.* PAVL. FEST. p. 75 -o [*dett.*, ext- *codd.*] vino languentem, quod ἔωλον vocitant Graeci [MART. 1, 87, 1 SCHOL. Pers. 3 praef. PAVL. NOL. epist. 22, 2 p. 156, 6 nec -o inflati vino, sed hodierno abstemii]. MART. 1, 28, 1 mero [IVST. 24, 8, 1]). COLVM. 8, 5, 17 ne quid -i (*cibi*) habeant in gutture *pulli.* PLIN. paneg. 63, 3 -a ... cena redundantes (*cf.* SIDON. epist. 3, 13, 6 esculenta ructatio de dapibus -is. *an ad p. 2668, 41 sqq.?*). *transl. de crapula:* SEN. dial. 10, 14, 4 -a (*dett., vulg.*, ext- *A*) crapula semisomnes (epist. 122, 2 oculos -a graves crapula. *in imag.:* AVG. vera relig. 3, 5 quid adhuc oscitamus crapulam -am [*i.* '*errorem veterem*'] et in mortuis pecudibus divina eloquia perscrutamur *eqs.*?). *inde audacius usurpatur acc. n.* hesternum *pro adv.:* PERS. 3, 59 stertis adhuc laxumque caput ... oscitat -um dissutis undique mālis? ('*oscitat propter -am crapulam*' *Némethy coll.* AVG. *l. 27*). Ⓘⓘⓘ *de floribus:* PROP. 2, 34, 59 me iuvet -is (ext- NF^2, et- *LF*, aeternum *DV*) positum languere corollis (*cf.* MART. 9, 61, 17 -is ... coronis). OV. am. 3, 7, 66 *membra* -a languidiora rosa. Ⓘⓥ *de crinibus incultis:* PROP. 1, 15, 5 potes -os (est- V^1, ext- *DF*) manibus componere crines. OV. ars 3, 154 (*praedicative*) neglecta decet multas coma: saepe, iacere -am credas, illa repexa modost.

β c. negat. i. q. '*novus*': MART. 2, 29, 7 (*describ. homo elegans*) non -a sedet lunatā lingula plantā, coccina non laesum pingit aluta pedem.

b *c. notione novitatis i. q.* '*ex -o demum die existens*' (*cf. infra l. 52 sqq.*): PERS. 3, 106 illum (*mortuum*) -i (ext- *var. l.*) capite induto (*i.* '*pilleati*') subiere Quirites (*Schol.*: a defuncto pridie manumissi, id est liberti et cives Romani facti).

II ***sensu iatiore:*** *spectat ad tempus nuper praeterlapsum:* **A** *de temporibus* (*de anno proximo: l. 51*): AVG. civ. 7, 26 p. 307, 11 D. de mollibus ... Matri Magnae ... consecratis, qui usque in -um diem ... per plateas vicosque Karthaginis etiam a propolis unde turpiter viverent exigebant, nihil Varro dicere voluit. VIRG. gramm. epit. 14 p. 82, 22 memini esse me ... -o (hist- *cod.*) rogatum anno (epist. 7 p. 175, 11 [est- *cod.*]).

B *de variis:* **1** *i. q. novus, recens:* **a** *de re:* TERT. nat. 1, 14 p. 84, 19 in tota civitate Onocoetes praedicatur. sed et hoc tam⟨etsi⟩ -um et auctoritate temporis destitutum ... libenter excipiam studio retorquendi (*cf. p. 84, 11* nuper *et v. apol. 16, 12*). **b** *de hominibus* (*cf. supra l. 42*): TERT. apol. 37, 4 *Christiani* -i (ext- *var. l.*) sumus, et orbem iam ... implevimus *eqs.* (VVLG. Iob 8, 9 interroga ... generationem pristinam et ... investiga patrum memoriam: -i [חְמוֹל] quippe sumus et ignoramus). adv. Prax. 2 p. 229, 16 hanc regulam ab initio evangelii decucurrisse, etiam ante priores quosque haereticos, nedum ante Praxean -um, probabit tam ipsa posteritas omnium haereticorum quam ipsa novellitas Praxeae -i. AVG. c. Cresc. 3, 46, 50 p. 457, 23 -o contra stante tirone *Possidio* (*opp.* doctissima annositas *Crispini*). **2** *in allegoria i. q. vetus* (*cf. imaginem supra l. 27*): RVFIN. Orig. in lev. 5, 8 p. 349, 2 (*de* '*carne -a*', *v. supra l. 10*) commonentur *sacerdotes*, ut, cum proferre ad populum sermonem coeperint, non '-a' (*n. pl. pro subst., cf. p. 2668, 63*) proferant, non vetera ... proloquantur, sed ... nova semper proferant *eqs.*

subst. **hesterna,** -ae *f.* (*sc.* '*dies*'). ITALA exod. 21, 29 (Aug. loc. hept. 2, 103) ante -am (ext- *LS*) et nudiustertianam (πρὸ τῆς χθὲς καὶ πρὸ τῆς τρίτης, *Vulg.* ab heri et nudiustertius. *cf. l. 84. p. 2668, 3*). hesternā *adverbialiter i. q.* '*heri*': PS. ORIG. in Iob 2 p. 512[B] (*omnium dierum vitae ratio exigetur*) hoc ... ignorant plerique insipientium ..., qui admonentur festinare ad templum dei ... et ... excusationes inveniunt dicentes: -a manducavi, crastina manducem. CONC.[s] IV 2 p. 171, 32 confessi estis -a ... haereticum esse Eutychen *eqs.*

subst. **hesternum,** -ī *n.* NOT. Tir. 44, 82 -um. GLOSS. (ἐ)χθεσινόν -um. ἀπὸ χθὲς ex -o. *cf. p. 2667, 60. 65.* *i. q. -us dies:* SEN. epist. 24, 20 usque ad -um (aest- *L*, st- *P*), quicquid transīt temporis, perīt; hunc ipsum, quem agimus, diem cum morte dividimus. 83, 8 superest ex -o mihi cogitatio (*cf. supra l. 80*). CIL IV 5180 (*graphio scriptum*) in -um. AMBR. epist. 5, 2 qui ante -um et nudiustertius non fuerint inimici (*cf. p. 2668, 3 sqq. 2669, 71*). BOETH. cons. 5, 6, 5 W. nihil ... est in tempore constitutum, quod totum vitae suae spatium pariter possit amplecti, sed crastinum quidem nondum apprehendit, -um vero iam perdidit. '*nonnumquam* -us, -ī *m.* (*sc.* '*dies*') *subesse potest*' *Löfstedt (in plag.).*

adv. **hesternō.** EXPLAN. in Don. gramm. IV 558, 26 (*v. p. 2667, 58*). GLOSS.[L] I Ansil. ES 54 -o pridie, id est ante unum diem. [*falso trad.*: CIC. Vatin. 3 (die *suppl. edd. vett.*).]

i. q. heri: SISENNA Miles. frg. 2 (Roman. Char. gramm. p. 260, 22 B. '-o') te istuc (istic *Keil*) -o quaesisse (*Buech.*, -oq. hesisse *cod.*; -o quoque haesisse *Putschen*, -o quid h. *Keil*) oportuerat. AVSON. 74, 1 p. 342 P. Alcon -o (ext- *var. l.*) signum Iovis attigit (*opp.* hodie. *cf. Anth. Pal. XI 113, 1* ἐχθές). AMBR. epist. 22, 15 -o tractavi versiculum 'dies *eqs.*' (*opp.* hodie). PS. AMBR. sacr. 2, 1, 1. 5, 1, 1. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 80, 1 ea quae placebant hodie in aliquo, crastino ... displicebunt, et qui laudabatur -o (ext- *R*, est- *V*), culpabitur hodie. 4, 14, 3. Orig. in lev. 5, 8 p. 349, 4 (-a *E, om. AG; opp.* hodie). AVG. in euang. Ioh. 35, 9 serm. 4, 28, 30 PS. AVG. serm. ed. Mai 152, 2 SVLP. SEV. dial. 3, 1, 1 (-um *var. l.*). 3, 1, 5. 3, 2, 1. 3, 5, 2 (ext- *V*). 3, 5, 3. 3, 17, 3 MAX. TAVR. serm. 36 p. 605[B] (*bis*). BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 190, 14 CASSIOD. hist. 9, 14 p. 1130[C]. GREG. TVR. dorm. 8 p. 766, 20 K.-L. (-a, -a die *varr. ll.*). LAVRENT. Chan. p. 117[D] (*ter*).

Ehlers.

hestiātēris, *acc.* -ida, *abl.* -ide *f.*, *ἑστιατηρίς. hestiātoris (*ἑστιατορίς) *malunt post alios Liddell-Scott s. v.* *nomen herbae:* PLIN. nat. 1, 24, 102 -e (hesteriat-, hestitat-, besitiat- *codd.*) sive protomedia. 24, 165 -a (hestitat-, haestitat-, hesiti *codd.*) a convictu nominari in Perside, quoniam hilarentur illa, eandem protomediam, qua primatum apud reges obtineant.

hestiātoris *v.* hestiateris. **hestiernus** *v.* hesternus.

hēta *v.* eta. **hetaera** *v. Onom.*

hetaeria, -ae *f.*, ἑταιρία. *i. q. sodalicium, factio* (*ad rem v. e. gr. Liebenam, Zur Gesch. ... des röm. Vereinswesens 38 sq.*): TRAIAN. Plin. epist. 10, 34 (43), 1 (*antea* factionibus) quodcumque nomen ex quacumque causa dederimus iis, qui in idem contracti fuerint *-aeque brevi fient (f. -ae quae breves f. *Bodl., Ald.*; f., -ae eaeque brevi f. *temptavit Schuster*; f., -ae utique brevi f. *Brakman, Mnem. 53, 1925, 99; de coniect. priorum v. Merrill ad l., Liebenam l. c. 38 adn. 2*). PLIN. epist. 10, 96 (97), 7 edictum meum, quo secundum mandata tua -as esse vetueram.

NEP. Eum. 1, 6 praefuit ... alterae equitum alae, quae **hetaericē** appellabatur (*i.* ἑταιρική [*sc.* ἵππος]).

hetaerus, -ī *m.*, ἑταῖρος. *scrib.* eter- (INSCR.). [*e coni. dub.*: TERT. adv. Val. 8 p. 186, 20 (*v. s.* sterceia).]

i. q. sodalis: INSCR. christ. Diehl 4928 (*inter tit. Iud.*) Esidorus eterus. en irene quimesis (*i.* κοίμησις) su. *cum* κολληγα *ibid. 4929 confert Diehl (v. etiam Vogelstein-Rieger, Gesch. d. Juden in Rom I 47); de re non satis constat.*

heteroclitos, -on, ἑτερόκλιτος. *litt. gr.: infra l. 58. vol. V 1, 1571, 77.* *nonnisi sg.* -on, *pl.* -a.

t. t. gramm. ('*quod diversa ratione declinatur*'. *vertitur latine per* diversiclinis: PRISC. *vol. V l. c.* GLOSS. V 597, 35 diversiclinia: -a): CHAR. gramm. p. 40, 17 B. sunt quaedam nomina singulariter tantum monoptota quae pluralibus casibus naturalem declinationem admittunt et appellantur -a, velut '*gelu*' *eqs.* SERV. Aen. 12, 519 (*seq.* alterius declinationis). PRISC. gramm. II 229, 6 'hoc iter iteris' et 'hoc itiner itineris' ...: quae sunt nunc -a. II 357, 11. FRG. Bob. gramm. V 559, 30 'Iuppiter' cum sit ἑτερόκλιτον.

[**heterocopia** *v.* hater-.]

heterocrānia, -ae *f.* (PLIN., CASS. FEL.), ἑτεροκρανία *et* **heterocrānium,** -ī *n.* (MARCELL.), ἑτεροκράνιον (*an per retrogradam q. v. derivationem ab* heterocrania *formatum* [*v. Brender, Rückläuf. Ableit. 74*]*?*). *scribitur:* et-: MARCELL., CASS. FEL. (eth- *codd.*). -ogr-: PLIN. *codd. RV.* MARCELL. *codd. L* (*praeter* 2, 19) *et P.* NOT. Tir. -ea: PLIN. *cod. d.* NOT. Tir. 111, 81.

1 *i. q. dolor quo altera pars capitis afficitur* (*plur. praeter infra l. 71.* *appos.* hemicranium [*cf. infra l. 72*]: *infra l. 69*): PLIN. nat. 31, 99 ad -as ... *sal* cum sebo vitulino. MARCELL. med. 2, 14 -a sive hemicrania discutit haec compositio (2, 20). 2, 19 herba ... -a ... sedat. CASS. FEL. 1 p. 5, 8 dispari temporum dolori, nam Graeci -am vocant (*cf. 1 p. 2, 3*). **2** *i. q. altera pars capitis* (*nonnisi sing.* *appos.* hemicranium [*cf. supra l. 67*]: *infra l. 73*): MARCELL. med. 2 tit. ad omnes dolores hemicranii ⟨et⟩ -ii (2, 6). 2, 18 -ii molestias.

heterodoxos, -on, ἑτερόδοξος. *alienus a fide orthodoxa:* CONC.[s] I 5 p. 163, 27 *veritate* inluminati manifestam eius fidem -on (etrod- *trad.*) faciamus (*gr. I 1, 6 p. 142, 17* ἑτερόδοξον ... πίστιν).

heteromēcēs, -es, ἑτερομήκης. *litt. gr.: v. infra l. 82 et 84.* *t. t. geom. et math.* (*plur.*: BOETH.; *neutr. sg. pro subst.*: PS. CENS., MART. CAP. [*gr.*]): *de figura:* PS. CENS. frg. 7, 3 -es (et- *codd.*) quod angulos ⟨rectos⟩ nec latera paria habet (*sim.* MART. CAP. 7, 712 ἑτερόμηκες [-κης *edd.*]). *transfertur ad numeros:* BOETH. arithm. 2, 31 p. 124, 15 distribuendum est, qui sint hi *numeri*, quos promeces vocant, id est anteriore parte longiores, vel qui, quos ἑτερομήκεις

[H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(eteromhici *a*), id est parte altera longiores. est... parte altera longior numerus, quicumque unitate tantum lateri crescit adiecta (*2*><*3, 3*><*4*) *eqs.* anteriore ... parte longior est, qui sub duobus numeris huiusmodi continetur, quorum latera non possidet unitatis differentia (*3*><*5, 3*><*6*) *eqs.* (*sim.*: 2, 26 p. 115, 8. *cf. etiam explicat. vocabuli q. e.* '*numerus p. a. l.*' *: 2, 27*).

heteromerēs, -es, ἑτερομερής. *t. t. rhet. (litt. gr.): v. infra l. 14. metr.*: FORTVN. gramm. VI 290, 14 (*de ionico a minore*) tetrametrum ionicum a minore anaclomenon, quod -es Sapphicum nominatur.

heteromerīa, -ae *f.*, ἑτερομέρεια. *t. t. rhet.*: AVG. rhet. 16 p. 147, 1 tertium est asystati genus, quod Graeci κατ' ἑτερομερίαν (*sic litt. gr.*: FORTVN. rhet. 1, 2 p. 83, 4 monomeres quid aliud appellatur: ἑτερομερής et κ. ἑ. IVL. VICT. rhet. 2 p. 375, 3) appellant, id est, cum reo nulla defensio est et aut color in facto non invenitur aut parum probabilis color invenitur *eqs.* si evidenter confossa causa est, ut oportet, secundum -an explodemus.

[**heteromorphia** *graece ed.* ISID. orig. 11, 3, 9. *v. Liddell-Scott s. v.*]

heterōnyma (*cf. antea gr.* ἑτερώννμα) a multis aeque (*opp.* polyonyma) nominibus res singulas tenent. verum in his habet rationem diversitas nominum, velut est 'homo', 'terrenus', 'mortalis' PS. AVG. categ. 2.

heteroplocus, -a, -um, *ἑτερόπλοκος. *t. t. metr.*: DIOM. gramm. I 481, 18 pedes -i pentesyllabi sunt ... triginta et duo hi: ... pariambus ... antispastus *eqs.* (475, 8). *opp.* simplices: dibrachys, dactylus *eqs.*; duplices sive combinati: dispondius *eqs.*

heteropūs, *pl.* -podes, ἑτερόπους. CHIRON 753 qui alterna genua (*sc. bonum et debile*) habent, qui appellantur Graece heterosceles (ether- *trad.*), item qui alternos pedes habent, qui appellantur Graece -es ([et hepodus *trad.*]. 741 tit. de -es [etheros *trad.*]). *cf. Hippiatr. gr. I p. 77, 15* ὅνπερ γὰρ τρόπον ὁ ἑτεροσκελὴς καὶ ὁ ἑτερόπους σκάζει.

heteroscelēs *adi.*, ἑτεροσκελής. *v. s.* heteropus.

heteroscius, -a, -um, ἑτερόσκιος. EVSTATH. Bas. hex. 6, 8 p. 930^{B} qui -i ([et- *cod.*]. *gr. p. 136*^{C} ἑτεροσκίοις) nominamur, id est alias umbras habentes, et partes habitamus arctoas (*de notione et re cf. Strab. 2, 5, 43* ἑτερόσκιοι δ' ὅσοις ἢ ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἀεὶ πίπτουσιν [αἱ σκιαὶ] ὥσπερ ἡμῖν, ἢ ἐπὶ τὰ νότια).

heterousion (eur-*trad.*): alterius creaturae GLOSS^{L} III Abstr. EV 10.

hetērus *v.* hetaerus. *H. H.*

heth *subst. indecl.*, חֵית. *septima littera alphabeti Hebraici* (ח): HIER. epist. 20, 3, 3 '*anna*' *scribitur* -h (he *edd. vett.*), nun, he (*cf.* 20, 3, 4 *bis* [het, eth *varr. ll.*; he *edd. vett.*]). 36, 13, 2 '*amesim*' his litteris scribitur: -h (eth, nech, he *varr. ll.*), mem, sin, iod, mem. quaest. hebr. in gen. p. 13, 21 frequenter LXX interpretes, non valentes -h litteram, quae duplicem aspirationem sonat, in graecum sermonem vertere, chi graecam litteram addiderunt (*cf. ibid.* p. 60, 6 in Ier. 4, 11, 2 [beth *V*]). p. 22, 27. 23, 2.

hēthologus *v.* eth-. *Ehlers.*

hetta. [*ex gr.* ἧτα *natum putat Niedermann, Gnomon 3, 1927, 351. J. B. H.*] *scrib.* hitta: GLOSS. *infra.* PAVL. FEST. p. 99 -a (hecta *TLI*) res minimi pretii, quasi hieta (eta *L*), id est hiatus hominis atque oscitatio; alii pusulam dixerunt ... quae in coquendo pane solet adsurgere (*cf.* GLOSS. II 472, 25 φλοκτὶς [= φλυκτὶς] ἄρτου: -a), a qua accipi rem nullius pretii cum dicimus: non -ae te facio. GLOSS.^{L} II Philox. HI 24 -a (*scrib.* hitta): ὑμήν (*vel* ὑ. ῥοίας. *v. Linds. Gloss. IV p. 220 adn.*). GLOSS. II 581, 51 -a (*scrib.* hittą): membranum in carne.

[**hettematicus,** -a, -um. *e coni. falsa* FIRM. math. 3, 9, 7 ed. Basil. 1533 -os = *3, 8, 7 Kroll-Skutsch* stomachicos (sthomaticos *trad.*).] *Wells.*

***heu.** [*interiectio lamentantis ut sanscr.* ahō '*ei*', *cf.* eheu. *J. B. H.*] PRISC. gramm. III 91, 27 voces interiectionum primitivae sunt ut ... heu. PALAEMON. Char. gramm. p. 311, 12 B. interiectiones ... significant ... affectum animi velut heu, eheu. ROMAN. Char. gramm. p. 311, 16 B. interiectio est ... dolentis ut heu (*cf.* COMINIAN. Char. gramm. p. 311, 7 B. PROB. inst. gramm. IV 146, 3 *al.* GLOSS.^{L} V Abba HE 25 heu[s] ingemiscentis vox est. *al. nota*: SCHOL. Stat. Theb. 2, 23 heu interiectio dolentis sive invidentis alienis bonis). GLOSS. φεῦ. ὠή. GLOSS.^{L} I Ansil. HE 204 vae. *interdum adnumeratur adverbiis* (*e. g. l. 78 et* DIOM. gramm. I 419, 14), *quod* DON. gramm. IV 391, 28 PRISC. gramm. III 73, 14 *improbant* (*cf. etiam* CLAVD. DON. Aen. 9, 485 p. 253, 7 ubicumque est heu, separari a ceteris debet. *sim.*: SERV. Aen. 12, 486. GRAMM. suppl. 260, 35 heus et heu absolute manent). *varias differentias inter adv. et interi.* heu *statuunt* PROB. inst. gramm. IV 146, 8 CLEDON. gramm. V 21, 6. 26, 20. 69, 12. 79, 9 *al. discernitur ab interi. vocantis* heus (COMINIAN. Char. gramm. p. 233, 14 B. *adverbia* significant ... invocationem ut heus, responsionem ut heu. *sim.* CHAR. gramm. p. 234, 13. 244, 23 *al.*) *et laudantis* eu (*v. vol. V 2, 982, 2*). heu *antiquitus aegritudinem et dolorem animi (etiam in aliena miseratione) exprimit (verborum coniunctione acuta e. g. p. 2672, 80. 2673, 3. 57. 60), interdum (p. 2672, 76. 78. 2673, 40. 2674, 31) ex gravi quadam animi commotione verbis nihil triste per se indicantibus interseritur. cf. Hand, Tursell. III 64; Hofmann, Umgangsspr. 14. de ratione metrica (cf. etiam infra l. 25 de mensuratione vocis tamquam disyllabae): post v.* heu *hiatus sequitur* (*in geminatione* heu heu *v. l. 29. p. 2674, 27*): PLAVT. Rud. 821 (*sed v. l. 21*). OV. am. 3, 8, 18 heu ubi (epist. 4, 150 [heu mihi *dett.*]. 6, 41 [heus *G*]. fast. 3, 485. 5, 465 STAT 5^{ies} CLAVD. rapt. Pros. 3, 189). STAT. Theb. 5, 478 heu iterum. CE 769, 1 heu ecce. *praecedit hiatus*: STAT. silv. 5, 5, 74 CE 614, 5. *syll. praecedens eliditur*: PLAVT. Merc. 701. 770 TER. Hec. 271. 282 PACVV. trag. 264 TRAG. inc. 184 GERM. 100 OCTAVIA 169 LVCAN. 5, 727 VAL. FL. 1, 150. 5, 686 SIL. 10^{ies} STAT. Theb. 7^{ies} SIDON. carm. 5, 292 CORIPP. Ioh. 6, 301 CE 526, 6. *part.* heu *ipsa numquam synaliphen patitur. in prosa oratione raro legitur* (*cf. Hofmann l. c.*): CIC. Phil. 7, 14 SEN. contr. 9, 2 (25), 10 VAL. MAX. 8, 14 ext. 2 PETRON. 42, 4. 44, 12. 64, 3 PLIN. nat. 7^{ies} APVL. met. 5, 12. 10, 2. 22. *postea paulo saepius* (*in* VVLG. 16^{ies}). NOT. Tir. 124, 125 (eheu *non extat*). [*pro* heu *saepe falso scrib.* eu (*in lapide*: CE 490, 3. 678, 5 [*a. 398*]. 768, 2. 1620, 5. 2008, 2), (h)eheu (*cf. in lapide*: CE 1040, 5 [*s. I*] ehiu *metro repugnante*) *et* heus (*cf. p. 2671, 68 et errorem* SERV. Aen. 1, 321 heus nunc adverbium vocantis est, alias interiectio dolentis); *e contrario falso trad. pro* eheu, eu (*v. vol. V 2, 297, 28. 982, 6*), heus (*v. p. 2675, 13*). *dub.*: PLAVT. Rud. 821 (eheu *codd.*, *Marx*; heu *vel* eu *vg.*). CATVLL. 76, 21 (*v. vol. V 2, 299, 78*). COMM. instr. 1, 26, 15 (heu *in parte codd. add.*). AVG. serm. coll. Morin 1930 p. 696, 7 (*v. Mohrmann, Altchristl. Sonderspr. 38*). *dub. interpret.*: SERV. Aen. 2, 69 heu modo una est syllaba, sed interdum propter metrum duae fiunt, ut (*Verg. ecl. 3, 100*) 'eheu (heu *var. l. fort. recte, sc. tamquam disyll. acceptum*) quam pingui ...'.]

I *usus priscae Latinitatis* (*cf. Richter in Studemund, Stud. I 562*): *abs.*: PLAVT. Pseud. 1320 heu heu heu (*tertium* heu *om. A*). :: desine. :: doleo. *coni. c. acc.*: PLAVT. Aul. 720 heu me miserum, misere perii (PACVV. trag. 264 [h. miserum me *codd.*]. TER. Andr. 646 qui ... spectavi. ACC. trag. 346 cum ... reminiscor. *abs.*: PLAVT. Merc. 624 TER. Phorm. 187 [eheu *trad.*]. AFRAN. com. 407). ENN. scaen. 202 heu (*pars codd.*, eheu *all.*) me miseram, interii (TER. Hec. 271). TER. Hec. 282 heu me infelicem, ... parsi (TVRPIL. com. 117). *c. dat*: PLAVT. Merc. 661 heu (ei *Ritschl*) misero mihi. 701 heu miserae mihi (770). *seq. enunt. exclamat.*: PLAVT. Bacch. 251 heu, cor meum ... finditur. ENN. scaen. 419 heu, mea puella, ... succenset tibi. ACC. trag. 450. 558 heu, Mulciber, arma ignavo invicta es fabricatus manu. *c.* quam: ENN. ann. 139 TRAG. inc. 184. *cf.* ACC. trag. 21 heu, cuiatis stirpem funditus figi studet. *seq. enunt. interrogat.*: PACVV. trag. 149 ⌊heu non⌋ (⌊ ⌋ euno *codd.*) tyrannum novi temeritudinem? ACC. trag. 562 POMPIL. trag. 1.

II *exempla posteriora*: **A** *c. simplici* heu: **1** *abs.*: HOR. carm. 4, 10, 6 dices: 'heu'.

2 *in exclamationibus* (*causa lamentationis saepius partic. vel enunt. addita. nota collocationem p. 2673, 7. 9*): **a** *pertinet ad animantia*: *α c. acc.*: CIC. Phil. 7, 14 heu me miserum ([QVEROL. p. 48, 17]. VAL. MAX. 8, 14 ext. 2 *seq.* quod. *cf.* VAL. FL. 1, 150 heu miseros nostrum natos ...!). TIB. 2, 3, 78 heu miserum, laxam quid iuvat esse togam? (*nisi pertinet ad p. 2673, 15*). *sim.*: VERG. Aen. 7, 293 heu stirpem invisam ...! HOR. epod. 11, 7 heu me ..., fabula quanta fui! SEN. Phaedr. 898 *al.* OCTAVIA 31 heu me ... iaces (CE 1337, 1). 169 CARM. de Sod. 115. POTAM. tract. 1 p. 1414^{A} heu me, quid interrogo ...? VVLG. iud. 11, 35. *seq. enunt. secundarium*: APVL. met. 10, 22 heu me, qui ... sim. ITALA iud. 6, 22 (Lugd.) eu me (ἀ, ἀ, VVLG. *v. p. 2674, 3*) domine, quoniam. Mich. 7, 1 (Ps. Ambr. laps. virg. 7, 29) heu me (οἴμοι, *Vulg.* vae mihi), quia (psalm. 119, 5 [Hier. epist. 39, 3, 2 *al.*] οἴμοι, VVLG. heu mihi. VITAE patr. 5, 16, 18). *cf. p. 2674, 38. paulo aliter (cf. p. 2673, 69) de part. corp.*: SIL. 16, 344 heu surdas aures. *β c. dat.*: ITALA Ier. 15, 10 (Hier. epist. 39, 2, 2) heu mihi (οἴμοι, *Vulg.* vae mihi) ... ut quid me genuisti ...? VVLG. psalm. 119, 5 *v. l. 60*. HIST. Apoll. rec. A 32. LEANDER reg. praef. p. 878^{A} si. 1 p. 881^{D}. *γ c. voc.* (*interdum nom.*): CATVLL. 101, 6 heu miser indigne frater adempte mihi (OV. met. 11, 720 heu miser ... quisquis es. LVCAN. 4, 382 heu miseri, qui [*cf.* VAL. FL. 3, 592. SIL. 13, 866 h. m., quotiens ... pugnabitis]. *al. cf.* VERG. Aen. 6, 882 heu miserande puer). LVCAN. 2, 575 heu demens (5, 228 SIL. 2, 180 STAT. Theb. 7, 550). PERS. 5, 75 heu steriles veri, quibus *eqs.* (*cf.* STAT. Theb. 3, 17 Ach. 1, 846). VAL. FL. 8, 100 heu saevum passure diem (*cf.* STAT. Theb. 2, 23). STAT. Theb. 5, 117. 8, 439 heu celeres Parcae (*cf. p. 2673, 6*). CLAVD. 18, 480 rapt. Pros. 1, 138. CE 707, 1 heu memorande pater, longi mihi causa doloris. *adde de animo sim.*: VERG. Aen. 4, 65 heu vatum ignarae mentes (*cf.* SIL. 2, 28 APVL. met. 10, 2). PLIN. nat. 33, 4 heu prodiga ingenia (*cf. p. 2671, 83*). *cf.* OV. epist. 9, 153 heu devota domus. SIL. 17, 7 heu (en *L. Müller*) nomen melius maiusque triumphis (*cf. p. 2671, 83*). STAT. silv. 2, 1, 50 heu lactea colla. *per prosopopoiiam*: OV. trist. 3, 10, 76 heu loca felici non adeunda viro. SIL. 2, 223 heu, blandum caeli lumen (*cf.* 16, 73).

b *pertinet ad res incorporeas (c. voc. vel nom., acc. [cf. p. 2673, 1. 10], gen. [p. 2673, 7]; c. praep. p. 2673, 14): fatum sim.*: VERG. Aen. 2, 402. 10, 848. 11, 273 heu dira meorum supplicia. SIL. 4, 792. 6, 203 heu

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

genus infandum leti. 7, 628 heu sortem necis (*cf.* Stat. Theb. 1, 195 heu ... aspera sors populis. Coripp. Ioh. 1, 391). Stat. Theb. 11, 651. silv. 5, 1, 1 heu durus fati tenor. *al.* Clavd. 15, 103 heu prospera (*cf. p. 2671, 82*) fata (*cf.* CE 1549, 1 heu nimium crudele f.). *al.* *facinus sim.*: Hor. carm. 3, 24, 30 heu nefas (*cf.* Mart. 6, 62, 3 heu crudele n. [CE 1225, 3. 1549, 1] malaeque Parcae [*cf. p. 2672, 72*]). Prop. 4, 7, 21 foederis heu taciti. Ov. am. 1, 6, 22 heu facinus (*cf. vol. VI 1, 78, 51*). met. 12, 498 heu dedecus ingens. Lvcan. 2, 708 heu pudor (Val. Fl. 1, 44 heu magni Solis p. 6, 374. *cf.* 1, 172 quis p. heu nostros tibi tunc audire labores. Clavd. 18, 9). Plin. nat. 7, 3 heu dementiam ... existimantium *eqs.* 7, 132 heu vana ... diligentia. 14, 149. 19, 54. 32, 3. 33, 153 heu mores. Sil. 5, 627 heu belli vecordia. 8, 100. 112. 14, 106 heu dolor (Stat. Theb. 12, 210. *cf.* Leander reg. praef. p. 877[B] heu pro d.). *al.* Vvlg. Ezech. 6, 11 heu ad omnes abominationes. Avell. p. 21, 29 heu gemitus. *et al.* *c. adi. pro subst.* (*cf. p. 2672, 51*): Sil. 2, 232 heu deforme. CE 1438, 6 heu triste.

3 *add. enuntiatis* (*secundariis e. g. l. 32 et 36*): **a** *exclamativis vel pronuntiativis:* *α generatim*: Pvblil. H 25 heu conscientia animi gravis est servitus. Verg. Aen. 4, 376 heu furiis incensa feror. 6, 150. 9, 483 heu ... iaces (*cf.* Nemes. ecl. 1, 49 *et p. 2672, 54*). Hor. carm. 1, 15, 19 heu serus adulteros crines pulvere collines. Prop. 1, 4, 22. 3, 15, 6 Ov. epist. 2, 48 met. 3, 229. Val. Fl. 8, 441 heu, dure, siles. Stat. Theb. 5, 478. silv. 5, 5, 74 heu munera nostra rideres ingratus adhuc. Mart. 7, 21, 3 heu, Nero crudelis ..., debuit hoc saltim non licuisse tibi. Potam. tract. 1 p. 1414[B]. Vvlg. II reg. 14, 5 heu, mulier vidua ego sum. Is. 1, 24 heu consolabor super hostibus. *et al.* *exempla collocationis liberioris*: Verg. georg. 4, 491 Eurydicen ... immemor heu victusque animi respexit. Aen. 3, 709. 4, 267. 7, 594 frangimur heu fatis. 12, 452 Cvlex 337 Hor. epod. 16, 11 Prop. 4, 3, 17 Ov. epist. 1, 68. 11, 15 imperat heu ventis, tumidae non imperat irae. ars 3, 573 ignibus heu (*R*, hic *vg.*) lentis uretur. lb. 30 quod licet heu (hei *pars codd.*, ei *Merkel*) misero, debitus hostis ero. Epiced. Drusi 259 uritur heu decor ille viri. 458 Germ. 100. Sen. Med. 649 raptus heu tutas puer inter undas. Herc. O. 123 Octavia 267. Lvcan. 8, 604 disponis gladios, ne ... non fiat ... heu facinus civile. Val. Fl. 1, 442. 2, 146 quoniam ... coniunx ... heu furit. 3, 272 sumus heu Minyae, sumus hospita turba (*item inter eadem voc. interponitur*: Sil. 5, 154 Stat. silv. 5, 5, 33 Mart. 1, 3, 3) 4, 26 hoc nemus heu (*Dilthey*, haec *codd.*) fatis mihi iam domus. *al.* Sil. 4, 786 *saepe.* Homer. 1019. Stat. Theb. 8, 512 ipsa heu comes invia mecum Tartara ... isses (*cf. p. 2671, 83*). *al.* Mart. 10, 13, 8 Avson. 182, 10 Prvd. Clavd. Drac. Coripp. *al.* *nota in fine sententiae*: CE 526, 6.

β specialia quaedam: Ⓘ *pertinet ad singulas voces: verba*: Lvcan. 5, 690 pudet heu (Val. Fl. 7, 43. Stat. Theb. 12, 384 p. heu! pietas ignava sororis! silv. 4, 7, 35 *al.* Ach. 1, 503. 635 p. heu taedetque fateri. 2, 63 p. heu miseretque. *al.* Mart. 2, 18, 1. *et al.* Petron. 119 v. 19 heu p. effari. Prvd. praef. 11 p. ac piget). Lvcan. 6, 303 dolet heu semperque dolebit (*cf.* Comm. instr. 1, 22, 1 heu doleo). Sil. 8, 303 piget heu taedetque senectae (Prvd. c. Symm. 2, 666). *adv.*: Verg. georg. 1, 158 heu ... frustra spectabis (Hor. carm. 1, 24, 11 Tib. 1, 5, 67. Ov. met. 3, 500 heu f. dilecte puer! 11, 562 Sil. 1, 416. *cf.* Verg. Aen. 3, 711 heu tantis nequiquam erepte periclis [Val. Fl. 1, 237]). 1, 448 heu male tum mitis defendet pampinus uvas (3, 249 Tib. 1, 4, 57 Ov. am. 1, 14, 24. Epiced. Drusi 418 heu m. fortis. Avson. Mos. 242 *al.* *cf.* Prop. 4, 1, 94 heu ... non bene cavit). Aen. 4, 657 felix, heu nimium felix ([Lvcan. 8, 139]. 6, 189. 11, 841 Ciris 161 Ov. trist. 2, 180. 3, 1, 8 heu n. sero. 4, 1, 86 heu n. fati tempora lenta mei. Sil. 8, 169. 11, 6 Stat. Theb. 7, 547 *al.* *cf.* Hor. carm. 1, 2, 36 *Mars* heu nimis longo satiate ludo [Stat. silv. 2, 7, 24 felix heu n. et beata tellus, quae *eqs.* Clavd. 3, 50]). Tib. 1, 8, 41 heu sero revocatur amor seroque iuventas (Prop. 2, 5, 8 Ov. met. 2, 612 Sil. 2, 141). *adde*: Epiced. Drusi 290 heu sine fratre (Sil. 12, 286 Anth. 455, 2). *nomina*: Verg. georg. 4, 498 tibi tendens, heu non tua, palmas (*cf.* Val. Fl. 3, 177). Ciris 190 ignorans ... heu tamen infelix. Hor. epod. 5, 101 parentes heu mihi superstites. 17, 14 rex procidit heu pervicacis ad pedes Achillei. Sil. 1, 395 Hiberus felix heu ..., si ... tenuisset. 8, 544 Capua heu ... inconsulta. Stat. Theb. 12, 124 heu vacuos ... rogos. *et al.* Ⓘⓘ *in enunt. a part. exclamativis vel pron. incipientibus*: Pvblil. H 1 heu quam difficilis gloriae custodia est. *al.* Ov. am. 2, 4, 6. trist. 4, 5, 10 excidit heu nomen quam mihi paene tuum. *al.* Sen. contr. 9, 2 (25), 10 Sen. Ag. 589 Octavia 55 *al.* *nota*: Avg. serm. 141, 4 si ... non tenent viam, ... heu quam dolendum est. Hor. carm. 1, 5, 5 heu quotiens fidem (Val. Fl. 4, 378. Sil. 6, 584 q. heu, nate, petebam. 13, 667 Clavd. rapt. Pros. 1, 192). Catvll. 64, 94 heu ... qualibus incensam iactastis mente puellam fluctibus (Tib. 2, 4, 35. Prop. 4, 1, 40 heu [*N*, en *codd. dett.*, o *vulgo*, huc *Baehrens*] quali vecta est Dardana puppis ave! Sen. Herc. O. 1218 Stat. Theb. 9, 162 silv. 5, 3, 217 *al.*). Verg. Aen. 4, 13 heu quibus ille iactatus fatis (Val. Fl. 1, 744. 2, 217 heu vatem monstris quibus intulit ordo. *al.* Sil. 1, 134 Stat. Theb. 9, 310 *al.*). 6, 828 heu quantum inter se bellum ... ciebunt (8, 537. Prop. 1, 1, 38 heu referet quanto verba dolore mea! 2, 29[b], 30. Ov. am. 1, 6, 46 heu melior quanto sors tua sorte mea. epist. 5, 120. *et saepe. nota* [*cf. p. 2671, 83*]: Lvcan. 5, 354 [*v. Housm.*]. Mart. 7, 47, 3 redderis, heu, quanto fatorum munere, nobis). Ⓘⓘⓘ *seq. enunt. secundarium* (*cf. l. 38. p. 2672, 56*): Vvlg. iud. 6, 22 heu, mi domine deus, quia vidi angelum. Drac. satisf. 44 heu ... quippe *eqs.* Ⓘⓥ *seq. acc. c. inf.*: Cic. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 20) 25 heu virginalem me ore ploratum edere. *cf.* Verg. Aen. 5, 615 heu tot vada fessis ... superesse.

b *interrogativis*: Verg. Aen. 2, 69 heu quae .... me aequora possunt accipere? 2, 738. 3, 317. 4, 283 heu quid agat? (12, 486 Ov. fast. 3, 609 Val. Fl. 1, 71 *al.*). 5, 13 Cvlex 223 Hor. sat. 2, 8, 61. Ov. am. 3, 8, 18 heu ubi mollities pectoris illa tui? (*v. p. 2672, 4 et cf.* Epiced. Drusi 83. 125 heu ... ubi es? Stat. Theb. 10, 888. 12, 561). Pont. 4, 4, 48. Sen. Herc. O. 1595 heu quid hoc? Octavia 632. 738 Val. Fl. 1, 211. 3, 292 heu (*Thilo*, en *M*) quibus adsum colloquiis? *al.* *in collocatione liberiore*: Verg. Aen. 4, 267. 541 nescis heu ..? 5, 671. 6, 458 funeris heu tibi causa fui? Hor. carm. 4, 1, 33 cur heu, Ligurine, cur manat ... lacrima ...? (*cf.* 4, 13, 17 quo ... heu quove ...? Tib. 1, 8, 23 quid ... heu ... quid ...?). Lvcan. 5, 310 non pudet heu ... bella placere ...? (Stat. Theb. 9, 389). Sil. 4, 403 *al.*

c *adhortativis vel optativis: imp.*: Verg. Aen. 2, 289 heu fuge (3, 44 Val. Fl. 4, 140. Romvl. fab. rec. gall. 77, 9 heu fugite). Val. Fl. 7, 449 heu formae ne crede tuae. Stat. silv. 5, 4, 14 ⌊heu si⌋ (*Barth*, heus *M*) aliquis ... te, Somne, repellit, inde veni. *coni.*: Prop. 2, 20, 16 si fallo, cinis heu sit mihi ... gravis. Val. Fl. 1, 815. 7, 199. Stat. Theb. 3, 609 heu pudeat.

B *c. iterato heu*: **1** *in geminatione* (*cf.* Gloss. heu heu *lοὺ lού. v. etiam vol. V 2, 297, 55. 56. 78. 80. de* Serv. Aen. 2, 69 *v. p. 2672, 24*): Verg. ecl. 5, 58 heu heu (heheu *P*) quid volui misero mihi? 3, 100. Ciris 264 heu ⟨heu⟩ quid dicam ...? Hor. epod. 15, 23 (eheu eheu *B*). carm. 1, 15, 9 heu heu (eheu *var. l.*) quantus ... adest viris sudor. 1, 35, 33 heu heu (*B*, eheu *all.*) cicatricum ... pudet. Tib. 1, 4, 81 (heu heu *V*, heheu *A*). 1, 6, 10. 2, 3, 2 ferreus est heu heu, quisquis in urbe manet. 2, 3, 49. 2, 5, 108. 3, 19, 17. Petron. 44, 12 heu heu, quotidie peius. 64, 3 heu heu abistis dulcis caricae. Nemes. ecl. 2, 40. Vvlg. III reg. 13, 30 heu heu (*οὐαί*), mi frater. Ps. Rvfin. in Os. 8, 8—10 p. 1002[D] heu heu, quam flebilis fuit. Priap. 56, 3 heu heu (*AB*, heheu *Ald.*), me miserum, quod *eqs.* Vvlg. Tob. 10, 4 heu heu me, fili mi, ut quid te misimus ...? *nota*: Petron. 42, 4 heu eheu (*Buech.*, hey est hey *L*) utres inflati ambulamus. *cf.* CE 362, 1 (*aetate Lucretiana*) eheu heu. Hor. carm. 4, 6, 17 heu nefas, heu. Val. Fl. 7, 533 heu miser, heu *eqs.* Stat. Theb. 2, 296. *ter iteratum*: Vvlg. IV reg. 3, 10 heu heu heu congregavit nos dominus. 6, 5 heu heu heu, domine mi. Ier. 4, 10. 32, 17 Ezech. 9, 8. 11, 13.

2 *per anaphoram*: Verg. ecl. 9, 17 heu, cadit in quemquam tantum scelus? heu, tua nobis ... solacia rapta. Aen. 6, 878 heu pietas, heu prisca fides (*cf.* Sil. 5, 190. 9, 636. 10, 222 Stat. Theb. 11, 616). Ciris 81 sq. heu, quotiens mirata novos expalluit artus! ipsa suos quotiens, heu, pertimuit latratus! Hor. epod. 11, 21 ferebar ... ad non amicos, heu, mihi postis et heu limina dura. Sil. 5, 75. Stat. Theb. 12, 216 heu, si nudus adhuc, heu, si iam forte sepultus. Mart. 6, 85, 7 heu, qualis pietas, heu, quam brevis occidit aetas. Prvd. apoth. 338 Clavd. 28, 274. CE 1443, 5 [h]eheu quam ... heu quam. Itala Ezech. 11, 13 (Hier. epist. 18[A], 2, 3) heu mihi, heu mihi, adonai domine (Vvlg. *v. l. 45*). *Rubenbauer.*

?hevescimus (hiscimus *dubitanter Goetz*): diximus, memoravimus Gloss.[L] V Aa H 106.

heurēmaticus, -a, -um, **εὑρηματικός*. *n. pl.* **-a** *pro subst.*: *tit. libri Modestini iurisconsulti*: Dig. 3, 3, 65 idem *Modestinus*, libro singulari de -is (16, 1, 25. *et saepe* [*v. Ind. p. 938*]).

heurĕsilogus (-a, -um), *εὑρησίλογος* (*-ρεσ-*). *scrib.* eur-. *i. q. promptus ad invenienda verba* (*pro maledicto*): Rvfin. Orig. in lev. 16, 4 p. 497, 27 dicit fortassis auditor: quid iterum hic -us agit? quid undecumque verba conquirit, ut explanationem lectionis effugiat? (*ad rem v. Zucker, Philol. 82, 1927, 256 sqq.*).

heuresis *v. Onom.*

heuretēs *trad.* Plavt. Pseud. 700 (*verba Calidori adulescentis*) nimium est mortalis graphicus, -s mihi est (*sc. servus*). *εὑρετής* mihi st *editt. plerique* (*-ρητ- Palmer, Hermathena 9, 1896, 71*) *quod refellunt Luchs in Studemund, Stud. I 58 et Leo ad l.* (*cf. adn. 'fort.* heureticissimust', *sed v. Fraenkel, Plautin. i. Plaut. 57*). *H. H.*

***heus.** [*interiectio acclamantis ut theod.* husch; *cf. et Wackernagel, IF 45, 309 sqq. J. B. H.*] Pavl. Fest. p. 100 -s adverbium vocandi a Graeco *αὖς* venit. *de signif. et ratione gramm.*: Roman. Char. gramm. p. 248, 5 B. Don. Ter. Andr. 636 -s significatio est modo nominis ad intentionem considerationemque revocandi. Ad. 281 vox est de longinquo revocantis. *cf.* 776. Dosith. gramm. VII 411, 10 *adverbium* compellandi *προσφωνήσεως* -s, *ὦ, ὠή*. Prisc. gramm. III 12, 8 nihil ... interest inter 'o', hoc est vocativum, et -s. 138, 14 *adverb.* vocandi. 197, 10. Gloss. -s *δεῦτε. ἰὼ ἰώ. ἰωὴ ἰωή*. Gloss.[L] III Abstr. HE 27 vocatio. Abol. EV 19 adverbium rogantis. I Ansil. HE 213 adverbium interpellantis. *adnumeratur vel adv. vel interi.* (*cf.* Diom. gramm. I 419, 14); *differentias quasdam inter adv. et interi.* **-s** *sta-*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuunt SERV. gramm. IV 440, 2 CLEDON. gramm. V 67, 1 POMP. gramm. V 251, 23. *discernitur ab* heu *p. 2671, 77. vox est sermonis familiaris, cf. Hand, Tursell. III 70 sqq. Hofmann, Umgangsspr. 15. particulae* -s *hiatus praecedit* (*qui tamen ubique fere metricam quoque excusationem habet*): PLAVT. As. 446 (*?*). Epid. 398 Men. 696 Rud. 830. 1369 Trin. 1059 Truc. 917. *in sermone scaenico saepissime vocalis praecedens eliditur.* -s *exceptis* PLAVT. Cas. 163 Rud. 413 TER. Eun. 594 (*recentiore aetate* VERG. Aen. 1, 321 APVL. met. 1, 13. 22. 2, 10. 18. 8, 10 CLAVD. 10, 128) *semper a viris pronuntiatur. plerumque initium enuntiati obtinet, sed cf. l. 22. 39. 55. 57. 60. 76. p. 2676, 1. 7. 16 al.* [*pro* -s *falso scrib.* eus (*cf. l. 27; in lapide*: CE 120, 1) *et* heu *vel* eu (*cf. l. 21. 34. 39. 42. 58. 59. p. 2676, 10*); *e contrario traditur* -s *pro* heu *p. 2671, 68. 2672, 5. 2674, 24 (in lap. perd.*: CE 1260, 3) *et* eu (PLAVT. Mil. 394). PLAVT. Mil. 1043 *trad. pro* deus. TER. Phorm. 882 *A habet* -s *pro* o mi. *dub.*: TRAG. inc. 22 -s -s pater -s Hector (*ter* heu *Ribb., cf.* ROMAN. Char. gramm. p. 315, 20 B. a dolore mentis affectae).]

A *in dialogo scaenico* (*tragicorum solummodo l. 15. 46; cf. Richter in Studemund, Stud. I 566 sqq.*): **1** *abs. (in compellandis et arcessendis hominibus): c. nominibus*: PLAVT. Cas. 688 -s Pardalisca! (Rud. 97 -s [heu *codd.*] Sceparnio! 677 *al.* TER. Hec. 339 Haut. 743 Phorm. 847). Epid. 1 -s adulescens! (*cf.* Men. 844 filia -s! [TER. Phorm. 152]). *c. pron.*: PLAVT. Poen. 1398 -s tu, leno! (*cf.* Most. 680 -s tu — at hic sunt mulieres).

2 *add. enuntiatis*: **a** *interrogativis* (*cf. et l. 46. 63. 70. intercedente altero enunt. l. 34. 36*): PLAVT. Amph. 1020 -s ecquis hic est (Most. 445 [eus *codd.*]. *al. cf.* Rud. 762 -s ecquis hic est? -s. *sim.*: Men. 673 -s ecquis hic est ianitor? Rud. 413 -s ecquis in villast? Trin. 870). Capt. 592 -s audin quid ait? 830 Mil. 178 *al. c. nom.*: PLAVT. Most. 937 -s reclude! -s Tranio etiamne aperis? (Mil. 420 -s quid istuc est, Philocomasium? Poen. 279 Milphio, -s ubi es?). Men. 135 -s adulescens, ecqua ... inest praeda mihi? (*cf.* Most. 940 *al.*). *c. pron.*: PLAVT. Cas. 163 -s vos, ecquis haec ... audit (Most. 988). Most. 939 -s vos, pueri *eqs.* Persa 844 -s (heu *codd.*) vos :: quid ais? :: hicin Dordalus est ...? Rud. 830 vobis dico, -s vos, num *eqs.* TER. Eun. 217 sed -s tu :: quid vis? :: censen *eqs.* 434.

b *adhortativis* (*cf. etiam l. 30. 63; intercedente altero enunt. l. 43. 47*): PLAVT. Epid. 398 -s foras exite huc aliquis (Merc. 910. Pseud. 1284 aperite -s [heu *P*] ... a. nuntiate). 472 -s foras educite *eqs.* Most. 467 et -s iube *eqs.* Pseud. 1164 Rud. 938 TER. Andr. 579 Eun. 469. 712. *elliptice*: TER. Phorm. 440. *c. nom.*: PLAVT. Aul. 264 -s Strobile, sequere ([350 (heu *vel* eu *codd.*) *al.* TER. Phorm. 1037 -s Nausistrata, priusquam huic respondes ..., audi]. Persa 459 Sagaristio, -s exi. Poen. 205 -s i foras, Agorastocles [Rud. 481 Truc. 115]). Cas. 955 -s sta ilico, amator ([POMPON. Atell. 54]. TER. Andr. 84 -s puer, dic sodes, quis ... habuit? [Eun. 624. ACC. trag. 140 -s vigiles, properate]). *c. pron.*: PLAVT. Bacch. 327 atque -s tu :: quid vis? :: ... facito (Poen. 1320 -s tu, si ... dixi, nolito). Persa 615 heus tu, advigila. *al.* TER. Haut. 369. 550 Phorm. 398. Eun. 594 -s tu ... Dore, cape *eqs.*

c *pronuntiativis* (*aliter supra l. 24; intercedente altero enunt. l. 53. 66*): PLAVT. Most. 651 -s iam appetit meridie. Pseud. 241. 989 TER. Andr. 636 Haut. 313 Phorm. 819. 903 -s quanta (-s *dett.*) quanta haec mea paupertas est, tamen adhuc curavi. Eun. 276 omnium rerum -s vicissitudost. *elliptice*: PLAVT. Asin. 446 -s iam satis tu (*sc. locutus es*). *c. nom.*: PLAVT. Aul. 269 -s Staphyla, te voco (Mil. 217 -s te alloquor, Palaestrio. 434 tibi ego dico -s, Philocomasium. *al.* TER. Andr. 945 Ad. 776. 882). 456 -s (eu *codd.*) senex ... mercedem petam (Men. 378 Trin. 871 [heu *P*]. *nota*: Curc. 147 pessuli -s pessuli vos saluto [Merc. 800]). Pseud. 243 hodie nate -s, hodie nate, tibi ego dico -s, hodie nate, redi. *c. pron.*: PLAVT. Cas. 837 -s tu, malo ... cavebis (Curc. 516 -s tu, tibi ego dico [*cf. l. 57. 61. 70; seq. imper.* (*cf. l. 37*): Men. 696 Pseud. 243; *interrog.* (*cf. l. 35*): Poen. 1305 TER. Hec. 523]. *al.* TER. Eun. 102). Curc. 185 -s tu mulier *eqs.* (686). Most. 790 -s tu, si voles ..., haud facilest (*cf.* Poen. 515 *al.*). Pseud. 1124 -s tu :: quid vis? :: hic homo meus est.

3 *c.* heus *iterato* (*cf. etiam l. 15. 27. 30. 60*): **a** *per iocum in anaphora*: PLAVT. Trin. 1059 -s tu, asta ilico. :: -s tu, non sto. **b** *in geminatione*: TER. Haut. 348 Syre Syre inquam, -s -s Syre (*cf.* Ad. 281. 634). Eun. 337 -s -s tibi dico, Chaerea. 530 -s -s ecquis hic?

B *in usu recentioris aetatis*: **1** *abs.*: PHAEDR. 2, 5, 21 '-s' inquit dominus. BOETH. herm. pr. 1, 4 p. 71, 3 *est oratio* vocativa ut '-s tu'. *cf.* GLOSS. V 300, 20 -s tu : audis tu?

2 *add. enuntiatis*: **a** *interrog. (cf. p. 2676, 3. 9. 15): c. pron.*: CIC. de orat. 1, 240 -s tu ... quid tibi in mentem venit ...? epist. 7, 11, 1 sed -s tu, quid agis? (16, 17, 1 Att. 1, 16, 13 *al. cf.* Att. 6, 1, 25 et [sed *var. l.*] -s tu [MACR. Sat. 1, 5, 10]). HOR. sat. 1, 3, 21 -s tu, ... ignoras ...? PLIN. epist. 9, 12, 1 GELL. 17, 20, 4 APVL. met. 1, 15. 22 QVEROL. p. 34, 6. *c. nom.*: SIL. 7, 301 -s ... quae te cura ... germane fatigat? CLAVD. 10, 128. *nude*: PHAEDR. 1, 23, 5 -s ... linguam vis meam praecludere ...?

b *adhortat.*: *c. nom.*: RHET. Her. 4, 51, 65 -s ... Gorgia, pediseque puerorum, absconde pueros. VERG. Aen. 1, 321 -s ... iuvenes, monstrate ... errantem (PHAEDR. 3, 14, 6 APVL. met. 3, 5. 9, 33. 10, 16). APVL. met. 2, 23 sed -s, iuvenis, cave ... custodias. *cf.* CE 55, 1 (*s. I a.*) -s oculo errante quei aspicis leti domus, morare gressum. *c. pron.*: CIC. Mil. 60 quae erat ... quaestio? '-s tu, Rufio, ... cave sis mentiare: Clodius insidias fecit Miloni?' (APVL. met. 1, 3 -s tu ..., ne pigeat te *eqs.* 1, 13 -s tu ... spongia, cave ... transeas. 2, 18. 7, 22 -s tu, puer, ... reserva. TERT. paenit. 8, 3 QVEROL. p. 47, 23. CE 120, 1 -s tu, viator). FRONTO p. 75, 3 N. sed -s tu ..., ne ... existas (*cf.* APVL. met. 8, 10). *elliptice*: CIC. epist. 7, 25, 1 sed -s tu, manum de tabula. *nude*: PERS. 2, 17 -s age, responde ... de Iove quid sentis? VAL. FL. 4, 387 -s (*Burmann*, heu *V*) respice. APVL. met. 8, 26.

c *pronuntiat. (intercedente altero enunt. l. 18. 20): c. nom.*: RHET. Her. 4, 10, 14 -s ... adulescens, pueri tui modo me pulsarunt (PERS. 3, 94 -s bone tu palles. QVINT. inst. 6, 3, 90 TER. MAVR. 1926 PANEG. 3, 13, 3 MART. CAP. 2, 134). PRIAP. 45, 4 -s ... tibi dicimus, cinaede ..., num *eqs.* *c. pron.*: CIC. Att. 13, 42, 2 sed -s tu, diem meum scis esse (ad Q. fr. 2, 15, 5 QVEROL. p. 24, 2 AVSON. 12, 7. 321, 4. *cf.* CIC. Att. 15, 11, 4 et [*codd.*, sed *vg.*] -s tu, ne forte sis nescius, Dolabella me sibi legavit). CE 119 (= ClL I² 2138) -s tu, viator lasse, ... cum diu ambulareis, tamen hoc veniundum est tibi. PRIAP. 52, 1 PLIN. epist. 1, 15, 1 APVL. met. 2, 10. *nude*: VERG. Aen. 7, 116 -s etiam mensas consumimus (*ind. pro exhortativo?*). CLAVD. 10, 140 (*v. adn. Birtii*). *Rubenbauer.*

hex, ξξ. *litt. gr.: v. infra l. 27. i. q. sex*: SERV. ecl. 2, 11 in multis ... nominibus, quae in Graeco aspirationem habent, nos pro aspiratione 's' ponimus: inde ... pro -x (*RM*, ex *AP, graece H*) 'sex' (*sim.* [*litt. gr.*]: FEST. p. 290 [ez *F*]. DON. Ter. Eun. 478 [*v. app. crit.*]). GLOSS.ᴸ I Ansil. EX 2 ⟨h⟩ex: sex Graece.

[**hexa** *v. p. 2679, 82.*]

⟨h⟩exacaidecetērida (*scrib.* -daec-): sedecennalem GLOSS. V 358, 40 –41 (= GLOSS.ᴸ Corp. E 413). *pro* heccaideceterida *i. cyclum sedecim annorum* (ἑκκαιδεκαετηρίδα [*e gr. Hier. vir. ill. 61*]).

hexachordos, -on, *ἑξάχορδος. *i. q. sex chordas (sc. sonos) habens*: VITR. 10, 8, 2 (*de hydraulis*) arcula sustinet caput machinae, qui Graece κανὼν μουσικός appellatur. in cuius longitudine canales, si tetrachordos est, fiunt quattuor, si -os (ex- *trad.*), sex *eqs.*

hexachronos, -on, ἑξάχρονος. *i. q. sex tempora habens*, ἑξάσημος: MAR. VICTORIN. gramm. VI 45, 7 trisyllabi ... pedes octo, in quibus mensura temporum a trisemo sive trichrono ad hexasemon sive -on usque porrigitur.

hexaclīnon *n.*, *ἑξάκλινον (*cf.* ἑξάκλινος). *i. q. sigma (lectus) sex convivas capiens* (*ad rem cf. Marquardt-Mau 307; Blümner, Privataltert. 119 adn. 5*): MART. 9, 59, 9 *Mamurra* testudineum mensus quater -on ingemuit citro non satis esse suo.

hexaedron *v.* hexahedron.

hexaēmeron, *abl.* -o (*infra l. 73. 75*) *n.*, ἑξαήμερον. *scribitur vel editur*: (h)exam-: AMBR. hex. tit. (*cf. infra l. 73 sqq.*) 'exameron ..., *non* hexaemeron, *si quid libris tribuendum est, id vocavisse videtur Ambrosius' Schenkl, Corp. script. eccl. Vind. 32, 1 praef. p. XII; v. etiam p. 3 adn.* (-xam- *codd. praeter S*). AMBR. epist. 45, 1 p. 1142ᴬ -xam- *codd.* (*v. Schenkl l. c. p. XII adn.*). CASSIOD. art. 7 p. 1218ᴰ *Migne*. ISID. vir. ill. 37 p. 1101ᴬ *Migne*. GLOSS. (*passim*). *v. etiam codd. infra l. 54. 65. 68. 78.* (h)exem-: HIER. vir. ill. *Richardson* (-xaem-, -xam-, -xem- *codd.* [*ut vid.*]). GENNAD. vir. ill. *Richardson. v. etiam codd. infra l. 65. 68.* (h)exaim- (-xei-): GLOSS. -um (*pro* -on): *varr. ll. infra l. 65. 68. cf.* GLOSS. V 430, 38 (exametrum *trad.*). *de notione*: GLOSS. (*v. infra*). [*e coni.*: GLOSS. *l. 82* (exalteron *vel* exaltemeron *trad.*).]

i. q. spatium illud sex dierum, quibus mundus creatus est: **1** 'in -on' *sc. principium geneseos libri* (*v. explicat. infra l. 66. fere pro tit. librorum* [*ut vid.*]. *cf.* GLOSS.ᴸ III Abol. IN 114 ⌊in⌋ [*secl. Lindsay*] -on: sex dierum. GLOSS. V 421, 55 in -on: sex dierum computatio [430, 38. *cf. infra l. 72*]): HIER. vir. ill. 37 *Rhodon* in -on elegantes tractatus composuit. 48 *Candidus* (RVFIN. hist. 5, 27 p. 499, 23 C. qui in -on [ex(a)emerum, (h)exameron *codd.*], id est de principio genesis, scripsit [*gr. εἰς τὴν ἑξαήμερον*]). vir. ill. 49 *Appion.* 61 *Hippolytus.* 116 *Basilius* (*cf. infra l. 84*). RVFIN. hist. 5, 13, 9 p. 459, 11 eiusdem *Callistionis* in -on (exemerum, (h)exameron *codd.*) commentarius (*gr. εἰς τὴν ἑξαήμερον*). **2** *titulus librorum sc. de principio geneseos libri compositorum* (*v. explicat. l. 79 sqq. p. 2677, 1. cf.* GLOSS.ᴸ V Abba EX 152 -on: opus sex dierum. Corp. E 522 -on: septem [*pro* sex] dierum computatio [GLOSS. V 359, 51. *cf. supra l. 63*]): AMBR. epist. 43, 1 p. 1129ᴮ lecto -o (*litt. gr. codd., Schenkl l. c. p. XII adn.*), quod ipse scripsi (45, 1 p. 1142ᴬ l. -o, utrum paradisum subtexuerim, requirendum putasti. *cf.* CASSIOD. inst. div. 1 p. 1110ᶜ *Ambrosius* sex libros ... confecit, quos -on appellavit). HIER. epist. 84, 7, 6 Ambrosius ... -on (exaem- *G A s. VII—VIII*, exam- *rell. s. IX—XII*) illius *Origenis* compilavit. GENNAD. vir. ill. 13 *Prudentius* commentatus est ... -on de mundi fabrica usque ad conditionem primi hominis (*cf.* 68 *Salvianus* de principio genesis usque ad conditionem hominis composuit versu quasi -on librum unum [*cf.* GLOSS.ᴸ I Ansil. EX 48 = III Abstr. EX 81 -on librum unum composuit]). EVSTATH. Bas. hex. prol. p. 867 *animus tuus* pervenit ... ad -on ... Basilii (CASSIOD. art. 7 p. 1218ᴰ. *cf.*

[H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 2676,67). Isid. vir. ill. 37 p. 1101[A] Dracontius composuit ... -on creationis mundi (*ad rem cf. Vollmer, Drac. praef. p. XVII*).

[**hexaeōnius** (*ἑξαιώνιος. *i. sex aeonibus constans*) *e coni. Massueti* Iren. 1, 3, 1. *v. Stieren et Harvey (p. 24) ad l.*]

***hexagōnum** (-on: *infra l. 16*), -ī *n.*, ἑξάγωνον *et* **hexagōnium**, -ī *n.* (Ambr. *infra l. 18*) *et* ***hexagōnus**, -ī *m.* (Boeth. *ubique.* Grom. *infra l. 49*). *in codd. fere semper* ex-. *gr.: infra l. 32. legitur inde a* Varrone. *omnes dedi locos praeter* Firm. *infra l. 40. 43.* Boeth. *infra l. 47.* [*dub.:* Carm. de mens. 1, 5 dulcia, Maie, tuis ducis -a nonis (*sic codd.* [ex-], *def. Burmann [V 71; loc. ad infra l. 16 sqq. referens] et Riese* [*v. etiam Anth. II*[2] *p. 375*]; examina [*sc. apium*] *post Scaligerum Fröhner, RhM. 47, 1892, 301* [*quem conferas*]). *scrib. in codd.* sex-: *infra l. 18. 26.*]

i. q. figura sex angulis constans, sexangula: **1** *generatim:* Varro rust. 3, 16, 5 (*antea:* sex angulis cella *apium*) quod geometrae -on fieri in orbi rutundo ostendunt, ut plurimum loci includatur (*cf.* Ambr. hex. 5, 21, 69 p. 191, 18 quis architectus eas *apes* docuit -ia [sex- *var. l.*] illa cellularum indiscreta laterum aequalitate componere?). Colvm. 5, 2, 10 si fuerit *ager* sex angulorum, in quadratos pedes sic redigitur. esto -um quoquo versus lineis pedum xxx (*sim.* Grom. p. 356, 12). Balb. grom. p. 107, 1 amplioribus quoque formis ... nomina ⟨ab⟩ angulis dantur, ut -o, heptagono. Opt. Porf. schol. carm. 3 in hac pagina quattuor -a sunt pari numero litterarum et octo orthogona (*sim.* carm. 6). Mart. Cap. 6, 712 pentagona, -a et cetera euthygrammi generis. Clavd. Mam. anim. 1, 18 p. 65, 23 tetragonum sive -um (sex- *var. l.*). 1, 25 p. 92, 17 (sex- *var. l.*). Boeth. arithm. 2, 6 p. 91, 11 figura ... -i (*cf. infra l. 35*). 2, 6 p. 91, 16 *a medietate per singulos angulos lineae ductae* -um in sex *triangulos partiuntur* (*sim.* 2, 6 p. 92, 1). Isid. orig. 15, 8, 2.

2 *specialia:* **a** *in astron.: de conspectu solis* (*ad rem v. Bouché-Leclerq, L'astrologie Grecque 377 sqq.*): Cens. 8, 6 qui conspectus vocatur *κατὰ ἑξάγωνον* (*sic litt. gr.* 8, 13), quia sextam partem circuli subtendit. nam si, ut a primo zodio ad tertium, sic a tertio ad quintum, inde porro ad septimum ac deinceps alternae lineae emittantur, -i aequilateralis forma (*cf. supra l. 27*) in eodem circulo scribetur. *de radiationibus stellarum* (*ad rem v. Bouché-Leclerq l. c. 171 sq.*): Firm. math. 2, 19, 4 *locus* respicere ... horoscopum de -o videtur (3, 5, 18 si sic sole posito praesens in eodem signo se Veneris stella sociaverit vel de -o coniunxerit. 3, 5, 32 *si luna* a benivolis stellis ... de -o radiata fuerit. *al. cf.* 3, 5, 32 in -o). 2, 22, 1 quod *sit* -um dextrum, quod sinistrum (2, 22, 8). 2, 22, 8 -a ... sunt potiora, quae habent in medio tropica ... signa (*sim.* 6, 21). *al.* **b** *in arithm. de numeris figuratis:* Boeth. arithm. 2, 6 p. 91, 3 quartus *numerus* -us, id est qui sex angulis includitur (*cf.* 2, 15 p. 98, 18 -i ... qui sex angulis continentur). 2, 18 p. 103, 10 *heptagoni* ex super se -is et ex eminus positis triangulis procreantur. 2, 18 p. 103, 12 (*v. p. 2611, 72*). *al.* (*aliter supra l. 27 sq.*). **c** *in grom. inter nomina lapidum finalium:* Lib. col. I grom. p. 249, 10 -us (*sim.:* Ps. Boeth. grom. p. 405, 7 -us).

adi. **hexagōnus**, -a, -um. *i. q. sexangulus* (*nonnisi apud* Firm.; *spectat ad radiationes stellarum* [*cf. supra l. 36*]): Firm. math. 2, 23, 3 latus. 2, 29, 9 *stellae se* -a radiatione *coniungunt* (3, 2, 17 bona ... radiatio ... -a. 6, 21 cum stellae -a ⟨se⟩ radiatione respexerint [*cf. gr. Kroll-Skutsch adn. τὰ δὲ ἑξάγωνα τῶν ἀστέρων*]). 6, 28, 2 quid -ae humilis potestatis auctoritate perficiant *stellae.*

hexa(h)edron, *pl.* -edra *n.*, ἑξάεδρον. *t. t. geom.* (*i. corpus solidum sex lateribus constans*): Chalc. comm. 53 p. 121, 12 quae vocantur -a (ex- *pars codd.*) et octahedra *in aliquo numero inveniantur necesse est.*

hexāmeron *v.* hexaemeron.

***hexameter** (-trus), -a, -um (-on), ἑξάμετρος. *scrib. in codd. saepe* ex-. *de formis: masc. sg.* -ter *et* -trus (*cf.* Mar. Victorin. gramm. VI 209, 7 sqq. [*inde* Avdax gramm. VII 336, 25 sqq.] -r dicitur an -us? utrumque, ut Euander et Euandrus, quorum unum venit ex Graeca enuntiatione, alterum ex Latina. quippe Cornelius Epicadus [*frg. 2 F.*] ... '-r' inquit 'versus'. *ad rem v. et Neue-Wagener I*[3] *125 sq.*): *legitur* -ter *post Cornelium Epicadum (supra l. 66) apud* Ps. Cens. frg. 14, 1. Fortvn. (*saepe*). Diom. (*saepe*). Mar. Victorin. (*saepe*). *et al.* -trus: Bass. gramm. VI 256, 12. 269, 18 Ter. Mavr. 2105 Mar. Victorin. gramm. VI 165, 21. 181, 14. 209, 13 Gramm. VI 634, 11 Virg. gramm. epit. 4 p. 24, 26. *neutr. sg.* -on: Ter. Mavr. 1644 *et* 2570 (-um: 1849 *al.*). Mar. Victorin. gramm. VI 79, 9 *et* 178, 12 (-um *saepe*). Gramm. VI 633, 15 (*ex* Mar. Victorin. 79, 9). *raro occurrunt fem. sg. pl.:* Sacerd. gramm. VI 502, 7. 8. 510, 10; *neutr. pl.: ibid.* 520, 4 (*sim.* 526, 22). *de notione:* Gloss.[L] IV dub. Plac. E 13 -r: versus qui senarius (*scrib.* gen-) dicitur. *de usu:* -r versus (v. -r: Cic. de orat. 3, 194 Porph. Hor. ars 403 Gell. 18, 15, 2. *et al.*) *inde a* Lvcil. 229, *Cornelio Epicado* (*v. supra l. 66*), Cic.; *subst. masc.* -r (*sc. versus*) *inde a* Cic. orat. 191 (*cf. p. 2678, 18*), Bass., Stat., Mart., Qvint. *iuncturae rariores:* carmen -um: Diom. gramm. I 483, 27. 495, 4; epos: Diom. gramm. I 501, 22 Mar. Victorin. gramm. VI 169, 19; metrum (species, genus): *passim ap.* Gramm.; sonus: Arator ad Vigil. 25 (*abl. pl., v. adn.*). [*loco interpol.:* Fortvn. gramm. VI 283, 23 (*v. Keil ad l.*) melius sonat versus dactylicus -r, si catalecticus fiat, hoc est si disyllabum pedem in ultimo habeat. *cf. p. 2679, 2. 10.*]

i. q. (versus) sex pedibus constans (*cf.* Fortvn. gramm. VI 282, 9 dicitur ... et unus pes metrum, unde -um versum appellamus. 284, 9 [*v. infra l. 48*]. Mar. Victorin. gramm. VI 51, 19 [*infra l. 56*]). *significatur fere semper (ubique sub 1) versus dactylicus herous (epicus); rarius (apud* Gramm.*; in universum de quovis metro e. gr. infra l. 77—80) versus dactylicus sc. acatalecticus, iambicus (p. 2679, 42—52), choriambicus (p. 2679, 13), Paeonicus (p. 2679, 54).*

1 *loci generales* (*pl.* -i *pro subst. hic illic fere i. q. carmen -um. de usu in prosa oratione v. infra l. 29*): Lvcil. 229 servorum est festus dies hic, quem plane -o versu non dicere possis (*cf.* Porph. Hor. sat. 1, 5, 87 Aequum Tuticum *oppidum* ..., cuius nomen -o versu compleri non potest. 1, 6, 12). Cic. de orat. 3, 194 Antipater ... Sidonius ... solitus est versus -os aliosque variis modis ... fundere ex tempore. orat. 191 ut is *numerus iambicus* potissimum ... adhibeatur in fabulis, quod ille dactylicus numerus -orum magniloquentiae sit accommodatior. 222 e quattuor ... quasi -orum instar versuum quod sit constat fere plena comprehensio (*cf.* Rvfin. gramm. VI 567, 15 [*vers.*] quattuor -is hunc *ambitum* versibus aspicis aequum). Stat. silv. 1 praef. *epithalamion* ⌊tantum⌋ tamen -os habet (⌊ ⌋ ter centum *Elter, Vollmer*). 2 praef. laudes eius *Lucani* dicturus -os meos timui (*paulo aliter:* Avr. Fronto p. 34, 4 N. -os meos ... petis. *cf.* Fronto p. 24, 8 N. mihi ipse *Victorinus* de tuis -is numquam quicquam impertivit [24, 10]. p. 34, 9 istis. Sidon. epist. 1, 9, 7 moneo ... quisquilias istas Clius tuae -is minime exaeques). Mart. 6, 65, 1 -is epigramma facis. Qvint. inst. 9, 4, 74 initia *versuum* initiis *orationis* non convenient, ut Livius -i exordio coepit : facturusne *eqs.* (*cf.* 9, 4, 75 peius cludit finis -i. 9, 4, 78 *in Timaeo Platonis* initium -i statim invenias). Svet. Aug. 85, 2 liber exstat scriptus ab eo -is versibus, cuius ... titulus est 'Sicilia' (*sim.:* Porph. Hor. sat. 1, 10, 36 Cornelius Alpinus Memnona -is versibus ... descripsit. Prob. Verg. georg. 1, 233 p. 364, 2). Diom. gramm. I 483, 27 epos dicitur Graece carmine -o divinarum rerum et heroicarum humanarumque comprehensio (*sim.* Mar. Victorin. gramm. VI 50, 12). I 495, 4 Apollo cum Pythona ... necasset, accolae ... carmen heroicum -um initio sex spondiis compositum texuerunt (*cf.* Avdax gramm. VII 332, 7). Porph. Hor. carm. 2, 20, 2 (*sim.* Schol.) biformem ... vatem se dicit, quod et lyrica scribat et -os. sat. 1, 10, 66 nulli Graecorum -is versibus hoc genus operis scripserunt (*cf.* Schol. Hor. sat. 1, 10, 66 *et* Isid. orig. 1, 39, 6 -os ... Latinos primos fecisse Ennius traditur; eosque 'longos' vocant). ars 403. Hier. chron. praef. p. 4 H. (p. 3 F.) quae omnia (*sc. Salomon, Iob eqs.*) -is et pentametris versibus ... apud suos composita decurrunt (*sic de V. T. libris:* praef. Vulg. Iob I Arator ad Vigil. 25 Isid. orig. 1, 39, 11. 6, 2, 21. 22).

2 *speciatim in doctrina metrica* (*exempla notabiliora*): **a** *de nomine* (*cf. supra l. 4*): Fortvn. gramm. VI 284, 9 -r ... dictus, quod sex metris, hoc est sex pedibus, feritur. Diom. gramm. I 474, 19 per numerum pedum, quia versus pro mensura sua quisque pentametri vel -i vel deinceps intelleguntur (*sim.* Mar. Victorin. gramm. VI 51, 18. *cf.* Diom. gramm. I 501, 22 a pedum quantitate quaedam nominantur, ut est epos -um. Mar. Victorin. gramm. VI 51, 4 Isid. orig. 1, 39, 6). I 494, 34 -um ... quod sex regionibus spondium et dactylum pedes diversis modis ... conservet. Mar. Victorin. gramm. VI 51, 19 -um poetae appellarunt, quod sex pedibus ingrediatur, quos metra eodem modo Graeci nominant (*sim.* Gramm. VI 633, 5). VI 132, 9 ⟨a⟩ sex pedum cursu.

b *de forma et vi* (*cf. sub a et c et v. supra l. 13*): Gell. 18, 15, 1 in longis (*cf. supra l. 43*) versibus, qui hexametri vocantur, item in senariis, animadverterunt metrici primos duos pedes, item extremos duos, habere singulos posse integras partes orationis, medios haud umquam posse (*cf.* 18, 15, 2 Varro ... scripsit observasse sese in versu -o, quod omnimodo quintus semipes verbum finiret. *sim. de caesuris:* Ter. Mavr. 2570 quales -on tomas *habet.* Avson. 393, 88 p. 248 P. sunt quos *hendecasyllabos* -i creant revulsi, ut penthemimeres prior locetur, tum quod bucolice tome relinquit. Mar. Victorin. gramm. VI 214, 23 quot ... species?). Ter. Mavr. 1849 -um quotiens ita totum dactylus explet, ut nusquam in medio, sed sit spondeus in imo, sive trochaeus erit (*sim.* Mar. Victorin. gramm. VI 122, 29. 125, 21). Diom. gramm. I 506, 16 versuum genera praecipua sunt quinque: ... dimetri ... aut trimetri (*eqs.*) ... aut -i. sed singulorum plurimae sunt species. Mar. Victorin. gramm. VI 53, 21 cum -r versus metrorum omnium ... summa sit, hi qui epici non sunt, si per singulos pedes feriantur, excedant necesse est modum -i versus (*cf.* 76, 24 persuasum est nullum metrum -o posse esse maius. 76, 26. *adde:* 55, 13 sqq. *versus incipit* a dimetro et procedit usque ad -um, in his dumtaxat versibus qui per singulos pedes dirimuntur; in illis autem, qui per dipodiam, usque ad ... pentametrum, nonnumquam -um procedit). VI 209, 13 -r ... quot pedibus caeditur? sex, dactylo et spondeo circum se positis aut alterna interpositione variatis. 211, 13 omnis versus -r, si solis spondeis constiterit, erit duodecim syllabarum; si unum dactylum habuerit, tredecim *eqs.* Virg. gramm. epit. 4 p. 24, 26 (*p. 2612, 15*).

[H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c *de generibus, speciebus, schematibus* (*enumerantur sec. iuncturas*): acatalectus (⏑ ∪∪ | ⏓ –): FORTVN. gramm. VI 285, 12 -um acatalectum (*cf. p. 2678, 1. infra l. 10*). bucolicus: SACERD. gramm. VI 502, 7 (*v. p. 2660, 55*). *et al.* (*v. vol. II 2234, 53*). catalecticus (⏑ ∪∪ | ⏓): SACERD. gramm. VI 507, 21 metrum -um catalecticum: una ... syllaba deest ut sint in eo pedes sex. MAR. VICTORIN. gramm. VI 73, 16. *aliter* (⏑ ∪∪ | ⏑ ∪): MAR. VICTORIN. gramm. VI 72, 21 si trochaeus versum clauserit, XXIII *temporum*, quem volunt haberi -um catalecticum. *aliter* (⏑ ∪∪ | ⏓ –): SERV. gramm. IV 461, 10 *et* 12 (*cf. p. 2678, 1 et supra l. 2*). *v. et infra l. 14. 44 et cf. p. 2678, 1.* Choerilius: SACERD. gramm. VI 502, 7 sq. (*v. p. 2660, 55*). 507, 19 (*v. Onom. II 403, 52*). choriambicus: SACERD. gramm. VI 536, 18 -um catalecticum choriambicum ... constat quinque choriambis, sexto pede, id est novissimo, amphibrachy (MAR. VICTORIN. gramm. VI 86, 16. 27). dactylicus: DIOM. gramm. I 522, 31 ode (*carm. 1, 28*) -o et tetrametro dactylicis constat. MAR. VICTORIN. gramm. VI 209, 6 quae sunt ... quinque genera ... in dactylico metro? -r, pentameter *eqs.* (*cf.* 73, 4 adcrescit ... dactylicum metrum a dimetro usque ad -um). VI 209, 15 sq. -i versus genera ... tria ...: est -r dactylicus tantum, est -r dactylicus herous, est -r iambicus, qui et senarius, cum constat ex simplicibus sex, idemque ex duplicibus trimeter (*cf.* 211, 18 per quot species ...?). VI 209, 18 si versus -r sex spondeis constiterit, potest dactylicus dici? 210, 1 qui sunt versus -i dactylici tantum? qui sex pedibus dactylicis constant, praeter ... facta heroum quodlibet aliud continentes, ut ... bucolica et georgica (*cf. infra l. 38*). 210, 14 omnis versus -r dactylicus sive herous a duodecim syllabis crescit usque ad decem et septem (*cf.* 211, 12). *et saepe.* epicus: MAR. VICTORIN. gramm. VI 165, 16 ode (*carm. 1, 7*) ... -o epico tetrametrum eiusdem generis habet subnexum. 172, 14 epicum -um, quod heroum ⟨dicitur⟩. heroicus: TER. MAVR. 1644 (*v. p. 2660, 53*). PS. CENS. frg. 14, 1 primus est et legitimus maxime numerus -r heroicus. huius pedes aut dactyli sunt aut spondii (GRAMM. VI 634, 11). SACERD. gramm. VI 502, 7 (*v. p. 2660, 54*). *et saepe.* herous (*inde a* BASS.): MAR. VICTORIN. gramm. VI 64, 32 incisiones ... ante omnia in -o heroo ... observandae sunt (*cf.* 64, 33. 65, 1. 28). 163, 25 perissosyllabes (*v. infra l. 60*). 209, 15 (*v. supra l. 21*). 210, 3 qui sunt -i dactylici heroi? qui ... res gestas heroum complectuntur, ut ... Ilias ... et Aeneis (*cf. supra l. 25*). 210, 14 (*v. supra l. 27*). *et saepissime.* hypercatalectus (⏓ ∪∪ –): SERV. gramm. IV 461, 17 Alcmanium *dactylicum* constat -o hypercatalecto. iambicus (*cf. p. 2678, 9*): *per dipodias*: SACERD. gramm. VI 520, 4 ausi *sunt* ... multi et pentametra et -a iambica componere (*sim.* 526, 22). 527, 14 -um iambicum catalecticum tale est, quinque pedes iambicos tetrasyllabos recipiens et sextum trisyllabum. PRISC. gramm. III 418, 15. *de trimetro vel senario*: TER. MAVR. 1580 -os tradit geni⟨tos⟩ duo prima vetustas: herous ille est, hunc vocant iambicum (*opp. -r dactylicus ut*: DIOM. gramm. I 528, 34. 529, 18. MAR. VICTORIN. gramm. VI 79, 9 senarium ... veluti -on [*sim.* GRAMM. VI 633, 15]. 209, 16 [*v. supra l. 21*]. MALL. THEOD. gramm. VI 593, 2 metro ... dactylico heroico metri iambici -i proxima definitio visa est). DIOM. gramm. I 527, 36. 528, 31 MALL. THEOD. VI 593, 6. *significatur herous iambo terminatus* (⏓ ∪∪ | ⏓ ⏑ –): DIOM. gramm. I 517, 15. Paeonicus: MAR. VICTORIN. gramm. VI 97, 30 -um ... Aristophanes composuit tale, ut sint paeones primi tres et insequantur totidem cretici. perissosyllabes: MAR. VICTORIN. gramm. VI 117, 19 Archilochus paenultimis heroi -i partibus adiecta syllaba ... versum induxit, qui metro Phalaecio, id est tribus trochaeis ultimis, clauderetur ...; quod quidam -um heroum περιττοσυλλαβές dixerunt (163, 25 [*litt. lat.*]). Priapeius: SACERD. gramm. VI 502, 7 sq. (*v. p. 2660, 55. cf.* VI 510, 10 MAR. VICTORIN. gramm. VI 151, 19). VI 510, 12 de metro Priapeio monoschematisto -o. *et al.* spondiacus: DIOM. gramm. I 513, 19 *molossicum* simillimum ... illi -o qui spondiacus dicitur. nam et hic similiter duodecim syllabas longas habet.

hexaphorus, -a, -um *vel* hexaphoros, -on, *ἑξάφορος.

1 *neutr.* -um (-on), -ī *pro subst.* (*vix* -os *f.*). [SCHOL. Iuv. 1, 64 W. adn. (Valla!) 'sexta cervice' -o, hoc est a sex hominibus.] *i. q. lectica quae a sex servis portatur* (*ad rem v. Lamer, RE XII 1065. 1089 sq.*): MART. 2, 81, 1 laxior -is tua sit lectica licebit: cum tamen haec tua sit ..., sandapila est (*sim.* [*alluditur ad sandapilam, cf. Friedl. ad 2, 81, 1*]: 6, 77, 10 non debes ferri mortuus -o). 4, 51, 2 ingenti late vectus es -o.

2 *masc.* -ī, -ōrum. *qui seni onus quoddam portant*: VITR. 10, 3, 7 onerum ... maxima pondera cum feruntur a phalangariis -is (ex- *trad.*) et tetraphoris *eqs.*

hexapla, *abl.* -īs *n.*, ἑξαπλᾶ (*dat.* -οῖς *infra passim*). *? sing. pro adi.: p. 2680, 3.* *scribitur (vel ed.) saepe litt. gr. de notione*: EVCHER. instr. 2 p. 161, 8 -a sexsimplicia ([sexiplicia *var. l.*]. GLOSS.^{L} I Ansil. EX 94 sexinplica. *cf. p. 2680, 20*). GLOSS.^{L} Corp. E 360 -a: sexies. GLOSS. V 598, 65 -a: exempla (*v. Goetz et cf. p. 2680, 2. 4*). 619, 19 -a est bibliotheca sex ordines habens: nam exa VI, quia Origenes VI ordinibus diversas interpretum editiones in una pagina constituit. [*e coni.*: HIER. in psalm. 1 p. 5, 16 ⌊ἑξαπλοῦς⌋ Origenis in Caesariensi bibliotheca relegens (*sic Morin*; exap ... s *E*, et actus *C*, exemplis *vel* exemplaria *rell.*). 4 p. 12, 8 (*v. p. 2679, 78*) cum vetustum Origenis ⌊hexaplum⌋ psalterium revolverem (*sic Morin*; exemplum *vel* exemplar *codd.*).]

significantur V. T. librorum editiones (i. exemplum Hebr. interpretationesque Aquilae, Symmachi, LXX al.) ab Origene sex ordinibus digestae (cf. explicat. p. 2679, 82. infra l. 20). ad rem v. Rufin. hist. 6, 16.

HIER. in Tit. 3, 9 p. 595^{B} veteris legis libros, quos ... *Origenes* in -a digesserat. epist. 106, 2, 2 aliam *editionem* septuaginta interpretum, quae et in ἑξαπλοῖς codicibus repperitur (*sim.* 106, 2, 4 [*gr.*]). 106, 41, 4 licet in septuaginta et in ἑξαπλοῖς ita reppererim. praef. Vulg. Ios. pro Graecorum ἑξαπλοῖς ... editionem nostram habeant. praef. Vulg. Esdr. Aquilam ... et Symmachum et Theodotionem et curiose legunt et per Origenis laborem in -is (ἑξαπλοῖς *cod. Am.*) ecclesiis dedicarunt ([= adv. Rufin. 2, 28 p. 452^{B} ἐν ἑξαπλοῖς]. *sim.*: praef. Vulg. Iob I in ἑξαπλοῖς = adv. Rufin. 2, 29 p. 453^{B} in -is). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 36 p. 614^{A} ut componeret *Origenes* volumina, quae appellantur -a. hist. 6, 16, 4 *Origenes* exemplaria ipsa nominavit ἑξαπλᾶ, id est sextiplici ([s]exsimplici *trad., cf. p. 2679, 79*) ordine scripta (*gr. paulo aliter*).

hexaptōtos, -on (-os *fem.*: CONSENT. gramm. *bis* [*infra l. 34*]) *et* hexaptōtus, -a, -um, *ἑξάπτωτος. *in codd. plerumque* ex-. *sg. et pl. pro subst. (sc. nomen, nomina): infra l. 35.*

i. q. sex (diversos) casus habens (*t. t. GRAMM.; explicatur: v. infra l. 33. 35. 36 et al.; latine redditur per* senarius: *e. gr. Prob. cath. gramm. IV 33, 6 inst. gramm. IV 121, 9 Char. gramm. p. 191, 16 B. Diom. gramm. I 308, 7*): DON. gramm. IV 377, 25 sunt ... formae casuales sex, ex quibus sunt nomina alia monoptota, alia diptota, ... alia -a (CONSENT. gramm. V 351, 34 neutra nomina neque -a neque pentaptota esse possunt. ISID. orig. 1, 7, 33 GRAMM. suppl. 88, 27. 90, 11. 25). SERV. gramm. IV 433, 28 aliquando ... omnes casus varios exitus sumunt, ut est 'unus', quae dicitur forma -a (CONSENT. gramm. V 351, 22 -os *forma* [*item* 351, 31]). POMP. gramm. V 172, 7 -on (*pro subst. ut*: PRISC. gramm. II 188, 19 -a sunt, quae sex diversos casus habent). V 184, 20 dicitur ... declinatio -a, quod sex casuum habet varietates. PRISC. gramm. III 2, 9 -a pronomina non inveniuntur.

? **(h)exarchus,** -ī *m.* (*ἔξαρχος. *munus militare* ['*qui praecest sex militibus*']) *v.* exarchus.

hexas, (-adis) *f.*, ἑξάς. *scrib.* ex-. [*e coni. dub.*: MART. CAP. 7, 736 *v.* sexis.] *i. q. numerus senarius*: MART. CAP. 7, 738 -s, ogdoas (octas *codd.*) generantur tantummodo, tetras autem et creat et creatur. 7, 745 -s a paribus impar (par *Dick*) et ab imparibus par, unde et perfectus nominatur (*ad rem v. 7, 748 sq.*).

hexasēmos, -on *et* hexasēmus, -a, -um, ἑξάσημος. *codd. plerumque* ex-. *nom. pl.* -oe: *l. 52.* -os (*sim.*) *fem. v. infra.*

i. q. sex tempora habens (*cf. infra l. 51 et 52*), ἑξάχρονος: MAR. VICTORIN. gramm. VI 45, 7 (*v. p. 2676, 39. cf.* 49, 17 hexasyllabi ab -o ad duodecasemum). VI 63, 17 *epiplocarum species* sunt tres, quarum ... tertia -os dicitur ex eo quod e ... sex temporibus *subsistat* (63, 22 in coniugatione ... -oe sunt, id est temporum sex. 64, 7 -os). MART. CAP. 9, 979 mixti *numeri* ... qui aliquando in tempora (pedes *codd.*; χρόνους *Aristid. 1, 14 p. 36 M.*), aliquando in numeros resolvuntur, ut in -o numero (*οἱ ἑξάσημοι sc.* ῥυθμοί *Aristid. l. c.*) accipere debemus.

hexastichus, -a, -um, ἑξάστιχος (*cf.* ἑξάστοιχος). *in codd. plerumque* (h)exasticus (*v. infra*).

i. q. sex ordines (cf. infra l. 63), versus (infra l. 65) habens: **1** *de hordei genere* (*ad rem v. Orth, RE VII 1275. 1278*): COLVM. 2, 9, 14 quod *hordeum* rustici -um (*S*, -icum *rell. praeter d*), quidam etiam cantherinum appellant. ISID. orig. 17, 3, 10 -um (-aticum *codd.*) vocatur eo quod spica eius sex ordines habeat. **2** *de myrti genere*: PLIN. nat. 15, 122 (*sativarum genus*) -am (-icam *codd.*) densissimo *folio*, senis foliorum versibus.

hexastȳlos, -on, *ἑξάστυλος. -os *f.: infra l. 69 (bis); gen.* -ī *f.: infra l. 68.* *i. q. sex columnas habens* (*de aede*): VITR. 3, 3, 7 (*antea*: sex ... columnarum) sive tetrastyli sive -i sive octastyli *frontis* (4, 3, 3 -os. 4, 3, 7 -os). 3, 3, 8 huius exemplar Romae nullum habemus, sed in Asia Teo -on (exastilon *trad.*) Liberi Patris.

hexasyllabus, -a, -um, ἑξασύλλαβος. *i. q. sex syllabas habens (t. t. GRAMM.): de pede*: SACERD. gramm. VI 526, 6 *tetrametrum cinaediambicum brachycatalectum tertium pedem* -um ex tribrachy et dactylo constantem *habet.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 43, 13 syllabarum ... incrementa fiunt quinque, incipientia a disyllabo usque ad -um. 43, 22. 48, 25 *conicere quemadmodum* geminatis trisyllabis -i pedes formati videantur. 49, 7. 17 (*v. l. 49*). MALL. THEOD. gramm. VI 588, 2 pentasyllabos etiam quidam et -os pedes, quos Graeci syzygias (*cf.* ISID. orig. 1, 17, 20 [*bis*]. *v. et infra l. 83*) vocant, faciendos crediderunt, quorum nobis superflua ... opera repudianda est (POMP. gramm. V 122, 32 in musicis et in oratoribus invenimus et *pedes* pentasyllabos et -os, qui de usu recesserunt). *de syzygia* (*cf. supra l. 79*): POMP. gramm. V 123, 19 varietates -arum non perveniunt nisi usque ad sexaginta quattuor species.

[H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hexdecasyllabus (*i.* heccedecasyllabus) *scribitur* (hexcedeca- *mavult Stowasser, WSt. 27, 1905, 76*): SCHOL. Hor. carm. 1, 11 pr. metrum choriambicum -um (*Aγ*, exad- *c*). 4, 10 pr. metrum Sapphicum -um sive choriambicum. *cf.* heccedecasyllabus.

hexēcontalithos, -on (*acc.*) *m.*, *ἑξηκοντάλιθος. *nomen lapidis* (*de notione v. infra l. 10*): PLIN. nat. 1, 37, 60 -os. 37, 167 -os, in parva magnitudine multicolor . . . (*de contextu v. Mayhoff*), reperitur in Trogodytice. SOL. 31, 3 *Trogodytae* lapide uno gloriantur, quem -on (-um *var. l.*) nominamus, tam diversis notis sparsum, ut sexaginta gemmarum colores in parvo orbiculo eius deprehendantur. ISID. orig. 16, 12, 5 (*ex* PLIN. *et* SOL.) -os (-us *var. l.*).

hexĕrēmis, -is *f.* [*ex* hexeris *ad exemplum vocum q. s.* quinqueremis, triremis *fictum. Niedermann.*] *scrib.* ex-. *i. q. hexeris*: COMMENT. Lucan. 3, 536 'verberibus senis agitur' -is. GLOSS.^{L} I Ansil. EX 484 (*ex Isid. infra l. 19*) -es (*sed* hexeris *Isid., ut vid.; cf. l. 21*).

hexēris, -is *f.* *a gr.* ἑξήρης (*sc.* ναῦς). *scrib.* ex-: ISID., GLOSS., NOT. Tir. *notatur* VI: INSCR. *ubique*. NOT. Tir. 110, 3. *de notione*: ISID. orig. 19, 1, 23 -es . . . senos ordines *remorum* habentes. GLOSS.^{L} III Abstr. EX 113 (*cf.* I Ansil. EX 30 *et* 485) *v. s.* hepteris. I Ansil. EX 484 *v. l. 15* (hexeris *Lindsay*). [*dub.*: CIL X 3560 (*v. Mommsen ad l. et ad X 3611*).]

i. q. navis sex remorum ordines habens (*ad rem v. Miltner, RE Suppl. V 939. 958*): LIV. 29, 9, 8 Scipio . . . -e (-i *dett.*) advectus. 37, 23, 5 (*v. p. 2613, 43. cf.* 37, 30, 2 *ibid.*). VAL. MAX. 1, 8 ext. 11 in -e Tyriorum sentinam haurientem *remigem*. CIL XIV 232 (= Dessau 2835) Antonius Longus c(enturio) (hexere) Ope (VI 3163. 3170 [*cf. adn. et v. Mommsen ad X 3611*]. X 3611. *loc. dub.: l. 22*).

hexis *f.*, ἕξις. *litt. graecis*: QVINT. inst. 10, 1, 1 (*v. infra l. 32*). 10, 1, 59. 5, 1 FORTVN. rhet. 2, 23 p. 115, 34 SERV. auct. georg. 1, 52 AVG. divers. quaest. 73, 2 p. 85. *t. t. rhet.* (*de notione v.* QVINT. inst. 10, 1, 1 firma quaedam facilitas, quae apud Graecos ἕξις nominatur): SEN. contr. 7 praef. 2 non -is (exhis *C*, texis *M; corr. Bursian*) magna, sed phrasis.

[VIRG. gramm. epit. 2 p. 10, 12 *littera* 'h' cum semivocalem praecesserit 'f' . . . ut **hfascon.** *cf. p. 2391, 25.*]

hī *v.* hic (*adv.*).

SCHOL. Iuv. 6, 198 quia vetulae **hiacessant** (*corruptum*). flaccescant *Rutgers, Wessner (scholiorum ordinem immutans) probab.*

hĭanio (hiamio, hiameo, hinio): margarita pretiosa GLOSS.^{L} III Abstr. HI 8 (*et al. in* GLOSS.). *pro* 'unio'? (*confusum cum* (h)iaspis?). *v. Goetz s. v.*

hiāns *v.* hio.

[hiantia, -ae *f. (sc. oris) var. l.* (*B*): TERT. anim. 10 p. 313, 10 (= 10, 5 W.). *v. s.* lancea.**]**

[hiantimembris *v.* hiatimembris.**]**

hiāsco, -ere. *ab* hiare. *de deriv. v. GRAMM. sub* hisco. *i. q. findi, se aperire* (*nonnisi de nucibus*): CATO agr. 17, 2 *nuces* (*pineae?*) ubi primum incipiunt -ere, tum legi oportet. GARG. MART. pom. 3, 1 cum -ere (-ac- *cod.*) coeperunt *nuces amygdalae.*

compos.: dishiasco.

hiātimembris, -e. *ab* hiare *et* membra. *qui membra hiantia habet*: MART. CAP. 8, 805 (vers.) Satyrus . . . *Silenum* scapulis . . . dat supinum uvidumque -em (*sic codd., ed. Dick* [hianti- *Forcellini al.*]; quadrimembrem *in codice legi testatur Vulcanius, ed. Kopp*) colloque complicatum utribus parem reportat.

hiātūra, (-ae) *f.* *ab* hiare. GLOSS.^{L} V Aa H 112 -a: apertura. *falsa var. l.: Gloss. II 250, 53 (v. Goetz s. v. 'hiatura'). H. H.*

***hiātus,** -ūs *m.* *ab* hiare. *scribitur sine* h *in codd. passim; in tit. aspiratur. dat. sg. et gen. pl. non leguntur. ? neutr.*: LVCR. 6, 599 (*v. Diels ad l.*). GLOSS. IV 86, 60 (*al.*) -um fissura. *de significatione*: CHAR. gramm. p. 456, 23 B. -s χάσμα (GLOSS.). ISID. orig. 14, 9, 3 praeruptio terrae profunda, quasi 'itus'. proprie autem -s est hominis oris apertio, translata a feris, quarum aviditas oris adapertione monstratur (*sim.* GLOSS.^{L} IV Plac. H 15). GLOSS.^{L} IV Plac. H 7 apertio est, ut sunt rimae in vasis, sulci in terra, quando aer suo candore finditur, aut si ovum in partes aperias. II Abav. HI 3 fissura vel apertio terrae. Abav. HI 4 patefactio. V Abba HI 2 fissura, vorago. II Philox. HI 5 χάσμα γῆς. III Abstr. HI 2 patefactio terrae (*v. Linds. ad l.*). *al. legitur inde a* VARRONE, CIC., LVCR. [*e coni. dub.*: SEN. dial. 6, 22, 5 rumpere -um *Schultess*, aperire -um *Vetter (PhW. 1925, 974); al. al.* (*v. editt.*). ANTH. 149, 7 -um *Baehrens*; meatum *trad., def. (i. cunnum equae) Svennung, Unters. Pallad. 584.*]

i. q. χάσμα: **I** *usu generali*: **A** *proprie*: **1** *variarum rerum*: LVCR. 4, 417 a terris quantum caeli patet altus -s (*cf.* PRVD. ham. 518 vacuo. 879 aerios). 5, 375 *leti ianua* patet immani et vasto respectat -u. LIV. 22, 1, 11 caelum findi velut magno -u visum (*sic de caelo*: PLIN. nat. 2, 96 fit et caeli ipsius -s, quod vocant chasma. CLAVD. DON. Aen. 9, 20 p. 189, 1. *sim.*: CLAVD. carm. min. 29, 6). CALP. ecl. 1, 23 aspicis ut virides . . . littera (*sc. arbori incisa*) rimas servet et arenti nondum se laxet -u? (*cf.* PLIN. nat. 16, 57 aperitur picea . . . bipedali -u. ENNOD. carm. 1, 9, 142 tenero). PLIN. nat. 11, 98 *lampyrides* nunc pinnarum -u refulgentes, nunc vero compressu -obumbratae. STAT. Theb. 12, 448 rogi . . . -s. IVV. 3, 195 rimae . . . -um (*sc. aedificii*). PLIN. epist. 5, 6, 37 *aqua saliens* iunctis -bus (*sc. foraminibus*) absorbetur et tollitur. SYMM. or. 2, 20 (*de propugnaculo*) crebris -bus distincta coniunctio. AMM. 20, 11, 10 -u . . . violento disiectis operimentis (*sc. vimineis cratibus*). VEG. mil. 3, 20 -s aliqui *aciei*. PRVD. perist. 10, 1020 pateat minutis ut frequens -bus *lignum*. PAVL. NOL. carm. 32, 170 *Christus abstulit* informem contextae noctis -um (*cf. p. 2681, 77. 79*). MART. CAP. 8, 815 cum poli velut perforatae exterioris sphaerae cavernis emineant et -us quidam cardinesque fingantur. VEN. FORT. carm. 2, 16, 51 *tintinni* feno praecludit -um (*inde* PS. VEN. FORT. vita Med. 6, 17 -um *tinnibuli. cf. [fere personate] ibid.* 18 -u ingenti vomens). CE 424, 2 coniunx . . ., condite perpetuis tumulis sine lucis -u, defleo te (*vix 'nullo intermisso diei tempore defleo te'; cf. Buech.*). *in corpore humano*: VAL. FL. 6, 552 lato per pectus -u (*sic de vulnere*: STAT. Theb. 12, 340 quanto descendit vulnus -u [*inde* DRAC. Romul. 9, 184]. AMM. 29, 5, 42 dilatato vulneris -u discessit. SIDON. carm. 7, 293). STAT. Theb. 9, 530 cruor . . . tenues venarum laxat -us. MART. 3, 72, 5 infinito lacerum patet inguen -u (*cf.* CLAVD. carm. min. 43, 7 spurcos . . . lambit meretricis -us [*i. cunnum, cf. ibid. 44, 8*]). SER. SAMM. 240 patulis . . . -bus *dentium*. LACT. opif. 10, 7 nasi. CASS. FEL. 74 p. 178, 6 ragades id est -us.

2 *terrae, soli sim.* (*de terra personata v. p. 2684, 6. singulariter de nivis -u: l. 54. de notione v.* GLOSS. *p. 2681, 62 sqq.*): CIC. nat. deor. 2, 14 labibus aut repentinis terrarum -bus. off. 3, 38 cum terra discessisset . . . descendit *Gyges* in illum -um. LVCR. 6, 584 *ventus* diffindens terram magnum concinnat -um. 6, 599 *ne terra* distracta suum late dispandat -um. VERG. Aen. 6, 237 spelunca . . . vasto . . . immanis -u (*cf.* OV. met. 7, 409 specus est tenebroso caecus -u. MELA 1, 72). AETNA 96 omnis -u secta est . . . humus. *al.* PROP. 4, 1, 149 tellus diducat -um. 4, 8, 5 sacer abripitur caeco descensus -u. OV. epist. 3, 63 devorer ante, precor, subito telluris -u. met. 3, 162 fons . . . margine gramineo patulos succinctus -us (*cf.* SEN. nat. 3, 30, 4 omnium . . . mare ora fontium implebit et maiore -u solvet. VAL. FL. 4, 595). 5, 357 ne pateat latoque solum retegatur -u. *al.* LIV. 7, 6, 4 M. Curtium . . . in patentes terrae -us ad deos manes porrigentem se devovisse (PAVL. FEST. p. 49 *Curtius* in profundissimum se . . . proiecit -um). VAL. MAX. 5, 6, 2 vasto ac repentino -u terra subsideret. NERO carm. frg. 1, 2 Tigris . . . longo terrarum tractus -u (*cf.* LVCAN. 3, 261 Tigrim subito tellus absorbet -u). SEN. Tro. 179 scissa vallis aperit immensos specus et -s Erebi . . . ad superos iter . . . praebet (*sic de aditu ad Orcum vel ipso Orco*: LVCAN. 6, 714 *anima* pallentis -u haeret adhuc Orci. PETRON. 120 v. 67 est locus exciso penitus demersus -u. SIL. 3, 483 Tartareus. 12, 128. 14, 239. STAT. Theb. 8, 19 dissiluisse novo penitus telluris -u Tartara. CLAVD. rapt. Pros. 2, 259 exul ad immanes Erebi detrudor -us [*cf.* 3, 101]). nat. 3, 16, 4 *sub terra* sunt abrupti in infinitum -us. 6, 9, 2 tunc (*sc. in terrae motu*) chasmata, tunc -us vasti aperiuntur. 6, 24, 5 cum . . . adapertum ingenti ruina solum est, totas nonnumquam urbes et recipit -s ille et abscondit. *al.* OCTAVIA 726 diducta subito patuit ingenti mihi tellus -u. LVCAN. 5, 131 muto Parnasus -u conticuit. 10, 248 sunt qui spiramina terris esse putent magnosque cavae conpagis -us. *al.* PETRON. 121 v. 101 *Dis pater* rupto tellurem solvit -u. SIL. 3, 520 (*v. supra l. 24*) haurit -u nix resoluta viros. STAT. silv. 2, 5, 10 caeco foveae deceptus -u *leo* (*sim. de fovea*: PRVD. psych. 241 caecum. CASSIOD. psalm. 24, 14 fovearum -us. VEG. mil. 3, 2 p. 68, 17 in abruptis et fossarum -u difficillimis semitis). CLAVD. rapt. Pros. 3, 395 undantem flammarum . . . -im *Aetnae*. ENNOD. epist. 1, 6, 4 p. 14, 12 per praerupta convallia et patulos cohaerentium -us montium. *et al.; nota in imagine* (*ad Vulg. Luc. 16, 26* inter nos et chaos magnum . . . est *eqs.*): AVG. epist. 164, 7 p. 527, 18 chaos . . . quid est nisi quidam -s multum ea separans, inter quae . . . est (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 123 p. 538^{B} [*antea* chaos]).

B *translate*: **1** *t. t. GRAMM. de concursu vocalium* (*antecedit* tamquam: *infra l. 67. de re v. infra l. 75 et l. 77. in lusu verborum: p. 2683, 35*): CIC. orat. 77 (= QVINT. inst. 9, 4, 37) ille tamquam -s et concursus vocalium. QVINT. inst. 9, 4, 33 praecipuus . . . erit -s earum (*sc. litterarum*), quae cavo aut patulo maxime ore efferuntur. DON. gramm. IV 392, 27 fiunt etiam barbarismi per -um. 393, 1. DIOM. gramm. I 453, 4 pronuntiationis quaedam vitia . . . -us, conlisiones . . . ab eruditis auribus respuuntur (*sim.* POMP. gramm. V 286, 7). 466, 26 iunctura . . . sine -u verborum construi debet. SERV. gramm. IV 419, 24 *e et ex praepositiones falso* positae aut -um faciunt aut asperitatem, -um 'e amico', asperitatem 'ex foro'. 445, 19 -s autem est, quando vocalis vocalem sequitur in duabus partibus orationis, ut 'Musa amavit' (*sim.*: POMP. gramm. V 287, 20 [*bis*]. 23. ISID. orig. 1, 32, 5 per -um, quotiens in pronuntiatione scinditur versus antequam compleatur, sive quotiens vocalis vocalem sequitur, ut 'Musae Aonides'). PRISC. gramm. II 17, 10 -us . . . causa (35, 10 *littera d* frequenter interponitur compositis -us c. prohibendi, ut 'redigo'. 181, 10. 303, 17. 356, 3 SERV. ecl. 1, 15 Aen. 5, 122. 11, 72). PRISC. gramm. II 87, 11 -um intolerabilem fieri tribus vocalibus per tres syllabas continue positis nulla consonante media, si dicamus . . . 'arduior'. CASSIOD. gramm. VII 211, 9 (= inst. div. 15 p. 1128^{B}). GELL. 6, 20, 3 canoro

[Hastrup]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

simul atque iucundo -u. 6, 20, 6 *Catullus* amans . . . -us illius Homerici suavitatem. SERV. Aen. 1, 562. 2, 633. 2, 778 MACR. Sat. 6, 9, 6.
2 *de tempore*: MACR. Sat. 5, 2, 5 *Pisander* universas historias . . . in unam seriem coactas redegerit, et unum ex diversis -bus temporum corpus effecerit.

II *usu speciali de ore animantium*: **A** *proprie* (*appos.* rictus: *v. infra l. 29. 47. 67. 69*): **1** *bestiarum*: **a** *cum gen.* oris (*cf. infra l. 50 et 73*): CIC. nat. deor. 2, 122 cibum . . . oris -u et dentibus ipsis capessunt *animalia*. VERG. Aen. 11, 680 caput (*sc. pugnatoris*) ingens oris -s et malae texere lupi (*cf. infra l. 16*). CIRIS 453. ARNOB. nat. 7, 45 p. 279, 8 cibos . . . oris -bus (*sc. Aesculapi serpentis, cf. infra l. 20*) appetitos. AVIEN. orb. terr. 790 immodici late patet oris -s quippe feris. AVG. civ. 7, 8 p. 284, 30 D.
b *absolute*: *α de leonibus* (*de stella v. infra l. 18*): LVCR. 5, 24 quid Nemeaeus enim nobis nunc magnus -s ille leonis obesset? (*cf.* VAL. Fl. 1, 34 Cleonaeo iam tempora clusus -u Alcides [*cf.* TERT. pall. 4 p. 936 Oe. -s crinibus infarsus *et v. supra l. 10*]. SIL. 3, 34. *de stella*: MANIL. 5, 206 in vastos surget Nemeaeus -us). LVCAN. 1, 209. PLIN. nat. 8, 57 (*bis*). 24, 162 leones resupinari cum -u lasso. STAT. Theb. 11, 28. ARNOB. nat. 6, 10 p. 222, 6 fremibundus -bus torvis (*deus leo; cf. supra l. 11*). PS. RVFIN. in Os. 13, 7 sq. p. 1028[A] CLAVD. 5, 252.
β de canibus: VARRO rust. 2, 9, 4 latratu gravi, -u magno. SEN. Med. 352 Siculi virgo Pelori, rabidos utero succincta canes, omnes . . . solvit -us (*cf.* SIL. 5, 136 *Scylla* saevos . . . canum pandebat -us). STAT. Theb. 2, 27 Cerberus . . . omnes capitum subrexit -us (*cf.* 7, 783 tergeminos. FRONTO p. 228, 28 N. trinas latrandi fauces ac trinos -us). MART. 1, 22, 5. *γ de serpentibus sim.* (*cf. supra l. 12*): VERG. Aen. 6, 576 quinquaginta atris immanis -bus hydra (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.*). PROP. 3, 11, 11. OV. met. 11, 60 rictus serpentis apertos congelat *Phoebus* et patulos . . . indurat -us. PLIN. nat. 28, 38 (*inter amuleta*) si quis in -um *serpentium* . . . exspuat. SIL. 3, 194 anguis immani . . . fauces diducit -u. 6, 187 serpens dispersit saniem et caelum foedavit -u. 6, 278 lasso . . . -u *al.* CLAVD. 2, 3. 3, 66. MART. CAP. 4, 333 (*alludere videtur ad notionem q. e. sub I B 1*) lubrici anguis circulatos orbes et -us cum Grammatice . . . accipere formidaret, ipsi *Minervae* . . . committuntur. SIDON. carm. 5, 404. *δ de variis bestiis*: MANIL. 1, 356 Andromedam vastos metuentem pristis -us (*sic de belua maris*: CLAVD. 20, 431 vanos scopulis inlidit -us). PLIN. nat. 9, 132 *conchas* redditas mari avido -u reviviscentes. SIL. 4, 336 *tigris* immani stragem meditatur -u (*sic de tigri*: 10, 295 languentem pandit -um). 7, 722 *lupus* vacuo fugit aeger -u (*sic de lupo*: STAT. Theb. 10, 44). MART. 3, 19, 3 *ursi ex aere facti* dum patulos . . . temptat -us . . . Hylas (*sim.*: IVV. 11, 123 magno sublimis pardus *eburneus* -u. AMM. 16, 10, 7 [*de signis militaribus*] dracones . . . -u vasto perflabiles). APVL. apol. 8 crocodillus . . . purgandos sibi dentes innoxio -u praebet. SOL. 40, 22 -s *chamaeleonis* . . . aeternus. AVSON. Mos. 265 nec coeunt rictus *piscium*, haustas sed -bus auras reddit . . . branchia. AMM. 25, 1, 14 *elephantorum* -us vix mentes pavidae perferebant (*sic de elephantis*: CLAVD. 24, 353).
2 *hominum*: **a** *cum gen.* oris (*cf. supra l. 8. infra l. 73*): SVET. Claud. 27, 1 Drusum . . . piro . . . in sublime iactato et -u oris excepto strangulatum. PS. QVINT. decl. 19, 15 p. 350, 15 -u oris avide flammas . . . collegit. IVL. VAL. 3, 33 uvae . . . immensae, prorsus ut singulis acinis vel improbissimi oris -bus non occurses (*aliter Kroll, RhM. 70, 1915, 600*). AMBR. Noe 6, 14 p. 423, 8. DRAC. Romul. 2, 113 respirat -s oris (*cf.* 10, 233). **b** *absolute*: VARRO ling. 6, 9 quod tum anima quae flatur (*?*) omnium apparet, ab -u hiems. PRIAP. 12, 13 qui tanto patet indecens -u (*de ore aniculae, quae dentes amisit*). PROP. 3, 7, 52 miser invisam traxit -s aquam. OV. met. 7, 557 arentia . . . ora patent, auraeque graves captantur -u. EPICED. Drusi 97 non animam apposito fugientem excepit -u. PAVL. FEST. p. 99 -s hominis atque oscitatio (p. 100). SEN. Thy. 157 alludit patulis arbor -bus *Tantali*. VAL. FL. 4, 277 arenti . . . -u. SIL. 2, 119 calamum . . . volantem . . . patulo excipiens . . . -u. 9, 512 miles . . . mortem compresso maeret -u. 15, 429 corpora letifero sorbet Polyphemus -u. *al.* STAT. Theb. 6, 873 aegro . . . effetus -u (*cf.* VICTORIN. Christ. 44 anhelo). QVINT. inst. 1, 11, 9 ne immodicus -s rictum distendat. 6, 2, 31 non animo . . . extremus . . . exspirantis -s insidet? TERT. resurr. 61 p. 122, 14 ad omnem -um et rictum tuum coronandum. AVG. civ. 7, 8 p. 283, 32 D. *al.* EVGRAPH. Ter. Eun. 335 retortis ad -um labris. CORIPP. Ioh. 3, 170. *de personae ore*: IVV. 3, 175 personae pallentis -um . . . formidat . . . infans. PRVD. c. Symm. 2, 648.
3 *rerum personatarum* (*v. et p. 2682, 12. c. gen.* oris *[cf. supra l. 8 et 50]: v. infra l. 78*): AETNA 171 venti rabies . . . saevo quassat -u fundamenta soli (*sic de vento*: STAT. Theb. 1, 352 sicco . . . -u *Boreas*. 7, 37 Aquilonis -us [SIDON. carm. 2, 48 Bistonios Aquilonis -us]. *sim. de autumno*: silv. 2, 1, 217 imbrifero pallens . . . -u). SEN. Oed. 164 mors atra avidos oris -us pandit (*sic de morte*: STAT. Theb. 8, 378 nigro . . . viros invitat -u [TER. MAVR. 1294 avide nigros pandebat -us]. CARM. de Iona 82. ANTH. 477, 5 immanes . . . solvit -us. ARNOB. nat. 2, 32 p. 74, 11 -bus mortis et faucibus INSCR. christ. Diehl 173, 1 mors quae perpetuo cunctos absorbet -u). dial. 6, 17, 2 Charybdin . . . magno -u profundoque navigia sorbentem (*cf.* VAL. FL. 1, 638 vasto puppes mare sorbet -u). VAL. FL. 7, 97 me . . . hauriet adverso . . . ignis -u. ARNOB. nat. 1, 63 p. 44, 5 non -um compressit aviditatis *Christus*? (*sic de aviditate* [*cf. infra l. 12*]: EVSTATH. Bas. hex. 7, 3 p. 939[A] inexpletis -bus . . . rapacitatis [*gr. p. 152[D] χόλποις*]. *cf.* BOETH. cons. 2 carm. 2, 14 saeva rapacitas alios pandit -us). OPTAT. 1, 21 p. 24, 16 terra fauces suas . . . aperuit et contemptores mandatorum dei avido -u absorbuit. ENNOD. carm. 1, 5, 4 arentis . . . cordis. opusc. 2, 73 p. 310, 8.

B *metaphorice*: **1** *spectatur arrogantia, superbia*: HOR. ars 138 quid dignum tanto feret hic promissor -u? IVV. 6, 636 grande Sophocleo carmen bacchamur -u. ENNOD. epist. 1, 1, 4 p. 2, 9 graves -us patitur alienae gratiae commissa credulitas (3, 5, 1 p. 75, 14 grandes). **2** *respicitur aviditas* (*cf. supra l. 2 sqq. c. gen.*: TAC. *et* AVG. *subauditur sensus proprius*: AMM.): TAC. hist. 4, 42 libidine sanguinis et -u praemiorum . . . ingenium . . . caede nobili inbuisti. AMM. 29, 1, 19 avaritia *aulicorum* . . . novos -us aperientium. AVG. conf. 6, 8, 13 p. 111, 13 Sk. gladiatorii spectaculi -u incredibili . . . abreptus. *Hastrup.*

hiber *v.* iber.

hibēris *v.* iberis. *cf. Onom.* Hiberis. *H. H.*

hībernāculum, -ī *n.* *ab* hibernare. VARRO ling. 6, 9 hiems . . .; hinc -a. NOT. Tir. 69, 30. GLOSS. hiemale. *legitur inde a* LVCIL. LEGE Anton. de Term. VARRONE. [*var. l.*: CAES. Gall. 2, 35, 3 legionibus in -a deductis *α*; hiberna *β*, *edd. recc.*]
1 *i. q. conclave hibernum, pars aedificii qua hieme tantum utimur* (*plur. praeter* PLIN.): VITR. 1, 2, 7 lumina capiuntur balineis et -is ab occidente hiberno. 6, 3, 2. 7, 4, 4 Graecorum -orum usum. COLVM. 1, 6, 1 *aedificii pars* urbana . . . in -a (*SA*; hiberna *var. l., cf. p. 2689, 74*) et aestiva sic digeratur *eqs.* PLIN. epist. 2, 17, 7 hoc (*sc. angulus*) -um, hoc . . . gymnasium meorum est.
2 *in re militari i. q. tentoria, aedificia in hibernis castris* (*e. g. infra l. 40. 43. 45*), *inde fere i. q. hiberna* (*nonnisi plur.*): LVCIL. 1302 ⟨suberiem largam nac⟩ti hibernacu⟨la ponunt⟩ (*suppl. ex* ISID. orig. 17, 7, 27; *cf. Marx ad l.*). LEX Anton. de Term. (CIL I[2] 589) 2, 12 (*a. 71 a.*) in -a meilites deducantur (LIV. 35, 7, 7 in -a milites [hiberna loca *B*; -erna milites *recc. codd.*] deduxit. *cf. etiam supra l. 23*). SALL. Iug. 103, 1 exercitu in -is (hiberculis, -ernis, -alis *varr. ll.*) composito (TAC. ann. 3, 74 *copias* in -is veteris provinciae componit). NEP. Ages. 3, 4 copias extrahere ex -is. Eum. 8, 4 ad adversariorum -a . . . perveniri. LIV. 5, 2, 1 *in obsidione urbis Veiorum* -a . . ., res nova militi Romano, aedificari coepta (frg. 22 -is . . . aedificatis. *v. etiam l. 43 et cf.* 30, 3, 8 -a . . . congesta temere ex agris materia exaedificata lignea ferme tota erant). 22, 32, 1 -is . . . communitis (24, 39, 13 -a . . . communiit aedificavitque). 40, 35, 14. 42, 9, 2 legionibus . . . Pisas in -a missis (*cf.* TAC. ann. 2, 23 legiones in -a remissae). 45, 28, 10 *tegulae* ad tegenda -a. TAC. ann. 14, 38 cohortes alaeque novis -is locatae. 15, 7. 15, 8. ORAT. imp. Hadr. (CIL VIII 18042) frg. D 2, 3 (*a. 128*) murum . . . qualis mansuris -is fieri solet. CLAVD. 8, 322 non brumae requies, non -a segnes enervent torpore manus.

hībernālis, -e. *ab* hibernus, *cf.* autumnalis (aestiv-); *v. Leumann, Adj. auf -lis 34.* GLOSS. *χειμερινή.*
i. q. hibernus, ad hiemem pertinens: **1** *adi.*: VVLG. sap. 16, 29 ingrati . . . spes tamquam -is (hyb- *trad.*) glacies tabescet (*gr. χειμέριος πάχνη*). **2** *subst. sc. herba* (*nomen herbae. cf. χειμερινή* [= *ἀείζωον*] *Ps. Diosc. Vind. 4, 89*): CHIRON 130 *equa si languebit* hiberno vel quoquo tempore, . . . -em aridam facito et conterito. *Kornhardt.*

hībernātio, (-ōnis) *f.* *ab* hibernare. *i. παραχειμασία*: GLOSS. III 157, 6. 450, 28. 482, 9. *H. H.*

***hīberno**, -āvī, -ātum, -āre. *ab* hibernus. *inter verba coniug. prim.*: CHAR. gramm. p. 472, 34 B. *depon.* -atur: *p. 2685, 2.* GLOSS.[L] II Philox. HI 6 -at: *παραχ⟨ε⟩ιμάζει.* GLOSS. *χειμάζω.* hiemat. *inde a* CIC. VARRONE HIRT. LIV. (37[ies]), *praecipue apud scriptores rerum gestarum et rei rusticae. deest* (*cf.* hiemo) CAES. SALL. NEP. *al., poetis exc.* PERS. (*sub 2*). [*val.* iernà, *it.* invernare, *francog.* hiverner, *hisp.* invernar. *M.-L.*]
1 *i. q. hiemem agere*: **a** *technice*: *α in re militari de militibus, classe, imperatore sim.*: CIC. Manil. 39 quem ad modum milites -ent. epist. 7, 17, 3 ubi sis -urus et qua spe . . ., perscribas ad me velim (*cf. Cic. ad Q. fr. 3, 3, 4*). HIRT. Gall. 8, 46, 7 *Caesar* -vit . . . Nemetocennae. 8, 48, 1 (hiemaret *var. l.*). LIV. 7, 38, 9 *consul* rumorem dissipat in iisdem oppidis et anno post praesidia -ura (*sim.* FRONTIN. strat. 1, 9, 1). 7, 39, 2 *cohortes* quia procul ab domo ac rebus suis -assent. 10, 46, 9 *consul* exercitum in agrum Vescinum . . . -tum duxit (*cf. etiam p. 2685, 11*). 24, 40, 17 Romana classis . . . Orici -vit. 27, 33, 5 Attalus rex et P. Sulpicius Aeginae -arunt. 28, 37, 5 ubi commode (*cf. etiam p. 2685, 20*) -urum se credebat. 32, 18, 2 rationem -andi. 32, 18, 3 nullus portus erat, qui simul et omnes onerarias . . . caperet et tecta ad -andum legionibus praeberet (37, 32, 14. *cf. etiam p. 2685, 14*). 36, 11, 5 *Antiochus* animadvertit nihilo severiore disciplina milites quam ducem (*sc. Antiochum. cf. p. 2685, 16*) -asse. 38, 41, 15 *Manlius*, nondum adeo hiberno contempto mari ut traicere auderet, Apolloniae -vit. *et saepius.* INSCR. Dessau 9108 *legio* ⟨hibernav⟩it in Arm⟨e⟩nia (*gr. παραχειμάσ⟨ασα⟩*).
[Wells]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TAC. ann. 1, 45. 15, 6. 17 FLOR. epit. 4, 12, 51. PAP. Berol. 696 I 3 (*a. 156*) *cohors* -atur (*v. p. 2684, 61*) Contrapollonospoli maiore. SPART. Carac. 6, 6. **β** *in re rustica de pecore* (*opp.* aestivare): VARRO rust. 2, 2, 9 greges in Apulia -bant, qui in Reatinis montibus aestivabant. 2, 5, 11 hieme ⌊cum -ant⌋ (*del. Scaliger*) *armenta* secundum mare, aestu abigantur in montes frondosos. COLVM. 6, 22, 2 *vacca* facile sub dio -at (*sim.* PALLAD. 4, 11, 8). *inde de piscibus*: PLIN. nat. 9, 51 ubicumque deprehensi *thynni* usque ad aequinoctium, ibi -ant. 9, 52 (*antea* aestivant). **γ** *de rebus quarum usus hieme intermittitur*: VARRO rust. 1, 8, 6 dominus simul ac vidit occipitium vindemiatoris, furcillas reducit -tum (*cf. p. 2684, 75*) in tecta, ut sine sumptu harum opera altero anno uti possit. LIV. 29, 1, 14 novas *naves* Panhormi subducit, quia ex viridi materia raptim factae erant, ut in sicco -rent (28, 37, 9 ad -andum [*cf. p. 2684, 79*] n. subduxerunt. SCHOL. Pers. *l. 26*).

b *in universum* (*cf. p. 2684, 81. nota imaginem infra l. 20*): LIV. 40, 54, 2 eodem anno Philippus rex ... *mortem obiit*. Demetriade -bat *eqs.* (LAMPR. Heliog. 5, 1 *Heliogabalus*. AMM. 21, 12, 16 *Iulianus*). AMBR. epist. 83, 10 *filiam* adhortatus sum, ut etiam hiemali tempore viae laborem exciperet, commodius (*cf. p. 2684, 77*) -ura non solum in hospitio, sed etiam in affectu paterno.

2 *fere i. q. saevire, hiemare* (*cf.* 'mare hiemat' *Hor. sat. 2, 2, 17*; 'mare [aequor *sim.*] hibernum' *p. 2686, 53.* *v. etiam* SCHOL. *infra l. 25 et Jahn ad l.* *aliter alii*): PERS. 6, 7 mihi nunc Ligus ora intepet -atque meum mare (*cf.* SCHOL. -at: saevit vel a navigiis vacat. sicut ... naves -are dicimus quum non navigant, sic et mare -are dicimus dum non navigatur).

deriv.: hibernaculum, hibernatio.

hībernor *v.* hiberno. *Wells.*

hībernus, -a, -um. [*ex* *heimrinos *ortum videtur, cf. gr.* χειμερινός *et* hiems; *sed v. etiam Stolz-Leumann⁵ 166. J.B.H.*] *de etymol.*: VARRO ling. 6, 9 hiems, quod tum multi imbres; hinc hibernacula, -um (ib- *var. l.*; *de re v. p. 2689, 74*). PRISC. gramm. II 81, 15 ab hieme quoque vel imbre -us fit. CASSIOD. gramm. VII 180, 10 deminutiva nomina vel derivativa ... prototypa sua sequentur, ut ... ⟨hiems⟩ vel imber -us (ib- *C*), ... quae omnia per b mutam ... scribentur. *scribitur saepe in codd.* ib- (yb-): *e. g. supra l. 33. infra l. 75. p. 2687, 3. 56. 2689, 55. 64. 66; in inscr.* ACT. Arv. a. 214 b 5 (Ī *longa*). hiv- *in codd.*: *e. g. p. 2686, 5. 2687, 21. 26. 28. 53. 67. 2689, 69.* *litt. graecis*: PAP. Britann. 481, 9 *ειβερνος χιμον.* *de formis*: *comparat.* -ior *p. 2687, 5.* NOT. Tir. 69, 29 -um. *de notione* (*v. etiam infra l. 67. 75. p. 2686, 80. 2689, 69*): IDIOM. gen. Char. gramm. p. 461, 66 B. -um *παραχειμασία*. DIFF. ed. Beck p. 62, 4 inter -a et hiemalia: -a calida sunt et facta loca, ubi sub hieme calide morari possumus; hiemalia sunt frigida hiemi similia (*cf.* GLOSS.ᴸ II Abav. HI 7). GLOSS.ᴸ I Ansil. HI 32 -as: magnas et turbidas. hoc Virgilius (*georg. 4, 235*); Plautus enim: increpui -um (*Rud. 69*). II Abav. HI 5 -a: tempora vel castra militum ubi hiemant. GLOSS. *χειμερινός, -όν, -ή. φύσημα.* gelida, frigida. hiemalibus *legitur inde a* PLAVT. (*p. 2686, 25. 2687, 41. 2688, 40*), CATONE (*quater s. II B*), ACC., VARRONE, CIC. *per totam latinitatem* (*v. etiam p. 2690, 6*). [*val.* iarnă, *it.* inverno, *francog.* hiver, *hisp.* invierno. *M.-L.*] [*dub. interpr.*: CET. FAV. 14 p. 273, 32 Kr. (*cf. p. 2687, 70*). GERM. frg. 4, 35 COLVM. 9, 14, 18 SIDON. epist. 8, 8, 1. *dub. trad.*: QVINT. inst. 12, 10, 64 *Homerus (Γ 221 sq.) Vlixi* vim orationis nivibus -is (*v. app. crit.*) ... parem tribuit (*cf. infra l. 79*). *falso trad.*: CAES. civ. 1, 48, 5 (LIV. 25, 15, 18) *v. p. 2614, 44.*]

I *quod spectat ad hiemem ut caeli intemperiem sive ad tempestatem frigidam et aquosam, quae singulis annis revertitur* (*non distinguuntur loci qui pertinent ad hiemes extra brumale tempus anni ut e. g.: infra l. 68. 72. 75. 81. p. 2686, 23. 25. 55*): **A** *proprie*: **1** *quod spectat ad vires hiemis, quod proprium est hiemis* (*nota* 'minae -ae': *p. 2686, 16.* *n. pl. pro subst. fere i. q. tempestates maris: infra l. 75*): **a** *de ventis, procellis*: ACC. trag. 390 profusus flamine -o gelus. VERG. georg. 2, 339 *vere* -is (*Serv. ad l.* 'asperis, saevis') parcebant flatibus euri (LVCAN. 5, 413 CLAVD. 22, 411). Aen. 5, 126 -i (*v.* GLOSS. IV 445, 1) condunt ubi sidera cori (*sim.*: TIB. 1, 1, 47 -us aquas cum fuderit auster [COLVM. 11, 2, 74 TAC. ann. 6, 33]. PROP. 2, 9, 34 noto [MART. 8, 14, 3]. PLIN. nat. 2, 125 *tempus* aquilonis -i [*opp.* aestivo]. STAT. silv. 5, 1, 82 boreas). OV. trist. 3, 4, 9 effugit -as demissa antemna procellas (AVIEN. Arat. 1755). PS. QVINT. decl. 6, 17 p. 126, 30 venti. ISID. orig. 19, 1, 4 (*v. supra l. 65*) *gubernator prohibet* prudentia sua -a (ibernia *var. l.*), id est tempestates maris. **b** *de imbribus, nivibus sim.*: CATVLL. 80, 2 labella -a ... *fiunt* candidiora nive (HOR. carm. 4, 12, 4 fluvii ... -a n. turgidi [SEN. Herc. f. 933]. MANIL. 1, 100 PLIN. nat. 37, 23. PLIN. epist. 1, 20, 22 illam *Vlixis* orationem similem nivibus -is, id est crebram et adsiduam *eqs.* [*cf. etiam supra l. 56*]. PANEG. 11, 9, 5). VERG. georg. 4, 474 in foliis *aves* ... *se* condunt, vesper ubi aut -us agit de montibus imber (MANIL. 2, 195 *mense Martio* -i coeunt cum vernis roribus i. [*sic acced. sensu temporali*: PLIN. nat. 17, 17. FRONTIN. aq. 90 -is ... vernis ... aestivis]. SEN. Med. 583. COLVM. 2, 8, 3 *radices infestantur* -is ... aut gelicidiis. MELA 2, 81 *Atax* -is intumuit [*sic de fluviis*: 3, 21 PANEG. 10, 5, 3]. LVCAN. 8, 829. STAT. silv. 3, 3, 97 [*de nive vel grandine; cf. l. 4*] -os citius numeraveris i. *quam divitias. et al.*). OV. met. 5, 158 (*de comparat. cf. l. 2*) tela volant -a grandine plura (PLIN. nat. 18, 342 *nuntiat oriens* -am [hiv- *H*] pallidus g. SIL. 12, 22). LIV. 44, 8, 6 *amnis* -is ... incitatus pluviis (GERM. frg. 4, 71 COLVM. 2, 4, 4 *al.* SOL. 4, 5). GERM. frg. 4, 140 *ver* exsecrabile nimbis. COLVM. 1, 5, 6 uligine. 4, 24, 4 *suffrago* ferro ... allevanda est, ut -as aquas respuat (MART. 7, 36, 2 *cum* -is villa nataret a. *aliter infra l. 43 sqq.*). *et al.* **c** *de gelu sim.*: SEN. nat. 3, 10, 5 umbra -i frigoris ([u. inferni f. *cod. Z, def. Axelson, Senecastudien 1933, 48*]. COLVM. 4, 32, 5 PLIN. nat. 17, 262. IVST. 2, 1, 7 frigora [*opp.* aestivi solis ardores]. PALLAD. 8, 4, 5 BOETH. cons. 3, 3, 17 W.). PLIN. nat. 18, 184 induratam -o rigore *terram* (33, 86). 29, 10 algoribus. 34, 124 gelu (MART. 4, 18, 4). **d** *varia*: TIB. 2, 3, 46 *intra molem* neglegat -as piscis adesse minas (OV. fast. 4, 132). VITR. 2, 9, 2 aeris -i vis (*cf.* PS. QVINT. decl. 13, 3 p. 249, 13 aestivus ardor aut -a vis *ne penetret alveum apium*). 8, 1, 2 *stillae* ex -is tempestatibus collectae (SEN. epist. 91, 5. APVL. met. 11, 5 sedatis -is t. ..., navigabili iam pelago. mund. 22 serenae -aeque confligunt. *aliter infra l. 77*). PLIN. nat. 21, 34 umbra ... -a. VAL. FL. 3, 578 pectora nautis congelat -i vultus Iovis (*i. caeli; aliter infra l. 67*) agricolisve (*cf.* STAT. Theb. 3, 26 fragor -i subitus I.). STAT. Theb. 7, 9 nubibus. APVL. met. 9, 32 *annus* ad -as ... pruinas deflexerat. *quasi adverbialiter*: PLAVT. Rud. 69 (*loquitur Arcturus*) increpui -um et fluctus movi maritimos (*cf. Marx ad l.*).

